ZANOLINI
LEXICON
BALDAIC.
P. I.

IMP
2
046

Est.

TMP
2
046

Caja C-35

Est.

JMP
2
046

Caja C-99

LEXICON

CHALDAICO-RABBINICUM

CUM RABBINORUM ABBREVIATURIS

IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM,

AB ANTONIO ZANOLINI J. U. D.

In Seminario Patavino Linguarum Orientalium Profeſſore

COLLECTUM,

In quo pro Vocabulorum opportunitate res ad Sacram Scripturam, Rempublicam, & Religionem Hebraicam pertinentes, aliæque multæ exponuntur.

Accedit Diſputatio de Targumìn, ſive Paraphraſibus Chaldaicis, Talmude, Cabbala, Commentariis Rabbinorum, & Lingua Chaldaica.

Ad exercendos Tyrones Lexici fini annexa eſt Hiſtoria quædam ſatis feſtiva a Rabbino Abrahamo Majemonide ex Lingua Arabica in Hebraicam Rabbinicam translata, qua admonentur homines, Jusjurandum religioſe ſervandum eſſe.

Singula autem, quæ in Lexico paſſim occurrunt exoticis Linguis exarata, Lingua Latina ſtatim explicantur, ut a quolibet intelligi poſſint.

AD USUM EJUSDEM SEMINARII.

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLVII.

SUPERIORUM PERMISSU.

96

LEXICON

CHALDAICO-RABBINICUM

CUM RABBINORUM ABBREVIATURIS

IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM,

AB ANTONIO ZANOLINI J. U. D.

In Seminario Patavino Linguarum Orientalium Professore

COLLECTUM,

In quo pro Vocabulorum opportunitate res ad Sacram Scripturam, Rempublicam, & Religionem Hebraicam pertinentes, atque multæ exponuntur.

Accedit Disputatio de Targumin, sive Paraphrasibus Chaldaicis, Talmude, Cabbala, Commentariis Rabbinorum, & Lingua Chaldaica.

Ad exercendos Tyrones Lexici fini annexa est Historia quædam satis festiva a Rabbino Abrahamo M. emonide ex Lingua Arabica in Hebraicam Rabbinicam translata, qua adaconentur homines, Jusjurandum religiose servandum esse.

Singula autem, quæ in Lexico passim occurrunt, proliria Hebræa vocata, Lingua Latina statim explicantur, ut a quolibet intelligi possint.

AD USUM EJUSDEM SEMINARII.

PATAVII, Typis Seminarii, MDCCXLVII.
SUPERIORUM PERMISSU.

EMINENTISSIMO, ac REVERENDISSIMO

CAROLO CARDINALI REZZONICO

EPISCOPO PATAVINO

ANTONIUS ZANOLINI

FELICITATEM.

Uguſta auſpicia Summorum Pontificum Clementis XII. & Benedicti XIV. duobus Lexicis, Hebraico, & Syriaco ad noſtram tutelam movere auſus, nunc, ut Juventuti mihi concreditæ in omnibus Orientalibus Linguis inſtituendæ ubique præſto ſim, tertio Chaldaico-Rabbinico ampliſſimum Tuum Patrocinium, maximamque auctoritatem, PRINCEPS EMINENTISSIME, cujus præſidio publicam lucem alacriore animo ſubire poſſim, compellare non dubito. Tibi igitur ab altera anni hujus Diœceſeos Tuæ luſtratione redeunti ſalvo, atque incolumi cum omnibus totius Civitatis Ordinibus occurrens, munus hoc tamquam hoſpiti alacri, feſtivoque animo exhibeo, ea certe ſpe fretus, illud tutelæ com-

missum Tuæ maximum, quod ex se non habet, a Te ornamentum accepturum. Quis autem Te alterum quasi Parentem non suspiciat, ac veneretur, miroque plane modo non gaudeat, fidei Tuæ singulari, tutelæ, administrationi, vigilantiæ Patavina sacra concredita fuisse, Tibique non postulanti, atque adeo ne cogitanti quidem ab eo sponte concredita, cujus judicio, ac potestate in terris Divina omnia, & humana sapientissime reguntur, ea de Te spe præconcepta, Purpuræ splendorem, & Cathedræ dignitatem glorioſis, admirandis, immortalitate dignis operibus non solum cohonestatum, sed abunde a Te cumulatum iri? Quoquo enim se vertit, ubique vestigia summæ Tuæ religionis, pietatis, charitatis, prudentiæ, sedulitatis ad cæterorum Episcoporum exemplum, & admirationem impressa apparent, singulique Cives gaudio gestientes sibi invicem narrare gaudent, Te nulla frigoris, nulla æstus, nulla iniquiorum temporum injuria ab obeundis sedulo Episcopalibus muneribus deterreri; Te Ecclesias frequentare, ægrotos invisere, ad Te accedentes humanissime excipere; curare, ut in Ecclesia omnia ad Deum, & Religionem pertinentia rite, atque integre administrentur; exemplo Tuo Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento majorem apud omnes venerationem conciliare; singula vero ea semper alacritate, & vultus hilaritate præstare, ut ex laboribus non lassus, ac defessus, sed recreatus videaris. Hanc Tuam tam admirabilem vigilantiam clare, & luculenter testantur decreta a Te sancita, leges ad Gregis Patavini utilitatem promulgatæ, odia per Te extincta, egenorum inopia sublevata, Sacris Concionibus Tuis ubique ad pietatis, & Religionis studium corda inflammata, omnino Diœceseos Tuæ tam amplæ loca

quam-

quamvis prærupta, quamvis ſalebroſa, quamvis aſpera, ac pœne invia a Te breviſſimo tempore fere omnia perluſtrata. Quis igitur mente, & cogitatione ſatis percipiat, qualis Patavinorum Civium ſenſus, & gaudium ſit, cum Te quotidie exempla inſignia virtutum omnium edentem intueantur, planeque ſentiant, maxima ſecuritate animarum ſuarum Tibi commiſſarum curam in Tua fide, ac tutela conquieſcere? O felix porro, fortunatumque Seminarium Tuum non ſolum Diœceſeos Tuæ, ſed aliarum etiam Civitatum decus, & ornamentum qua diſciplinæ, qua artium, & ſcientiarum inſtitutionibus diſſeminandis. Ad auſpicia Tua talis, ac tanti Præſidis, Patroni, Parentis frequentes Alumni undique convolant, quorum parentes amori Tuo, ſolicitudini, liberalitati eos libentiſſime committunt, quos huc deducentes mirantur ſinguli novas ſubſtructiones juſſu Tuo erectas, loci capacitatem per Te novis ædificationibus amplificatam, multoque meliorem formam, & ſpeciem, Deo dante, brevi habituram, ut commodius adoleſcentes in eo alantur, faciliuſque ad inſtitutionem alliciantur. Sed quo me rapuit rerum Tuarum magnitudo, ut non meminerim, me apud eum dicere, cujus maxima virtus modeſtia eſt, cujus opera ipſa ſine ulla aliorum prædicatione ſatis ampla per ſe, & illuſtria ſunt, & ad ſempiternam nominis famam in omnium oculos paſſim incurrunt? Euripidi potius morem geram graviter præcipienti, ut in Summis Viris, iiſque probatiſſimis laudandis modus ſervetur, cum ipſi, dum laudantur, odiſſe quodammodo ſoleant laudatores.

Αἰνέμβυοι γὰρ οἱ ἀγαθοὶ, τρόπον τινὰ
Μισεῖσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν.

Itaque tenue iſtud opus Tibi offerens ea cogitatione non mediocriter recreor, Te ſumma quidem omnes

benignitate complecti, ſed eos præcipue, qui pro virili parte dant operam, ut de literaria, Chriſtianaque Republica mereantur. Quintus jam, & trigeſimus annus agitur, ex quo ſub quatuor Patavinæ Dioeceſeos Epiſcopis informandæ Juventuti Seminarii prius in humanioribus literis, deinde in Linguis Orientalibus ſtipendia mereo, enixe daturus operam, ſi Deus Optimus Maximus propenſæ ad agendum voluntati animos, & vires, ut ſpero, addiderit, ut nova ſemper moliendo, acriterque incæpto curſui inſiſtendo in eodem ultimum fabulæ, vitæque actum honeſte, feliciterque concludam. Interim ego, cum illos plerumque ex ipſis Fontibus Sacros Divini eloquii latices impuris labiis ebibere videam, qui tenebras veritati offundere, & germanum Sacrarum Literarum ſenſum detorquere conantur, nulli labori parco, ut ſingulari eorum beneficio reſpondeam, qui mihi auctores fuerunt, ut Latinis, Græciſque rivulis Hebraicos adderem Fontes, & per cæteras Orientis Linguas non ſolum Templi portam attingerem, ſed etiam in Sacrarium ipſum ingrederer. Hoc opus igitur res ad Sacram Scripturam, Judæorumque Rempublicam & Religionem ſpectantes plurimas complectitur, eorum leges, ritus, cæremonias ob oculos ponit, quorum ſcripta propter odium in ipſos Deo æque, & hominibus inviſos paſſim rejiciuntur, nihilique fiunt; quæ tamen, ſi diligenter excutiantur, ac probe examinentur, mirum, quantam utilitatem, & fructum diſcentibus afferant. Inde enim rerum omnium, de quibus in Veteri, ac Novo Teſtamento obiter tantum mentio fit, perfecta, abſolutaque cognitio percipitur; inde loca, inde Feſta, inde numiſmata aperte cognoſcuntur; omnino inde textus multi ad Meſſiam ſpectantes ita dilucide, ſincereque explicati depromuntur, ut poſſis ſuis ipſis

Ju-

Judæos armis confodere. Libenter concedo, multa in iis inania, vana, futilia; multa ludicra, anilia, fabulosa; multa inepta, absona, & falsa reperiri. Qui Sacram Scripturam Cabbalistarum more per literarum mutationem, transpositionem, in numeros resolutionem exponunt, prorsus reprehendo. Ubi nobis inserviunt, ubi necessaria suppeditant, ubi arma subministrant, quis iis utendum non existimet; ubi vero nos fallere, & circumvenire conantur, quis evitandos non putet, vel in sua sententia pervicaces, & obstinatos penitus contundendos? Ego certe pro mea docendi provincia optime jamdiu novi, nulla in re magis profligatorum, & nequam hominum furorem, & dementiam debacchari, quam ut Sacras Literas, potissimum Religionis, & pietatis fundamentum, Linguarum auxilio, & adjumento inficiant, atque corrumpant. Sed quisnam est, qui ignoret, eorum conatus inanes semper cessisse, & cum Phrygibus sero sapere eos coactos esse Linguis iis ipsis, quibus Ecclesiam oppugnare temere aggrediebantur? Quod ut perpetuo fieret, VENERABILIS GREGORIUS CARDINALIS BARBADICUS non Patavinæ solum, sed universæ Ecclesiæ decus, & ornamentum Linguas has firmissimum contra Judæos, & Heterodoxos præsidium in Seminarium suum exemplo plane mirabili e fundamentis erectum invexit, & hospitio liberalissime exceptas Civitate donavit. Cujus immortalis beneficii cum ego quoque in partem venerim, eo consilio, PRINCEPS EMINENTISSIME, lucubrationes has in lucem emitto, ut alii deinceps ad eadem studia majore spiritu capessenda excitentur, ex quibus maximum & in Diœcesim Tuam, & in omnem Christianam Religionem emolumentum redundat.

AD

AD LECTOREM.

MUltorum annorum experientia in docendo edoctus majoris tui commodi, & utilitatis cauſſa duos apros, ut ajunt, una plaga, in uno ſaltu capere inſtitui, unoque hoc libro eodem tempore Linguarum Chaldaicæ, & Rabbinicæ cognitione te inſtruere, rerumque plurium ad Sacras litteras, Remque publicam, ac Religionem Hebræorum ſpectantium eruditione ditare. Utinam natura nos improbo labore levaſſet, quem quotidie in alienis ediſcendis Linguis conſumere cogimur, effeciſſetque, ut quemadmodum ſunt omnium Gentium, & Nationum ſenſa communia, ſic eſſent τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, nobis de fortuna noſtra maxime gratulandum eſſet, quibus major rerum, ſcientiarumque percipiendarum campus, & facultas aperiretur, maximaque ex parte trita illa querela tolleretur, artem longam, vitam brevem eſſe. Sed quoniam ſinguli hac conditione nati ſumus, ut juxta illud ὃς τὰς γλώττας οἶδεν, οἴσεται & τὰ πράγματα, per Linguarum cognitionem ad rerum notitiam pervenire debeamus, non mediocri certe laude ille dignus cenſendus erit, qui & Linguas, & res eodem tempore tradiderit, atque uno, eodemque tempore in utriſque Diſcipulos ſuos erudierit. Utrum autem id ego, quod mihi propoſui, aſſecutus fuerim, tu ipſe, dummodo labori non parcas, librumque attente, ſeduloque verſare non renuas, profecto videris. Certe ad Linguam Chaldaicam addiſcendam te allicere, & quodammodo trahere debet ejus antiquitas, dignitas, & utilitas, quæ cum ipſa Hebræa de principatu contendit, & adhuc juxta Erpenium ſub Judice lis eſt; cujus etiam amplitudo ex eo potiſſimum commendatur, quod Babylonii, & Aſſyrii, quorum imperium vaſtiſſimum, & poſt diluvium primum, ac florentiſſimum, eam familiariter adhibuerint; quodque majus multo, ea

mul-

multa Spiritus Sancti eloquia conscripta fuerint, ut silentio præteream, omnem aliarum Nationum sapientiam a Chaldæis originem traxisse, omnesque scientias ab Oriente in reliquas terrarum partes fuisse propagatas. Neque mihi objicias, eam hodie admodum arctis, & angustis finibus circumscriptam esse, maximaque ex parte ejus monumenta misere periisse. Etenim præter nonnullas Sacræ Scripturæ partes Chaldaica Lingua exaratas multa extant verba Chaldaica in Job, Proverbiis, Jeremia, & alibi; multæ dictiones Linguæ Hebrææ obscuræ, & locutiones peculiares per Chaldaicam Linguam clare exponuntur; Paraphrases Sacrarum Litterarum hac Lingua, licet corrupta, conscriptæ, sexcentique Rabbinorum, & Judæorum libri eruditorum manibus teruntur, quorum intelligentiam nemo Linguæ Chaldaicæ ignarus umquam assequetur. Id vero me præcipue adduxit, & compulit, ut in Lexico Chaldaico etiam breve quoddam Lexicum Rabbinicum insererem, Rabbinorumque Abbreviaturas passim in ipsorum libris occurrentes suis locis apponerem, ne inter legendum earum ignoratione retardatus rerum cæterarum cognitione fraudareris, iratusque subinde libros de manibus deponeres, vel a te omnino rejiceres. Nihil de iis hic addo, cum satis superque ex rerum Indice sis habiturus, quæ tibi omnino satisfacient. Placuit pro vocabulorum opportunitate multa ad Sacras Litteras, Judæorumque Rempublicam, Religionem & alias res pertinentia passim afferre, tum quia non satis in promptu omnibus ea esse mihi visa sunt, cum pleraque ex ipsis Rabbinorum libris excerpta sint; tum quia sine multo labore a legentibus omnibus addisci poterunt; tum quia uno, eodemque tempore Linguarum, & rerum cognitio facile comparabitur. Fateor, illa esse fere innumera, & inter se toto, pœne dixerim, Cœlo distantia; varietate tamen, & novitate ea non parum grata, & jucunda tibi spero futura. Hoc certe tibi polliceor, illa multis vocabulis addita nec magis brevia, compendiaria, & concisa esse posse, quibus sine ulla dubitatione ea satietas vitabitur, quæ in perpetuis scriptis creari, atque commoveri solet,

cum

cum singula singulis vocibus terminentur, teque liberum semper relinquant. Optime nosti, frugiferas arbores, eo quod incomposite sint in agro consitæ, neque cædi, neque evelli, neque earum fructus ea quoque ratione insuaviores esse, quam si vel in quincuncem essent dispositæ. Si quis erit, qui plura in iis desideret, meminerit, vitem tum cultiorem, tum etiam utiliorem esse, quæ probe putata in sua certa capita componitur, ne luxuries eam perdat, cum ad fructum pervenerit. Neque vero, qui Linguas ignoras, earum characteribus variis passim occurrentibus deterrearis, & in eam opinionem venias, opus hoc tibi plane inutile futurum. Quælibet enim vel Chaldaica, vel Hebraica, vel Rabbinica, vel Syriaca, vel Arabica Lingua exarata a quolibet intelligi poterunt, qui Latinæ Linguæ cognitione imbutus sit, cum singula externis Linguis exhibita statim, & e vestigio ad verbum Latina Lingua exponantur. Id vero duplici consilio a me factum est; tum ut omnes omnia intelligerent in Latinum conversa; tum ut Linguarum studiosi quasi manu ad ea cognoscenda facilius ducerentur, quæ solis consonantibus sine vocalibus conscripta maximam difficultatem legentibus attulissent. Libuit addere triplicem Indicem, alterum rerum, quæ in Disputatione Lexico præmissa, alterum, quæ in Lexico continentur, tertium vocum singularum, quæ in eodem passim occurrunt, ut Tyrones haberent, qua ratione in Chaldaicam, & Rabbinicam Linguam converterent, quæ sibi in schola a Magistris traderentur. De Disputatione Lexico præposita nihil subjicio, in qua nonnulla de Targumin, sive Paraphrasibus Chaldaicis, de Talmude, de Cabbala, de Rabbinorum Commentariis, & Lingua Chaldaica exponuntur; nihil etiam de Historia quadam, seu verius fabula, ejusdem Lexici fini apposita a R. Abraham Majemonide Rabbinice conscripta, a me de industria, utpote valde jucunda, & festiva, ex multis selecta, ut adolescentes quasi laborem non sentientes Hebræorum scriptis legendis assuescant, quæ ab iisdem sine punctis, & vocalibus solent exarari. Si horum studium, & diligentia assiduis laboribus

bus meis, meæque de iis bene merendi voluntati respondeat, profecto nihil erit, cur populis illis omnis litteraturæ amantissimis invideamus, qui summam operam, & industriam in Linguis Orientalibus addiscendis collocant, & quotidie cum litteratorum maximo emolumento, ut nunc præcipue Basileæ, Orientales libros in lucem edunt, habebitque Christiana Respublica eos adjutores, ac defensores, quibus adversariorum ictus optime propulset, & conatus quoslibet contra se susceptos valide debilitet, atque adeo fortiter, acriterque contundat. Interim si quid in hoc repereris, quo studia tua adjuventur, mihi laborem improbum tui commodi caussa susceptum non frustra accidisse lætabor; sin contra nihil opis a me tibi accesserit, id quoque non erit ingratum, quod videris eam fidem, quam tibi alias obligaveram, & obstrinxeram alia ad tuam utilitatem edendi, liberatam, & hac quoque parte vestigia animi mei ad te in tuis studiis adjuvandum non leviter impressa. Illud unum restat, ut, quod adhuc in cæteris laboribus meis feciſti, in hoc quoque bonitatem, & humanitatem tuam experiar, quique sermonis elegantia, & nitore me tibi commendare conatus sum, & efficere, ut ætatem liber ferre valeat, aliquid saltem fructus, & utilitatis afferens, gloriari possim, ex ore tuo illa Horatii excidisse:

Hic meret æra liber Sosiis, hic & mare transit,
Et longum noto Scriptori prorogat ævum.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P. *Fra Paolo Antonio Ambrogi Inquiſitore del Sant' Uffizio di Padova* nel Libro intitolato: *Lexicon Chaldaicum voces omnes complectens, quæ in Targumin, ſive Paraphraſibus Chaldaicis &c. Collectum ab Antonio Zanolini J. U. D. & in Patavino Seminario Linguarum Orientalium Lectore &c. nec non Diſputatio ejuſdem Auctoris de Targumin ſive Paraphraſibus Chaldaicis &c. in Lingua Latina &c.* non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Gio: Manfrè Stampator di Venezia*, che poſſa eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 11. Marzo 1745.

(Gio: Pietro Paſqualigo Ref.
(
(Marco Foſcarini Kav. Proc. Ref.

Regiſtrato in libro a Carte 1. al n. 4.

Michel Angelo Marino Segr.

Adì 18. Marzo 1745.
Reg. nel Mag. Eccel. degli Eſecutori contro la Beſtemmia.

Alviſe Lorenzi Segr.

AN-

ANTONII ZANOLINI DISPUTATIO DE TARGUMI'N, SIVE PARAPHRASIBUS CHALDAICIS, TALMU'DE, CA'BBALA, COMMENTARIIS RABBINORUM, ET LINGUA CHALDAICA.

Placet ne nonnulla de Targumìn, seu Paraphrasibus Chaldaicis tradere, quibus antiquitus Sacrarum Litterarum volumina explanata fuerunt?

℟. Libentissime tibi morem gero, ut absolutam, & perfectam cognitionem assequaris, quæ necessaria est Sacras Litteras versanti, penitissimosque ipsarum sensus introspicere volenti. Licet itaque nomine תַּרְגּוּם *Targùm* intelligi possit quælibet Sacræ Scripturæ versio, interpretatio, & paraphrasis in aliam linguam; cum tamen post reditum e Babylonia populus Judaicus aliam librorum Sacrorum translationem non haberet, nisi Chaldaicam, quæ Versionum omnium prima fuit, hinc factum est, ut κατ' ἐξοχὴν, sive *per excellentiam* Paraphrasis Chaldaica תַּרְגּוּם *Targùm* vulgo appellata sit, idemque nomen adhuc retineat. Quamobrem quotiescumque in Rabbinorum scriptis hæc vox תַּרְגּוּם *Targùm* occurrit, Chaldaica Paraphrasis est intelligenda.

Chaldaicæ igitur Paraphrases Targumìn vulgo appellatæ unde originem traxerunt?

℟. Ex populi ignorantia, & inscitia Chaldaicæ Paraphases ortæ sunt.

Cum enim ex Dei præcepto Sacras Scripturas Judæi legere tenerentur, neque in captivitate Babylonica Hebraicæ linguæ obliti id præstare possent, huic incommodo per Paraphrases Chaldaicas consultum est, Sacris Scripturis in Synagogis, & in Templo singulis Sabbatis publice prælectis. Cæterum cum quidam ex Prophetis post captivitatem lingua Hebraica pura, & integra Prophetias suas exararint, liquido patet, sermonem Hebraicum apud doctos, & eruditos viros semper viguisse. Quod si quæras, cur Israelitæ Mosis tempore Ægyptiis diutius servientes pristinam linguam incorruptam servarint, ejusdemque cognitionem multo breviori tempore in captivitate Babylonica amiserint, id procul dubio ex summa diversitate, & differentia inter vocabula, & dictiones Hebraicas, atque Ægyptiacas ortum esse putandum est, quibus eadem facilitate, qua sermoni Chaldaico, populus Hebraicus rudis, & imperitus assuescere nequiverit. Præterea in Ægypto simul conjuncti in terra Géssen, Hebraice גֹּשֶׁן *Gòscen* dicta, Israelitæ vixerunt, in Babylonia autem aliis, atque aliis dominis servire in diversis locis coacti eorum linguam addiscere necesse habuerunt, ut illorum jussis obtemperarent.

Chaldaicæ Paraphrases hodiernæ sunt ne illæ ipsæ, quæ statim post captivitatem Babylonicam compositæ sunt?

℟. Ex tempore, quo Auctores Paraphrasium Chaldaicarum, quæ hodie sunt in usu, vixerunt, necessario infertur, eas non esse primas, quæ extiterunt, cum Paraphrastæ isti circiter Christi tempora floruerint; Paraphrases autem indoctæ plebi aliquot ante sæculis ad intelligendam Sacram Scripturam fuerint necessariæ. Quamquam has primas Paraphrases scriptas arbitramur, cæteras ore tenus antea in Synagogis a Scribis, & Levitis ea lingua factas, quæ populo erat vernacula.

Quare a Sanctis Patribus, & præcipue a D. Hieronymo nulla omnino Paraphrasium Chaldaicarum mentio fit?

℟. Inde profecto hoc factum esse censendum est, quia temporibus Patrum ea erat Versionis Græcæ Septuaginta Interpretum auctoritas, adeoque omnium animos occuparat, ut in Ecclesia ea sola adhiberetur, & ad eam omnes de Fide, & Religione controversiæ examinarentur. Quamobrem superfluum fuisset Chaldaicas Paraphrases tunc temporis in medium afferre, cum ipse Textus Hebraicus, teste D. Augustino, a nonnullis Versioni Græcæ propter linguæ Hebraicæ ignorationem postponeretur. Cæterum Paraphrases Christi tempore extitisse ex verbis Lucæ cap. 4. v. 18. & 19. ab ipso Christo ex Isaia cap. 61. lectis evincitur, quæ a Textu Hebræo, & Versione Græca Septuaginta multum differunt.

Quot

Quot ſunt Targumìn, ſive Paraphraſes?

℟. Tres ſunt Paraphraſes, ſive Targumìn in Sacram Scripturam, prima in Pentateuchum, ſecunda in Prophetas, tertia in Hagiographa. Hæ autem Paraphraſes ſine vocalibus, & accentibus primum ab Auctoribus conſcriptæ ſunt; poſterioribus vero temporibus vocales quidem ſingulis additæ, accentus tamen ſoli Paraphraſi OnKeloſi appoſiti, ut Judæi ſingulis hebdomadibus ex ea Sectionem legentes ſententias inter ſe facilius diſtinguerent, & ſuavius pronunciationem inflecterent. Licet autem omnes Paraphraſtæ lingua Chaldaica Paraphraſes conſcripſerint, juxta varietatem tamen locorum, & temporum, quibus vixerunt, variis ſcribendi dialectis uſi ſunt. Porro de Paraphraſibus illud animadvertendum, Paraphraſtas non ſemper verbum verbo reddere, præcipue vero recentiores, qui circumlocutione ut plurimum utuntur, ſententiæque magis, quam verborum, rationem habere ſolent.

Targumìn a quibus compoſitæ?

℟. Targumìn in Pentateuchum Onkeloſo, in Prophetas Jonathani filio Uzielis, exceptis Chronicorum libris, libro Danielis, & Eſdræ, in Hagiographa Joſepho cuidam cæco vulgo tribuuntur. Fertur autem OnKeloſus filius fuiſſe ſororis Titi Veſpaſiani, qui Templum Hieroſolymitanum evertit, ac ſolo æquavit.

Inveniuntur ne aliæ Paraphraſes in Pentateuchum?

℟. Habemus alias duas Paraphraſes in Pentateuchum, alteram Hieroſolymitanam appellatam, cujus Auctor ignoratur, alteram Jonathani adſcriptam. De cæteris Paraphraſibus a Rabbinis commemoratis, cum vel omnino perierint, vel parvi faciendæ ſint, quidquam addere ſuperfluum arbitramur.

Quare Paraphraſis Hieroſolymitana hoc nomine nuncupatur?

℟. Hoc nomen illi inditum eſt vel ab urbe, in qua exarata, vel a dialecto, qua conſcripta. Ex triplici enim dialecto Chaldaica lingua olim conſtitit. Prima dialectus Babylonica fuit, rebus Babyloniæ florentibus, in ea urbe uſurpata, qua omnium puriſſima uſi ſunt primum Daniel, & Eſdras. Poſtea eamdem ad impuritatem declinantem in ſuis ſcriptis OnKelos, Jonathan, & Talmudis Babylonici Auctores adhibuerunt. Altera dialectus fuit Hieroſolymitana Judæis Hieroſolymitanis vernacula. Hac dialecto conſcripta eſt Paraphraſis Jonathanis filii Uzielis, liber Zòhar, quædam Medraſchìm, & Talmùd Hieroſolymitanum. Tertia denique dialectus, qua compoſitum Novum Teſtamentum Syriacum, eſt Syra Comagéna, ſive An-

tiochéna per Antiochiam, & Syriæ regiones longe, lateque propagata. Hæc vero Paraphrasis Hierosolymitana quo tempore potissimum exarata sit, incertum omnino est; conjectura tamen assequimur, eam scriptam esse nonnullis sæculis post Jonathanem, & Onkelosum, cum ejus stylus ex commistione quadam vocum Hebraicarum, Persicarum, Græcarum, Romanarum conflatus sit, multaque in ea narrentur, quæ post Christum evenere. Cum autem in hac Paraphrasi multi versus Hebraici subinde sine translatione relinquantur, non valde a veritate aberraturum eum arbitror, qui dixerit, illa vel esse alicujus Paraphraseos integræ fragmenta, vel alio, atque alio tempore a variis Paraphrastis composita in unum tandem collecta fuisse. Hujus Paraphrasis versionem Latinam Londini impressam habemus anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono.

Si placet, doce, quis liber sit Talmùd, qui maxima ex parte Chaldaico sermone est exaratus, de quo quidem sæpe mentionem injectam audivi, adhuc tamen, quid contineat, ignoro.

℟. Proprie vox תַּלְמוּד *Talmùd* significat *doctrinam*, seu *disciplinam*, vulgo tamen, & improprie apud Rabbinos præcipue *Talmùd* nomine intelligitur liber ab omnibus Hebræis maximi habitus rerum omnium argumenta complectens, sicuti Pandectæ apud Jurisconsultos, in sexaginta מַסֶּכוֹת *Massachòth*, videlicet *Tractatus* distributus, & sub singulis *Tractatibus* multa פְּרָקִים *PeraKìm*, hoc est, *Capita*, seu *Sectiones* continens. Duplex autem est Talmùd. Alterum יְרוּשַׁלְמִי *Hierosolymitanum*, alterum בָּבְלִי *Babylonicum*. Porro Talmùd Hierosolymitanum dictum exaratum fuit in gratiam Judæorum terram Israelis incolentium. Deleta enim a Romanis urbe Hierosolyma, Judæorumque Republica sublata, quædam ipsorum reliquiæ patrium solum amantium in Palæstina remanserunt, & celebres Scholas, sive Academias ad annum Christi 230. Jafnæ, Zephoreæ, Cæsareæ, & Tiberiade sibi constituerunt, in iisque Talmùd Hierosolymitanum ex unico tantum volumine constans in unam dogmatum, & sententiarum consensionem convenientes conflarunt. Talmùd vero *Babylonicum* pro Judæis in Babylonia, aliisque regionibus peregrinis commorantibus compositum fuit. Palæstina enim ad vastitatem redacta, ac propterea a Judæis derelicta, plurimi ex iis se Babyloniam contulerunt, erectisque insignibus Academiis Nehardeæ, Soræ, ac Pumbedithæ, Rabbini ex iis celeberrimi operam, & studium in conficiendo Talmude Babylonico collocantes illud post multos annos ad umbilicum perduxerunt, quod utpote præstantius, & mole grandius, cum ex quatuordecim voluminibus fere constet, Talmùd Hierosolymitanum auctoritate sua penitus oppressit. Secundum autem illud Judæi prisci, & hodierni præsertim vitæ suæ rationem instituunt, cum *ab omnibus Judæis* juxta Buxtorphium in Synagoga Judæorum cap. 1. *ceu authenticum Juris Civilis*,

&

& Canonici Corpus receptum fuerit, ejuſque Legibus univerſa Judæorum gens, tum in rebus ſacris, tum in rebus politicis, in hanc uſque diem regatur. Dividitur utrumque Talmùd in duas partes præcipuas, nimirum in מִשְׁנָה *Miſnà*, & גְּמָרָא *Ghemarà*. *Miſnà* eſt δευτέρωσις, *Lex ſecundaria* ex Traditionibus Patrum conflata, quæ a Moſe deinceps ore tenus obſervatæ fuerunt, & ad tempora Rabbi Jehudà propagatæ. *Ghemarà* vero difficultatum explanationes continet, quæ ſæpiſſime circa ea, quæ in *Miſnà* habentur, ortæ ſunt, quas Rabbini in terra Iſraelis, & Babylonia degentes ad trutinam revocarunt, declarataſque Judæis omnibus obſervandas propoſuerunt. Scatet autem Talmùd multis blaſphemiis in Jeſum Chriſtum, ejuſque matrem Virginem Mariam, ac propterea jure, ac merito a Sacroſancta Sede Apoſtolica ejus lectio vetatur, utpote quæ piiſſimas Chriſti fidelium aures offendit, & imprudentes, atque incautos facile poteſt in errorem inducere. Si Talmùdis ſtylum ſcire deſideras, non eſt ubique ſibi conſtans, & æqualis. Etenim ſi *Miſnà* in manum ſumas, Hebraice doctus ejus ſenſum facile aſſequéris, ſuccinctum ſtylum, & conciſum admiraberis; at ſi tranſeas ad *Ghemarà*, repente rerum facie mutata, omnia ſpinoſa, intricata, implexa tibi objicientur, & niſi Arabs, Perſa, Syrus, Græcus, Latinus, Armenus, Chaldæus ſis, uno verbo, niſi quemvis hominem, ut ille ait, tecum afferas, profecto aqua hæreat, nec quidquam intelligas, ſubiratuſque non modo ſtatim e manibus deponas, ſed parum abſit, quin tantam linguarum impuritatem, quaſique colluviem laceres, vel in ignem projicias.

Cum ea, quæ hactenus dixiſti, ſcitu admodum pulcra, ac neceſſaria mihi Linguis Orientalibus, Orientaliumque eruditioni operam danti videantur, nec ita facile reperiri poſſint, gratiſſimum mihi feceris, ſi quæ de Talmùde proferre licet, paucis addiſcenda propones, & primum Talmùdis partes generales oſtendes.

R. In ſex partes generales ab Hebræis dictas שִׁשָּׁה סְדָרִים *ſex Ordines* primus omnium R. Jehudà a ſanctitate vitæ dictus הַקָּדוֹשׁ *Sanctus*, & ab auctoritate הַנָּשִׂיא *Princeps* Talmùd diviſit, quarum quælibet rurſus in Libros, Liber in Capita, Caput in Miſnàs, ſive Aphoriſmos diſtribuitur. Cum enim ſub Imperatore Antonino anno Chriſti circiter 150. Rabbinus hic animadverteret, ſapientiam Judæorum paulatim imminui, legemque Oralem, h. e. ore traditam propter eorumdem in varias terras diſperſiones oblivioni tradi, ut eam ſartam tectam conſervaret, ſchedulas omnes, quibus memoriæ cauſſa Judæi res ad Legem pertinentes commendaverant, ſedulo, ac diligenter collegit, & ex iis librum confecit, qui poſtea סֵפֶר מִשְׁנָיוֹת *Sèpher Miſnajòth*, h. e. *Liber Traditionum* vulgo eſt appellatus. Hic liber ſtatim maximi haberi cæpit ab omnibus Judæis, & veluti authenticum Juris

ris Corpus receptus eſt, & in Academiis explicatus. Generatim itaque liber hic ſex Tractatus complectitur. Primus vocatur זְרָעִים *Seminum*, quia de ſeminibus, terræ frugibus, & fructibus, herbis, & arboribus, uſu fructuum privato, & publico, aliiſque ſimilibus agit. Alter dicitur מוֹעֵד *Feſtorum*, in quo tempus determinatur, quo Feſta, & ſolemnitates incipiendæ, & abſolvendæ ſint, & ratio proponitur, qua celebrandæ. Tertius appellatur נָשִׁים *Mulierum*, de earumdem officiis, morbis, & affectibus tractans, & de uxoribus ducendis, vel repudiandis ſermonem inſtituens. Quartus vocatur נְזִיקִין *Damnorum*, de damnis tum ab hominibus, tum a beſtiis importatis, & de pœna propter ea inferenda, vel compenſatione facienda agens. Quintus nuncupatur קָדָשִׁים *Sanctitatum*, Sacrificia omnia, & res ſacras proponens. Sexto denique טָהֳרוֹת *Purificationum* nomen inditum eſt, in quo vaſorum, ſupellectiliſque purgandæ modus ſuggeritur, & quæ res mundæ, vel immundæ ſint, declaratur. Quilibet autem מַסֶּכֶת *Màſſechet*, h. e. *Tractatus* in varia Capita, & Sectiones, ut diximus, diſpeſcitur, quas libenter, ne tædio Lectori ſim, in præſens prætereo.

Quanti Talmùd ab Hebræis fit?

℟. Opus iſtud, vel potius farcimen (quis crederet, niſi adeo manifeſte pateret?) tanti etiam hodie ab Hebræis ubique locorum habetur, ut nihil eo eſſe præſtantius affirment, ſanctiſſimum religionis Judaicæ fundamentum appellent, avertendos liberos a Sacra Scriptura admoneant, &, ut verbis ipſorum utar, בֵּין בִּרְכֵי חֲכָמִים *Ben birchè Achacamìm*, h. e. *inter genua Sapientum* collocandos, a quorum latere numquam diſcedant, quorumque verba niſi, tamquam Dei Oracula, venerentur, vel ipſa morte puniantur. O cæcas hominum mentes! Eo etiam amentiæ progrediuntur, ut adeo iis omnibus, quæ in Talmude habentur, ſe teneri prædicent, ut, etiamſi falſa cognoſcant, quæ præcipit, iis nihilominus ſit quavis ratione obtemperandum. Audi abſurdam, ac præpoſteram R. Scelomò Iarchì ad verba illa Deuteronomii cap. 17. v. 11. interpretationem, quam rectius dixeris detorſionem. *Non declinabis a verbis Sapientum* אֲפִילוּ אָמַר לְךָ עַל יָמִין שֶׁהוּא שְׂמֹאל עַל שְׂמֹאל שֶׁהוּא יָמִין *etiam quamvis de dextera dicerent, eam eſſe ſiniſtram, vel de ſiniſtra eam eſſe dexteram*. Quid ſtultius? quid impudentius?

A Chriſtianis vero quanti eſt habendus Talmùd?

℟. Quam auctoritatem apud Chriſti fideles Talmùd habere debeat, facile

le intelliges, ſi tantiſper ea, ex quibus conſtat, ob oculos poſita perpendas. Itaque quid, oro, in eo reperis, quod Legem divinam ſapiat, ut illi divinam auctoritatem, ſicuti Judæi temere contendunt, tribuere cogaris? Ecce tibi varias in illo diſputationes Magiſtrorum, ecce dubia, ecce quæſtiones, ecce ſententias. Ita ne Lex divina ſolet agere? Nihil minus. Omnia in ea clara, omnia perſpicua, omnia manifeſta; nihil involutum, nihil contrarium, nihil implexum. Quid ſi ex Talmude tamquam ex ſentina quadam impia, ſacrilega, blaſphema in medium proferam? Sed ſatius erit ſilentio omnia involvere, quam honeſtiſſimas, piiſſimaſque aures rerum putidarum non neceſſaria commemoratione offendere. *Pandite* potius *nunc Helicona Deæ, cantuſque movete*, dum nonnullas ex fabulis Talmudicis non ad iracundiam in gentem perfidam excitandam, ſed ad deridendam inſaniam, atque adeo cæcitatem deplorandam breviter narro. At quonam pacto fiat, ut, ſi in hanc quaſi ſcenam prodeat Talmudicus Leviathan, Taurus, Avis Bar Juchne, Rana, & Leo, *ſpectatum admiſſi riſum teneatis amici?*

Fabulis refertum Talmud eſſe jamdiu audieram, ſed id a malevolis hominibus injuria Judæis affingi, non rem ita eſſe, arbitrabar.

℟. Quemlibet ita opinantem ad Talmudis lectionem provoco. Librum בָּבָא בַּתְרָא *Bavà Batrà*, h. e. *Portam poſtremam* Talmudice appellatum cap. 5. evolvamus. Ecce tibi Deum (abſit blaſphemia) gladio diſtricto Leviathanem immenſæ magnitudinis piſcem exenterantem, & ſale condientem, ut illo ad dies Meſſiæ reſervato tamquam delicatiſſimo cibo ejus menſa inſtruatur. Ecce iterum eumdem Deum immanem Taurum mactantem, qui quotidie mille montes depaſcens paucis diebus totum fere orbem voraverat. Sed hæc levia ſunt, & nullius, fere dixerim, momenti, ſi cum cæteris ridiculis, & nugatoriis, quæ in aliis libris leguntur, conferantur. Nonne enim ſuaviſſime ridebis, atque adeo cachinnis diſrumperis, ſi ex libro בְּכֹרוֹת *Becoròth* de jure primogenitorum in animalibus agente Avem Bar Juchne protulero, cujus ovum ex nido prolapſum tantam ſecum ruinam traxit, ut caſu ſuo tercentas proceras arbores proſtraverit, fractumque ſexaginta pagis illuvionem attulerit? Papæ. Quid ais? An non hoc adeo ridiculum ac putidum eſt, ut non ſolum riſum, ſed facile ſtomachum, & indignationem vel patientiſſimorum virorum commoveat? Quid vero dices de Rana? Liceat mihi, quæ de illa a R. Bar Chaanàh narrantur, Latine reddere. Hæc ſunt ipſiſſima Auctoris verba. *Ranam aliquando vidi, quæ magnitudine pagum æquabat. Sed quantus erat pagus? Sexaginta domos capiebat. Acceſſit ſerpens immanis, qui ranam abſorpſit. Verum ſupervenit corvus, qui ſerpentem cum rana tam facile devoravit, quam vulpes gyrum comedit, & inde in arborem proximam evolavit.* Hui. Quæ, & quanta arbor, quam monſtroſa, quam alta, quam procera, quibus, quamque profun-

fundis radicibus innixa, quam annosa, quam vetus, & antiqua esse debuit? Credat Judæus apella, non ego. In Tractatu autem חולין *Cholìn* de animantibus mundis, & immundis differente cap. 5. de Leone habetur, ad ejus rugitum, etsi quadringentis circiter millibus passuum Roma abesset, omnes mulieres gravidas abortum feciſſe, & muros urbis concidisse; cum vero propius accessisset, ipso iterum rugiente, omnibus hominibus dentes excidisse, Imperatoremque ipsum semianimem e tribunali corruisse. Quid fabulosius? His, & similibus commentis Talmud passim refertus est. Quamobrem *jam satis est*: & de his *verbum non amplius addam*. Satis enim ex allatis conjici posse, & intelligi existimo, qua auctoritate pollere Talmùd debeat, quantoque in pretio a Christianis haberi.

Cur ex linguarum commistione Talmudis stylus, dicendique modus constat, & qua ratione in illum, cæteraque Judæorum scripta tot fabulæ irrepserunt?

℟. Judæorum exilia, & deportationes in gentes immanitate barbaras, linguis, moribus, institutis, legibus inter se varias, & discordes effecerunt, ut a singulis aliquid retinentes hoc quasi polymitum opus ex diversis rerum generibus, & variis linguarum vocabulis consarcinarent. Fabulæ vero, quibus scatet, non aliunde originem traxerunt, quam quod allegorias omnes respuentes, quidquid occurrit, litteraliter Rabbini explicant; nominum propriorum etymologias investigant, eaque hominibus tribuunt, quæ cum eorum nominibus conveniunt; vel ex litterarum transpositione, earumque in numeros resolutione per Cabbalam mysteria eliciunt, quibus imperitæ plebeculæ se venditent, & incautos, atque imprudentes his quasi lenociniis implicatos, atque irretitos, quocumque libet, impellant.

Nonne variis temporibus de Talmudis utilitate, vel damno acriter inter eruditos disceptatum est, quæsitumque ultro citroque, præstaret ne illum præ manibus habere, legere, adhibere, an vero abolere, & procul amandare?

℟. Id profecto sæpe factum. Verumtamen omnium acerrima de eo Reuchlinum inter, & Pfeffercornum aperto Marte olim contentio agitata est, & ad quinquennium producta. Maximis uterque patronis se tuebatur. Abolendum esse Talmud Pfeffercornus Maximiliano Primo Cæsari Romanorum Imperatori persuasit; Reuchlinus vero Leoni Decimo Pontifici Maximo omnia scripta Judæorum, & inter ea etiam Talmudica, qualibet ratione servanda. Hinc utrique parti fautoribus in dies accrescentibus, Colonienses Theologi Reuchlinum damnarunt, Episcopus vero Spirensis ejusdem causam, & libros probavit. Pfeffercornus, ut irritam Episcopi sententiam faceret, cum Romam venisset, ibi per triennium commoratus, demum re

in-

infecta, domum reverti coactus est. Cum autem Ludovico XII. Galliarum Regi res commendata esset, ad Parisienses delata est, a quibus Reuchlinus damnatus Leonis Decimi suffragiis absolvitur, tandemque negotium omnino conficitur, impio Pfeffercorno ob Hostiæ Eucharisticæ profanationem forcipibus ignitis carpto, & exusto. Hinc partium studio laborantes gestire præ gaudio, exultare lætitia, dicteria, sannas, jocos in Colonienses Theologos jactare, facetisque emissis libellis tamquam homines barbaros, Linguarum, & litteraturæ politioris hostes scommatibus, acriorique sale deridere. Reuchlini itaque sententiam multi secuti opus Talmudicum non esse abolendum censuerunt, præsertim cum ex ipso tamquam ex fonte validissima liceat argumenta depromere ad Judæorum dogmata refellenda, eorumque pervicaciam, atque temeritatem contundendam. Quamvis enim in Talmude reperiantur multa impia, blasphema, fabulosa, & falsa; Philohebræis tamen non mediocrem utilitatem affert; cum in illo varia antiquitatis Judaicæ vestigia extent ad Veteris Testamenti historiam illustrandam, ad recte explicandos ritus, & cæremonias populi Judaici. Cæterum eodem tempore, quo Talmudi impiissimo libro suprema manus a Rabbinis imposita, anno videlicet Christi circiter quingentesimo, Monachi regulæ Divi Benedicti subjecti florere cœperunt, Ecclesiamque jamdiu Hæresibus jactatam doctrina, & exemplo pristinæ quieti, & tranquillitati restituere.

Si venia igitur Christiano concedatur legendi Talmùd, potest ne ex ejus lectione fructum, & utilitatem percipere?

R. Ita prorsus, & quidem in multis. Itaque Galatinus, ita imperante Cæsare Maximiliano, in libro *de Arcanis Catholicæ veritatis*, & Reuchlinus lib. 1. cap. 7. jussu Leonis Decimi Summi Pontificis Romani eas omnes rationes attulerunt, quas satis esse existimarunt ad ostendendum, Talmùd nullo modo abolendum esse. Arma enim Christianis suppeditat ad contundendos, atque adeo conficiendos Judæos, cum ex tribus fontibus, sive principiis possint refutari, nimirum ex Veteri Testamento, ex Paraphrasibus Chaldaicis, & ex Talmude, quorum singula scripta pro authenticis habent, ex quibus contra eosdem argumenta fortissima, quæ vocantur ad hominem, elici possunt. Neque vero quisquam reponat, male Christianos, & inepte Talmude scripto humano uti, multis fabulis, multis mendaciis, multis blasphemiis in Christum, & Christianam Religionem referto. Ex hoc enim validius eos refellemus ostendentes, ex ipsis fabulis, & nugis Talmudicis non esse scriptum divinum, nec tanti habendum, quanti ab ipsis habetur, cum nugas, fabulas aniles, resque plurimas nullius fere momenti complectatur. Eo utemur ad Christianorum Fidem, ac Religionem stabiliendam, ac confirmandam. Sic ex Tractatu Talmudico *Sanhedrìn* cap. 11. in quo cujusdam Eliæ prophetia habetur asserentis, Mundum ad sex mille annos duraturum, probabimus Messiam jam advenisse. Audi prophetiæ verba: שֵׁשֶׁת

אַלְפֵי

אַלְפַּיִם שָׁנָה תֵּהוּ עַלְמָא שְׁנֵי אַלְפַּיִם תּוֹהוּ שְׁנֵי אַלְפַּיִם תּוֹרָה שְׁנֵי אַלְפַּיִם יְמוֹת הַמָּשִׁיחַ

h. e. *Sex mille annis durabit Mundus. Bis mille annis erit inanitas* (h. e. ſine Lege). *Bis mille annis Lex* (ſc. Moſaica). *Bis mille annis dies Meſſiæ.* Quis non videt, palam eſſe ex hujus Rabbini prophetia Meſſiam jam adveniſſe, cum ſextus Mundi millenarius jam agatur, debueritque in principio quinti millenarii veniſſe? Vel ergo hæc prophetia falſa eſt, quod Judæi non fatebuntur, neque concedent, cum a verbis Rabbinorum recedere non audeant; vel Meſſias jamdiu venit. Præterea in Talmude Leges fuſius, & plenius explicantur, de quibus obiter tantum in Pentateucho mentio facta eſt. Neque objicias, eas ab iis inepte, abſurde, & contra Dei mentem exponi, cum ſæpiſſime rem acu tangant. Nam ubi Judæi aliquid bene dicunt, ibi nemo melius; ubi vero male, ibi etiam nemo pejus. Admodum itaque appoſite Buxtorphius in Lexici Talmudici præfatione de Talmude inquit. *Sunt in Talmude multa Theologica ſana; ſunt in eo multa fida antiquitatis Judaicæ collapſæ veluti rudera, & veſtigia, ad convincendam poſterorum Judæorum perfidiam, ad illuſtrandam utriuſque Teſtamenti hiſtoriam, ad recte explicandos ritus, leges, conſuetudines populi Judæi priſci plurimum conducentia. Sunt in eo multa Juridica, Medica, Phyſica, Ethica, Politica, Aſtronomica. Sunt illuſtria ex antiquitate proverbia, inſignes ſententiæ, acuta apophtegmata, ſcite prudenterque dicta innumera, quæ Lectorem vel meliorem, vel ſapientiorem, vel doctiorem reddere poſſunt. Sunt multæ vocum myriades, quæ vel voces in Scripturæ Sacræ uſu raras illuſtrant, & native explicant, vel totius Linguæ Hebrææ, & Chaldææ uſum inſigniter complent, & perficiunt. Sunt denique in eo quam plurima ad infinita Novi Teſtamenti loca quoad voces, phraſes, & hiſtorias inſigniter illuſtranda maximum momentum habentia.*

Quibuſnam in locis Talmùd typis mandatum fuit?

℟. Talmùd *Hieroſolymitanum* unico volumine conſtans Venetiis publici juris factum eſt a Daniele Bombergo anno Chriſti 1520. & Cracoviæ adjectis notis marginalibus anno 1609. *Babylonicum* vero quater editum. Venetiis primùm a Daniele Bombergo anno 1520. ea elegantia, & characterum nitore, ea diligentia, & ſedulitate, ut major a Typographo poſtulari non poſſe videatur. Deinde Baſileæ anno 1581. apud Ambroſium Frobenium, in qua editione ea omnia expuncta, ita poſtulantibus Chriſtianis, quæ contra Chriſtum, & Chriſtianos in editione Veneta reperiuntur, ac propterea totus Liber עבודה זרה *Havodà zarà*, ſc. *Cultus alienus* Hebraice inſcriptus, agens de Idololatria, & familiaritate omni, & ſocietate cum Chriſtianis in eo Idololatris ab Hebræis dictis vitanda, omiſſus. Tum Cracoviæ prodiit minoribus characteribus, nec admodum laudandis: demum Amſtelodami anno 1644. apud Emmanuelem Benbeniſti in 4. In his duabus poſterioribus editionibus ea omnia proponuntur, quæ in editione Baſileenſi

omiſ-

omissa de industria sunt. In eo vero editiones Basileensis, Cracoviensis, & Amstelodamensis Venetæ editioni præferendæ, quia in iis Libri, & Capita locorum Sacræ Scripturæ in Talmude allegatorum margini sunt adscripta, quæ adscriptio magno Lectoribus emolumento, & fructui esse solet. Cæterum viri multi eruditi, ut addiscentium commodo inservirent, varios variis temporibus מִשְׁנָה *Misnæ* Tractatus in Latinum sermonem transtulerunt, typorumque beneficio alios alibi publici juris fecerunt.

Adde modos, quibus olim a Rabbinis תּוֹרָה Torà, *h. e.* Lex, *exponi consueverat.*

R. Ferebat jam animus eos, cum ita res postulasset, in medium adducere, sed quoniam te admodum cupidum illos cognoscendi nunc temporis audio, libentissime tibi statim morem gero, eoque libentius id facio, ut rerum Hebraicarum majorem in dies cognitionem assequaris, quæ mirum in modum ad Sacras Litteras penitus intelligendas prodesse solet. Itaque cum ii varii essent, ac diversi, quinque tamen præcipue ab Auctoribus recensentur. Prior erat מִקְרָא *Micrà*, Textus ipse Biblicus, & ejusdem litteralis explicatio. Alter מִשְׁנָה *Misnà*, Traditionum doctrina, earumque interpretatio. Tertius מִדְרָשׁ *Midràs*, vel מֶדְרָשׁ *Medràs*, Sacrarum Litterarum elucidatio per mysteria, vel allegorias. Quartus תַּלְמוּד *Talmùd*, quo nomine גְּמָרָא *Ghemarà* altera ejus pars præsertim intelligitur. Quintus denique אַגָּדָה *Agadà*, vel הַגָּדָה *Aggadà*, quæ Legem scriptam profundius per Cabbalam interpretatur. Rursus Rabbini תּוֹרָה, videlicet Legem scriptam, vel secundum sensum litteralem explicabant, vel per allegorias. Legis vero ore traditæ מִשְׁנָה *Misnà* ab ipsis vulgo dictæ dubia disputationibus solvebant, vel Cabbalisticis rationibus implicatiora reddebant. Juvat hìc, quid *Midràs*, *Aggadà*, & *Cabbala* apud Hebræos sint, fusius, & plenius subjicere. *Midràs* igitur est commentarius, explicatio allegorica, & in varios sensus deducta. De differentia *Midraschìm* Threnorum cap. 1. in principio ita scribit R. Abèn Ezrà. *Midraschìm in vias multas sunt divisæ. Quædam ex illis sunt ænigmata, arcana, & parabolæ sublimes usque ad æthera. Aliæ inserviunt sublevandis cordibus defatigatis in capitibus profundis. Aliæ sunt ad confirmandum eos, qui impingunt, & implendum vacuos. Propterea sensus Scripturæ similes sunt corporibus; allegoriæ autem sunt veluti vestimenta corpori adhærentia. Aliæ sunt subtiles instar serici; aliæ crassæ veluti saccus.* Hæc sunt Abèn Ezrà verba Hebraica ad verbum reddita. *Aggadà* autem est Historia jucunda, & subtilis, disputatio Historica, aut Theologica de aliquo Scripturæ loco jucunditate, & novitate Lectorem detinens, & oble-

ſtans, deduciturque a Verbo Hebraico הִגִּיד *narrare*, *nunciare*: vel ſi derives ab אָגַר *colligere in faſciculum*, erit narratio Hiſtorica jucunda, ſubtilis, myſtica, in compendium redacta, curam, & ſollicitudinem animo injiciens ob ſuum arcanum ſenſum. *Cabbala* denique eſt myſtica, & magis ſecreta Scripturæ expoſitio.

Cum in ore, & quotidiano fere omnium ſermone hoc Cabbalæ nomen verſetur, grave tibi non ſit aliquid fuſius de ea tradere.

℟. Voci Hebraicæ קַבָּלָה *Cabbalà*, h. e. *Cabbala* ſtrictim, & proprie ſubjecta eſt ſignificatio *receptionis*, nimirum doctrinæ, quam poſteri viva voce deinceps a patribus, & majoribus ſuis recipiunt. *Cabbala* apud Hebræos vulgo, & paſſim appellatur, ſtricteque eadem eſt, ac מָסוֹרָה *Masòra*, de qua mox nonnulla dicemus. Uſu tamen receptum eſt, ut *Cabbalæ* nomine non intelligatur quælibet παράδοσις *Traditio*, ſed non ſcripta; neque omnis παράδοσις ἄγραφος, ſive *Traditio non ſcripta*, ſed μυστικωτέρα, h. e. *magis arcana*, & *occultior*; ſicuti nomine מִדְרָשׁ *Midràs* Traditio, quæ ſcriptis mandabatur, intelligitur. Hebræi enim Legem dividunt in ſcriptam, & non ſcriptam, vel alio nomine Oralem, videlicet ore traditam. Scriptam ajunt contineri in Pentateucho, ſeu quinque libris a Moſe compoſitis, Oralem vero contendunt a Moſe voce traditam fuiſſe, & a Moſe ad poſteros omnes numquam interrupta ſucceſſione derivatam. Primis temporibus agebat Cabbala de rebus ad Dei cultum, & Religionem ſpectantibus; a recentioribus autem Hebræis in nugas converſa eſt, & ad res impias, turpes, & fœdas etiam magno cum dedecore traducta. A R. Salomone *Cabbala* definitur, ut ſit מָסוֹרֶת וּמִנְהָג שֶׁקִּבְּלָנוּ מֵרַבּוֹתֵינוּ h. e. *Traditio*, & *conſuetudo*, *quam accepimus a Rabbinis noſtris*. Buxtorphius autem in Lexico Talmudico ait, Cabbaliſticam doctrinam eſſe arcanam, myſtice, & ænigmatice quodammodo propoſitam, de rebus Divinis, Angelicis, Theologicis, Cœleſtibus, & Metaphyſicis, de Angelis, & Spiritibus, miris ſymbolis, & arcanis docendi modis involutam, quam Joannes Picus Mirandulæ Comes, Joannes Capnion, ſive Reuchlinus, Archangelus de Burgo novo Italus, aliique magna ex parte revelare auſi ſunt. Eam dividunt in עִיּוּנִית *Hijunìt*, h. e. *Theoricam*, & מַעֲשִׂית *Mahazìt*, h. e. *Practicam*, de quibus conſulendi Auctores, qui huic ſtudio illuſtrando operam dederunt.

Legem Oralem Hebræi quomodo dividunt?

℟. Lex Oralis in duas partes ab Hebræis dividitur, in quarum altera Lex, & cæremoniæ explicantur; in altera vero profundiora Legis myſteria ex-

exponuntur, & hæc pars proprie ab iisdem *Cabbala* appellatur. Ejus ſpecies tres enumerantur apud Auctores; quarum prima complectitur myſticam, & magis ſecretam Scripturæ expoſitionem, quam Hebræi volunt primo in monte Sinai Moſi a Deo fuiſſe traditam, a Moſe Joſuæ, a Joſue LXX. Senioribus, ab his Prophetis, a Prophetis Eſdræ, & Synagogæ magnæ, ab his tandem Rabbinis, & Judæis hodiernis. Altera ſpecies dicitur Cabbala practica, quæ tamquam Magica, & illicita prohibetur. Arbitrantur enim Judæi per hanc litteras, vel verba Sacræ Scripturæ detorquendo, & arcana ex iis eliciendo ſe poſſe miracula patrare, ægrotos ſanare, Dæmones in fugam conjicere, & alia hujuſmodi facere. Tertia ſpecies apud recentiores Judæos proprie dicta Cabbala ludit in verbis, punctis, & accentibus Sacræ Scripturæ, elicit ſenſus myſticos ex variis permutationibus, abbreviaturis, litterarum figura, numeris, & myſteria plerumque inania, & ſuperſtitioſa excogitat.

Quotuplex eſt hæc Cabbala?

℟. Rurſus in tres claſſes hæc Cabbalæ ſpecies diſtribuitur. Primam vocant Judæi גִּימַטְרִיָא *Ghematria*, qua per Arithmeticam litterarum ſupputationem explicant dictionem unam per alteram, ex cujus litteris idem numerus exſurgit; ſecundam dicunt נוֹטָרִיקוֹן *Notaricòn*, qua per litterarum compendium ſingulæ litteræ alicujus vocis totidem verba ſignificant, quæ habent eaſdem litteras in principio, vel in fine; tertiam appellant תְּמוּרָה *Temurà*, ſcilicet permutationem, qua vel eodem litterarum numero manente, & ordine retento aliter litteræ componuntur; vel, litteris translatis, aliud vocabulum fit, quod primum explicat; vel una littera in alterius locum ſufficitur; exempli gratia א *Aleph* prima Alphabeti Hebraici littera pro ת *Tau* ultima, ב *Beth* ſecunda pro ש *Scin* penultima &c. a Cabbaliſtis collocatur, & adhibetur ad id, quod anxie quæritur, obtinendum. Cabbalæ porro hujuſce auctores non alios jure facies, quam ſuperſtitioſos Rabbinos, qui cum cæci cæcum populum ducant, ſimul cum eo in foveam ſe præcipitant, & in exitium, perniciemque ruunt voluntariam. Itaque Cabbala eſt ars vana, ridicula, ſæpe impia, & ſuperſtitioſa, ac propterea merito repudianda, cum nefas ſit in rebus Sacris ludere, & in eo ſtudio verſari, quod non recte intelligendis Sacris Litteris viam aperit, ſed potius iisdem turpiter corrumpendis inſervit.

Non erit ab re hoc loco de עֶשֶׂר סְפִירוֹת *Hèzer Sephiròth*, h. e. *Decem Numerationibus*, quibus tamquam fundamentis generalibus Judæorum Theologia innititur, aliquid addere, cum ex iis Rabbini arborem Cabbaliſticam conſtituant, ex cujus ramis Cabbala tota apud Hebræos originem ſuam traxit, quorumque adjumento Cabbaliſticæ Theologiæ ſtudioſi ſe ejus intimam, penitiſſimam, abſolutiſſimamque cognitionem aſſequi facillimo negotio glorian-

riantur. Juxta Reuchlinum autem lib. 3. Cabbalæ iſtæ *Decem* סְפִירוֹת *Sephiròth* ſunt Divina nomina, proprietates, notiones, ſeu attributa, quæ nos mortales de Deo concipimus, vel eſſentialia, vel perſonalia, vel notionalia, vel communia. Has סְפִירוֹת *Sephiròth* Auctor Præfationis in librum שַׁעֲרֵי אוֹרָה *Scaarè Orà* contendit ita appellatas a luce, & ſplendore. Ait enim. *Cabbaliſtæ tradiderunt, & ordine diſpoſuerunt nobis proprietates Divinas, vocaveruntque eas* סְפִירוֹת עַל שֵׁם הַזֹּכוֹת וְהַבְּהִירוּת מִלָּשׁוֹן מַעֲשֵׂה לִבְנַת הַסַּפִּיר Sephiròth a puritate, & claritate, ex ſignificatione, *Opus lapidis ſapphirini* Exod. 24. 10. *Quemadmodum enim in re lucida conſpiciuntur formæ; ſic conſpiciuntur omnia in iſtis Sephiròth ſine additione &c.*

Hæc porro eſt hujus arboris Cabbaliſticæ, ſive Decem Sephiròth diſpoſitio.

כֶּתֶר *Chèter* h. e. *Corona.*

חָכְמָה *Chochmà*, h. e. *Sapientia.* בִּינָה *Binà*, h. e. *Intelligentia.*

גְּבוּרָה *Ghevurà*, h. e. *Potentia.* גְּדוּלָה *Ghedullà*, h. e. *Magnificentia.*

תִּפְאֶרֶת *Tiphèret*, h. e. *Decor.*

נֶצַח *Nètzach*, h. e. *Victoria.* הוֹד *Hod*, h. e. *Majeſtas.*

יְסוֹד *Jesòd*, h. e. *Fundamentum.*

מַלְכוּת *Malcùt*, h. e. *Regnum.*

Apud nonnullos Rabbinos pro גְּבוּרָה *Ghevurà*, & גְּדוּלָה *Ghedullà*, reperiuntur aliæ duæ dictiones, nimirum פַּחַד *Pàchad*, h. e. *Timor*, & חֶסֶד *Chèſed*, h. e. *Miſericordia*. Alii vero pro גְּבוּרָה *Ghevurà* adhibent אַהֲבָה *Ahavà*, h. e. *Amor*. Solent etiam Judæi ſuper vocem כֶּתֶר *Coronam* collocare has duas dictiones אֵין סוֹף *ſine fine*, h. e. *abyſſus*. Adeo vero ſolliciti ſunt Cabbaliſtæ, adeoque anxii in lapide Theologico in hac arbore, ejuſque implicatis ramis quærendo, ut cum iis collati Alchimiſtæ perquirentes in cine-

ri-

ribus lapidem Philoſophicum ludere, quaſique nihil agere videantur. De hac arbore, ſi placet, vide Reuchlinum lib. 1. & 3. Cabbalæ, & lib. 2. de Verbo mirifico cap. 8. Quod ſi quis deſiderio trahatur intelligendæ ſignificationis hujus arboris, neque Reuchlinum in promptu habeat, adeat Caput I. libri Italice inſcripti, *Le verità della Fede Criſtiana ſvelate alla Sinagoga con le Autorità de' più accreditati Rabbini, e confermate co' Teſti della Sacra Scrittura*, cupiditatique ſuæ plane ſatisfaciet. Hic autem liber Venetiis editus eſt anno 1741. Auctore Franciſco Maria Ferretti ab Ancona, qui antea Rabbinus, ut ipſe ait in fronte libri, mihique coram ſemel, atque iterum teſtatus eſt, nomine Sabbàt Naccamù, nuper, Judaica religione relicta, ad Fidem Catholicam tranſiit, quam utinam ad ultimum vitæ ſpiritum firmiter, conſtanterque retineat, neque ſcenæ pro Judaicæ gentis more & conſuetudine inſerviat. Circumfertur etiam liber inſcriptus *De Divinis Attributis, quæ Hebræi Sephiròth vocant*, conſcriptus a Cæſare Evolo Neapolitano, & Venetiis impreſſus apud Franciſcum Zillet 1583. in 8.

Adde aliquid breviter de פֵּירוּשִׁים Peruſchìm, *ſive Commentariis Biblicis Rabbinorum.*

℟. Secunda a Talmùde ſcripta maximi ab Hebræis habita ſunt פֵּירוּשִׁים *Peruſchìm*, ſive Commentaria Biblica Rabbinorum, quorum genera quinque ab Abèn Ezrà recenſentur in Præfatione Rhythmica in Bibliis Buxtorphii Pentateucho præpoſita. Primus itaque modus commentandi a Rabbinis adhibitus eſt valde prolixus, ea omnia complectens, quæ ratione aliqua ad vocem illam pertinere videntur, cujus ſignificationem, & intelligentiam quærimus. Sic R. Iſaac occaſione *Lucis* duos libros in cap. 1. Geneſeos v. 3. totam Opticam continentes compoſuit; occaſione *Plantarum* v. 12. totum Herbarium deſcripſit; occaſione tandem *Animalium* v. 24. totam Phyſicam legentium oculis exhibuit. Sic R. Samuel ex illis verbis Geneſ. 28. 10. וַיֵּצֵא יַעֲקֹב מִבְּאֵר שָׁבַע *Et exivit Jacob ex Berſabee* anſam arripuit totius Itinerarii componendi. Sic R. Saadìas Gòan verſiculum 14. Geneſ. 1. interpretaturus de Aſtris mentionem facientem Matheſim totam explanavit, ac propoſuit. Hi omnes Chriſtianis nonnullis, ſed præcipue Arabibus Judæis ſimiles admodum ſunt, qui dum eruditos ſe, & omniſcios indoctis venditare conantur, plerumque immania volumina conſarcinant, ſcientias, ac diſciplinas temere confundentes. Hinc quis Haſelbachium in Academia Viennenſi Profeſſorem, de quo SchiKardus mentionem injicit, jure non derideat, ſanniſque non excipiat, qui viginti duorum annorum ſpatium in explicando Capite primo Iſaiæ inſumpſit, nec tamen ad umbilicum perduxit? Alter commentandi modus eſt ſuperiori plane contrarius, utpote qui ſoli Textui inhæret, Traditionibus Oralibus rejectis, quæ ad Legem divinam nihil omnino pertinent. Licet autem hæc commentandi ratio ab Abèn

Ezrà

Ezrà rejiciatur, non eſt tamen prorſus contemnenda, cum Lex Oralis non detur, ac propterea Sacræ Litteræ ſecundum Textum explanandæ ſint. Tertius modus eſt allegoricus, quo pleraque in Bibliis occurrentia in allegorias transferuntur, jure ab Abèn Ezrà damnatus, cum per allegorias verus, ac germanus Sacrarum Litterarum ſenſus prætereatur, fictitiuſque nullum penitus in Textu fundamentum habens obtrudatur. Libenter concedo, allegorias veræ, & germanæ Sacr. Scripturæ ſententiæ innixas, & accommodatas non eſſe rejiciendas, at quis tacitus patienter allegorias abſurdas, abſonas, ineptas ferat a Judæis efformatas Textui ipſi plerumque contrarias? Quartus modus Cabbaliſticus eſt per litterarum in numeros reſolutionem, tranſpoſitionem, mutationem myſteria, & dogmata ex Sacris Litteris eliciens. Licet autem magni ab Hebræis modus hic habeatur, cum Cabbalam venerentur, nos omnino rejicimus, & deridemus, nefas rati rebus plane ridiculis, & nugatoriis fidem adjungere. Itaque non erit ab re exemplum hujus commentationis ob oculos ponere, ut clarius pateat, eam omnino contemnendam eſſe, proculque amandandam. Quærunt igitur, cur Moſis Pentateuchus a littera ב *Beth*, quæ eſt littera ſecunda Alphabeti Hebraici, incipiat. Alii ex Rabbinis alio inclinant. Sunt, qui volunt, Deum ad duos Mundos reſpexiſſe, cum ב *Beth* arithmetice *duo* ſignificet, videlicet ad Mundum, qui nunc extat, & ad Mundum Meſſiæ tempore, vel poſt Judicii diem futurum. Ex Cabbaliſtis vero alius per litteram ב *Beth* duplicem Legem, Scriptam videlicet, & Oralem, deſignari contendit; alius per eamdem duas hominis partes, animam, & corpus ſignificari vult; alius exponit, Deum Mundum cum בְּרָכָה *Beracà*, h. e. *Benedictione* creaſſe, cum hæc dictio ex littera ב *Beth* initium ducat. *Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?* Sic alii Cabbaliſtæ verſum primum Geneſeos ex ſeptem vocibus, & viginti octo litteris conſtare tradunt, quia Moſes ſeptem vocibus ſeptem Planetas, viginti autem octo litteris viginti octo Lunationes menſem conſtituentes indicare voluit. Alii vero arbitrantur, Moſem viginti octo illorum temporum rationem habuiſſe, de quibus Eccleſiaſtes cap. 3. mentionem facit. Apage nugas. Ultimus denique modus commentandi Biblia a Rabbinis inter Judæos magni nominis Abèn Ezrà, David Kimchì, & Scelomò Jarchì adhibitus Grammaticus eſt, ſive paraphraſticus, ex quo deinde aliquid ad inſtruendum populum eruitur, quæ ratio commentandi Biblia jure ab Hebræis, & Chriſtianis magni fit, ſi nonnullas fabulas a R. Scelomò Jarchì commentariis ſuis inſertas expungas.

Quinam fructus, & utilitas ex Rabbinorum Commentariis percipi poteſt?

R. De uſu, fructu, & utilitate Commentariorum Rabbinicorum variæ, ſibique fere adverſantes inter Chriſtianos ſententiæ fuerunt. Si enim Riberæ ex inſigni, & eximia Societate Jeſu non ſolum de litteraria Republica, ſed potiſſimum de Chriſtiana Religione optime ſemper merita aures præbeas,

beas, in ejus Commentariis in XII. Prophetas, & in Procœmio in Sophoniam passim vellicantem, & carpentem Hebræos audies, utpote nugarum, ac fabularum appetentes, & ab omnium disciplinarum studio abhorrentes, ignorare eos Linguæ Hebraicæ proprietatem, & dictionum germanam significationem, esse quidem in iis nonnulla, quæ prodesse possint, tot tamen, quæ noceant, ut satius sit omnia prorsus abjicere, quam pauca utilia retinere. In eamdem prorsus sententiam abiit Dominicus Garsìas in Complutensi Academia Linguæ Hebraicæ Professor in Libro inscripto *Propugnacula Christianæ Religionis adversus perfidiam Judæorum* Rabbinos valde redarguens, nihili faciens, penitusque contemnens. Joannes vero Forsterus quam acriter, quam vehementer in Rabbinos invehitur, nulloque loco patitur consistere tamquam homines bardos, quasi stipites, & in summa rerum, Linguarumque omnium ignoratione versantes? In manus sume ejus Dictionarium, & Præfationem lege. Audin' quæ de Hebræis scribit, neque veretur asserere? *In quibus nulla lux, nulla notitia Dei, nullus spiritus, nulla ullius disciplinæ, seu artis veræ, & solidæ scientia, nulla Linguarum, ac ne Hebrææ quidem cognitio. At quod ad Sacræ Scripturæ intelligentiam, atque ad Linguæ Hebrææ cognitionem attinet, præstiterunt, quod laudem mereatur, omnino nihil. Nam Dictionaria, & Commentaria ipsorum plus obscuritatis, & erroris in Ecclesiam Christi invexerunt, quam lucis, & veritatis.* Quis hæc legens crederet, sibique persuaderet, Forsterum præceptores Hebræos domi propriis impensis, & de suo aluisse, nisi ipse in suis scriptis id sæpe palam faceret? Quamobrem Schikardus in *Bechinàth Happerasçim* Disp. 6. sentit, a Forstero fortasse antiquos Rabbinos cum hodiernis collatos fuisse, & ex posterorum ingenio antiquos æstimatos. Addit præterea, fortasse Rabbinorum Commentaria a Forstero non fuisse lecta, nonnullisque propositis exemplis sententiam suam contra Forsterum probare conatur.

Nonne ab aliis Christianis eadem Rabbinorum Commentaria ad cœlum usque efferuntur?

℟. Utique. Sic Divus Hieronymus, sic Munsterus, sic Fagius, sic alii nonnulli multa in eorum laudem afferunt. Divus Hieronymus enim in Nahum cap. 2. inquit. *Testis est mihi Dominus, me Hebræorum sequi expositionem, a quibus non modico tempore eruditus, debeo meis simpliciter indicare, quæ didici.* Munsterus autem in Bibliorum suorum Præfatione asserit, neminem sine Rabbinorum adminiculo veram Sacrarum Litterarum cognitionem posse assequi; quod idem Fagius in Præfatione Exegeſ. 4. Cap. Geneseos confirmat. Si in hac sententiarum varietate nobis licet ingenue fateri, & libere proferre, quod sentimus, statuimus, Commentaria Biblica Rabbinorum ad Sacras Litteras penitus introspiciendas, intimumque ipsarum sensum cognoscendum non solum Christianis lectu utilia esse, sed quodammodo necessaria. In illis enim voces plurimæ tum quoad Grammaticam, tum quoad significationem difficillimæ a Rabbinis optime explicantur; phra-

ſes variæ, dicendique modi in Veteri, ac Novo Teſtamento dubii clare exponuntur; ritus, de quibus obiter tantum in Sacris Litteris mentio fit, in ipſis fuſius proponuntur; multa loca in Veteri Teſtamento de Meſſia obſcure agentia in bono lumine collocantur; regionum, locorumque nomina, numiſmatum, ſolemnitatum, & Feſtorum ex cognitione ſcriptorum Rabbinicorum maxime illuſtrantur; omnino arma Chriſtianis contra Judæos ipſos in iis affatim ſuppeditantur. Legantur igitur Rabbinorum Commentaria, nocturna verſentur manu, verſentur diurna, cum ex eorum lectione perfectus Hebraici Textus ſenſus, & abſoluta Scripturæ Sacræ intelligentia profectura ſit, ad quam omne Linguarum ſtudium tendit, ac refertur.

Cum dixeris, præcipuos Bibliorum Commentatores fuiſſe apud Judæos R. Abèn Ezrà, R. David Kimchì, & R. Salomonem Jarchì, cedo, quales fuerint.

R. Poſtulatio tua cum ex ſe honeſta ſit, & digna, cui reſpondeatur, efficit, ut nonnulla, quæ omiſiſſem, in medium afferam, eorumque eodem tempore, qui omnia, quæ ad Hebræos pertinent, ſcire deſiderant, cupiditati ſatisfaciam. Itaque R. Abèn Ezrà gente סְפָרְדִי *Sepharadì*, h. e. *Hiſpanus* fuit, ut ipſe crebro ſe vocat, inſulamque Rhodum incoluit, ut ex ſubſcriptione Danieli adjecta, & Commentariis in Malachiam colligitur. Nomine integro appellatur רַבִּי אַבְרָהָם בַּר מֵאִיר אִבֶּן עֶזְרָה h. e. *Rabbì Abraham filius Meir nepos Ezræ*, quod nomen a patre Meir, & avo materno Ezrà ſumpſit, a quo voluit potius denominari, quam a patre, ea fortaſſe mente, & conſilio, ut hujuſmodi nomine ſignificaret, ſe eſſe *auxilii lapidem*, ſicuti nomen innuit, juvandis hominibus propoſitum. Studium, & operam collocavit in commentando toto Veteri Teſtamento, quæ Commentaria ut plurimum lateri Textus Biblici non ſunt adjecta, ſed conjunctim fini multorum librorum appoſita. Sic ejuſdem Commentaria omnia in duodecim Prophetas minores ſimul copulata poſt Malachiam reperiuntur. Hujus auctoris legebatur etiam liber צַחוּת *Tzachòth*, h. e. *Elegantiarum* ad rem Grammaticam pertinens, qui tamen neſcio quo fato non ſine magno Philohebræorum dolore periit. Ejus ſtylus conciſus eſt, ſubtilis, elegans, perſpicuus. Cum vero Aſtronomiæ peritiſſimus eſſet, Philoſophicis, & Mathematicis rebus ſubinde Commentaria ſua perſperſit. Rabbinus hic κατ' ἐξοχὴν propter eximiam Sacrarum Litterarum, & Philoſophiæ cognitionem ab Hebræis dicitur הֶחָכָם *Hechachàm*, h. e. *Sapiens*, eadem prorſus ratione, qua nos Ariſtotelem *Philoſophum* appellamus. Natus Chriſti anno 1030. ad annum 1105. vitam produxit, &, quod inde conſequitur, mortuus eſt ætatis anno ſeptuageſimo quinto.

Quid

Quid habes de R. David Kimchì?

R. Rabbì David Kimchì ita dictus a patre R. Joseph Kimchì ex Hispania etiam ipse originem traxit, ejusque familia magna nominis celebritate, & commendatione diutissime publicis Hispaniæ Scholis, magnæque Synagogæ inserviit. Conscripta sunt ab eo Commentaria in universum fere Vetus Testamentum, quæ in omnibus Bibliis majoribus Hebræum Textum sequi solent. Lexicon etiam Hebraicum, & Grammaticam publici juris fecit מִכְלוֹל *Michlòl* appellatam, eaque linguæ Hebrææ cognitione præditus fuit, ut, quidquid ad rem Grammaticam pertinens a Grammaticis Hebræis editum ad hanc diem conspicitur, ejus laboribus, & ingenio fere totum tribuendum sit. Gloriantur Hebræi, ab eo contra Christianos librum compositum fuisse, sed adhuc, quod sciam, nemini datum illum videre. Comptus admodum, & elegans stylus ejus est, Grammaticisque præceptis semper insistens. Magni sit ab Hebræis præcipue ob Commentaria. Ex mentione vero, quam sæpe de R. Abèn Ezrà tamquam amico, sibique necessario in libris suis injicit, conjicitur, eum circa annum Christi 1190. floruisse.

Adde aliquid etiam de R. Scelomò Jarchì.

R. Cur a Luna Hebraice יֶרַח *Jèrach* dicta Rabbinus hic יַרְחִי *Jarchì*, scilicet *Lunaris*, sit appellatus, ne conjiciendi quidem locus cuiquam relinquitur. Vulgo ab Hebræis a primis nominis litteris רשי *Rascì* nuncupatur. Patria Campanus Trecensis fuit, qui vicus Galliæ Narbonensis est non procul a Montepessulano, vulgo *Montpellier*. Gallum eum extitisse satis probant voces Gallicæ ab eo sæpe adhibitæ, quibus dictiones Hebraicas, addito vocabulo בְּלַעַז *Belàbaz*, *barbare*, hoc est, Gallice, interpretatur, & exponit. Ejus Commentaria in totam Sacram Scripturam insignita tribus litteris רשי *Rascì* superne appositis collocata sunt in Bibliis Buxtorphii vel in margine interiori, vel exteriori, vel Textui subjecta. Talmudis etiam partem potissimam commentatus est, Codici obscurissimo, tenebrisque undique circumfuso maximam lucem afferens. Ejus Commentaria in Talmudis latere interiori imprimi consueverunt. SchiKardus narrat, eum morte abreptum Commentaria hæc ad umbilicum perducere non potuisse, ac propterea in quarta Talmudis parte מַכּוֹת *Maccòth* dicta substitisse, propter quæ Commentaria κατ' ἐξοχὴν nomine פַּרְשַׁנְדָּתָא *Parschandàta*, hoc est *Interpretis*, per Antonomasiam fuit ab Hebræis cohonestatus. Itaque reliqua Talmudis Commentaria ab ejus discipulo R. Jehudà Nathanis filio confecta sunt. R. Scelomò Jarchì stylus implexus est, valde obscurus, impurus, nimis concisus, pauciissimisque verbis multa complectens. Ob hanc rem rectum existima-

runt alii Rabbini in ejus Commentaria ביאורים *Biurìm*, hoc eſt, *Elucidationes* ſcribere. Grammatica præcepta, & regulæ contra ejus ſcriptionem non uno in loco reclamant, fabulæque Talmudicæ, & nugæ Commentariis Biblicis ab eo inſertæ non mediocriter de ejus ingenio, & fama detrahunt. Tantam vero Rabbinus hic apud Hebræos auctoritatem habuit, ut propter ſingularem, & eximiam apud eos ſanctitatis, & ſcientiæ opinionem futuros eventus prædixiſſe feratur, parumque abfuerit, quin inter cæteros Prophetas ab iiſdem ſit numeratus. Obiit annos natus ſeptuaginta quinque magnum ſui deſiderium Judæis omnibus relinquens.

Nunc, quaſi e diverticulo in viam, iterum ad Paraphraſes Chaldaicas redeamus, tibique nec moleſtum, nec grave ſit docere, utrum omnes Veteris Teſtamenti libri habeant ſuas Paraphraſes Chaldaicas.

℟. In omnes Veteris Teſtamenti libros in Canonem Hebræorum relatos Chaldaicæ Paraphraſes extant, ſi excipias Danielem, Eſdram, & Nehemiam, ex quibus duo priores magna ex parte ex Lingua Chaldaica conſtant. Adde, nonnullos libros a duobus Paraphraſtis fuiſſe explicatos, atque adeo a tribus. Liber enim Eſtheræ duplicem habet Paraphraſim; Pentateuchus vero triplicem, unam ab Onkeloſo, alteram a Jonathane compoſitam, tertiam vero Hieroſolymitanam appellatam incerti auctoris.

Quos libros Hebræi in ſuum Canonem retulerunt?

℟. Omnes Sacræ Scripturæ libros tamquam Canonicos habent Hebræi, exceptis libris Machabæorum, Additamentis ad Eſtheram, & Danielem, Tobia, Judith, Baruch, Sapientia, Eccleſiaſtico, & Libro tertio, & quarto Eſdræ; qui tamen omnes, exceptis Libro tertio, & quarto Eſdræ, a Concilio Tridentino ſeſſione quarta cum omnibus partibus ſuis, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in Bibliis Sacris habentur, tamquam Sacri, & Canonici ſunt declarati.

Quid ſentis de Sacræ Scripturæ Libris, omnes ne Lingua Hebraica exarati ab Auctoribus ſuis fuerunt?

℟. Omnes Sacræ Scripturæ Libros Hebraice primum ſcriptos eſſe communis eſt Auctorum ſententia, Danielis Prophetia, & Eſdræ Hiſtoria exceptis, quorum maxima pars eſt Chaldaica. Sapientia, & Liber ſecundus Machabæorum Lingua Græca conſcriptus eſt; Tobias, & Judith primum Chaldaica. De Baruch ambigitur, an Lingua Hebraica compoſitus fuerit, cum nuſquam apud Judæos legatur.

Quid

Quid habes animadverſione dignum de OnKeloſo, & ejus Targùm in Pentateuchum?

℟. De Onkeloſo duplex præcipue Auctorum eſt opinio. Apud alios OnKeloſus idem eſt, ac Achilas; apud alios vero idem, ac Aquila. Aſt a veritate toto Cœlo utrique aberrant. Licet enim uterque Aquilas, & OnKeloſus Proſelyti fuerint, diverſo tamen tempore floruerunt. Onkelos enim ſub Hircano ante Chriſtum annis circiter quadraginta vixit, Achilas vero Titi Imperatoris ex ſorore nepos ſub Adriano, diruta urbe, & exciſa. Illi Paraphraſis in Pentateuchum, huic in Prophetas, & Hagiographa tribuitur, quæ hodie tamen non extat. De Aquila vero nullum dubium eſſe debet, cum juxta Theodoretum, & alios circa annum Chriſti centeſimum, & trigeſimum vixerit, & totam Scripturam in Græcum ſermonem tranſtulerit. Si ſtylum Targùm Onkeloſi ſcire deſideras, facilis, & ſimplex ad Eſdræ, & Danielis puritatem maxime accedit. Huic ſoli Paraphraſi, ut diximus, præter vocales accentus ſunt adjecti. Cæterum Paraphraſis hæc cæteris Paraphraſibus antiquitate, præſtantia, & facilitate longe antecellit; ex quo factum eſt, ut ſemper inter Judæos uſitatiſſima fuerit. Hic OnKelos videtur tantum ſcripſiſſe Paraphraſim in Pentateuchum, quidquid nonnulli contra dicant, cum revera nulla alia ejus nomine circumferatur. Quare Galatinus audiendus non eſt, dum inquit lib. 1. cap. 3. *Hic AnKelos* (pro *OnKelos*) *totam Bibliam* (pro *tota Biblia*) *in Chaldæum vertit, atque expoſuit*. Cum enim Galatinus admodum facilis ad credendum ſit, nulliuſque teſtimonio, & auctoritate innixus ſæpe multa proferat, valde cavendum eſt, antequam ipſi fides adjungatur. Paraphraſis porro Onkeloſi ſequitur κατὰ πόδα Textum Hebræum, & eadem fere verba numero continet, quæ Textus Hebræus, ſi excipias Geneſeos cap. 49. & pauca alia loca, ut apparet ex Bibliis editis Venetiis, Baſileæ, Hannoviæ, & in Anglia, quæ OnKeloſi Paraphraſim juxta Textum Hebræum exhibent, hac ratione Lectoris commodo maxime conſulentia, ejuſdemque laborem, & tædium imminuentia. Regia vero Biblia eamdem Textui ſubjiciunt. Hujus Paraphraſeos editiones variæ ſunt, multumque inter ſe differunt. Ex his facillima vulgo cenſetur, quæ a Buxtorphio edita eſt ſecundum punctationem in Daniele, & Eſdra uſitatam.

Cur inter Judæos OnKeloſi Paraphraſis uſitatiſſima fuit?

℟. Ex eo id factum, tum quia ſæpiſſime deſcripta, typiſque edita fuit, tum quia olim Judæis præceptum erat, ut qualibet hebdomade Sectionem ex hac Paraphraſi in Synagogis legerent, qui mos apud hodiernos Judæos adhuc obtinet. Id ex Elia Levita in Præfatione in מְתוּרְגְּמָן *Meturghamàn* colligitur. *Antequam inveniretur ars typographica, non extabant Targumìn Prophe-*

phetarum, & Hagiographorum, nisi vel unum in Provincia, vel ad summum duo in universo climate. Propterea nec quisquam erat, qui ea curaret. At Targùm OnKelosi semper repertum est affatim. Et hoc ideo, quia nos tenemur legere qualibet hebdomade פָּרָשָׁה Paraschàm *bis, semel in Textu, & semel in Targùm.*

De Jonathane, & ejus Targùm quid observas?

℟. Jonathanis filii Uzielis habetur translatio Prophetarum priorum, & posteriorum, excepto Daniele, Esdra, & Chronicis, quorum duo priores partim Chaldaici, partim Hebraici sunt. Tanta vero, & tam varia sunt miracula a Judæis de hoc Paraphraste efficta, ut ex iis liceat intelligere, eum maximo in honore, ac reverentia apud ipsos habitum fuisse. Et sane, si veritatem amamus, inter meliores ejus Paraphrasis recensenda est, nobisque etiam Christi fidelibus maxime probanda, cum in ea multi Sacræ Scripturæ loci de Christo obscure agentes admodum pie, ac religiose explanentur. Deceptum autem esse Postellum, Fagium, & Serrarium aliud Jonathani Targùm in Pentateuchum adscribentes, satis declarat varium dicendi genus, quod in utrisque Targumìn plane deprehenditur. Paraphrasis enim in Prophetas a Jonathane compositа constat ex Lingua pura Chaldaica, & eleganti, habetque multa, quæ Christianorum religioni favent; altera vero, præterquamquod fabulis ac nugis abundat, impurissima est, & ex dictionum Arabicarum, Græcarum, & Latinarum commixtione conflata.

Quo tempore floruit hic Jònathan?

℟. Annis centum antequam Templum secundum deleretur, & juxta nonnullorum sententiam condiscipulus Simeonis justi fuit, qui Jesum infantem ulnis complexus est. Hic Jonathan non est idem, ut multi contendunt, cum Theodotione Versionis Græcæ Interprete, licet, quod attinet ad nominis significationem, uterque inter se conveniat. De Jonathane sæpe mentio fit in Talmude, diciturque fuisse inter octoginta discipulos Hillèlis senis illius celeberrimi, qui fuit doctor eximius, atque adeo primus Academiæ Hierosolymitanæ. Huc pertinet illud, quod habetur in Talmudis Tractatu בָּבָא בַּתְרָא *Bavà Bathrà cap.* 8. *Tradunt Magistri nostri, octoginta discipulos fuisse Hillèli seni, triginta ex illis dignos, ut habitaret supra eos Spiritus Sanctus, sicuti supra Mosem præceptorem nostrum, supra quem est pax; triginta vero ex illis dignos, ut stet ipsis Sol, sicuti Josuæ filio Nun; viginti autem intermedios. Maximus ex illis omnibus Jònathan filius Uzielis fuit, & parvus R. Jònathan filius Zaccài.* Cum itaque Hillèlis discipuli singuli præstantissimi fuerint, vides, quanti Jònathan habitus a Judæis fuerit, cum dicatur inter celeberrimos maximus, vulgoque apud eosdem credatur,

do-

doctrinam ſuam a Prophetis Aggæo, Zacharia, & Malachia hauſiſſe. Quod ſi quis mira in Jonathanis gratiam patrata ſcire deſiderat, Talmudis Tractatum בָּבָא בַּחְרָא Cap. 8. & מְגִלָּה Cap. 1. adeat, atque inter cætera leget, muſcam chartæ inſidentem, dum Jònathan Targùm ſcriberet, charta illæſa igne e Cœlo delapſo abſumptam fuiſſe; terram Iſraelis ad multos mille paſſus terræ motu concuſſam, & Angelos ad eum audiendum in terras deſcendiſſe. At quis ſanæ mentis tantas Judæorum inſanias non derideat?

Quid vero ais de Targùm Hieroſolymitano?

℟. Targùm Hieroſolymitani ita dicti vel ab urbe, ex qua prodiit, vel a dialecto, qua exaratum, incertus omnino, ac plane ignotus Auctor Judæis ipſis exiſtit. Nonnulli exiſtimant, ab uno Auctore tantum fuiſſe compoſitum; SchiKardus vero ab uno collectore ex pluribus Auctoribus conſarcinatum ſentit. Incertum pariter eſt, quo tempore compoſitum fuerit. Certe ex ejus ſtylo impuro conjicitur, aliquot ſaltem ſæculis poſt OnKeloſum, & Jonathanem ſcriptum fuiſſe. Stylus enim Linguæ Hebraicæ, & Chaldaicæ ſimul commixtæ quo impurior, eo recentior. Etenim Lingua Chaldaica, quæ erat in uſu Judæis ſtatim poſt captivitatem Babylonicam, ea purior erat, quam adhibuerunt Judæi inter Romanos, alioſque populos degentes, cum multæ voces barbaræ iis propriæ ob quotidianam familiaritatem uſurpatæ cum Lingua Chaldaica immixtæ fuerint. Hinc Elias in Præfatione *Methurghamàn* inquit. *Ingens eſt differentia inter Targùm Hieroſolymitanum, & Babylonicum. Illud enim abundat pluribus vocibus Babylonicis, Græcis, Romanis, atque Perſicis.* Interruptum, & mutilum opus eſt, cum identidem multos Hebraicos verſus ſine translatione omittat, aliquando diutius, quam par eſt, in explicandis aliis verſetur.

Targùm, ſeu Paraphraſis in Hagiographa qualis eſt?

℟. Targùm in Hagiographa a multis R. Joſe, ſeu Joſepho, quem tradunt Talmudiſtæ cæcum, ſeu verius luſcum fuiſſe, attributa, cum multis vocibus Græcis, Latinis, Syriacis ſcateat, impuriſſima eſt. Ex quo fit, ut iſtarum Linguarum auxilio deſtituti ad illius perfectam intelligentiam nullo modo poſſint pervenire. Hanc Paraphraſim jure Commentarium potius appellare potes, præcipue in Cantico Canticorum, Ruth, Threnis, Eccleſiaſte, & Eſthera, cum in ea verbum verbo non reddatur, ſed ſæpe ſingulæ voces multis ſententiis, aliquando periodis integris explicentur. Præterea in ea abſona, & ab Hiſtoriæ veritate abhorrentia non ſemel inveniuntur. Extat in Eſtheram altera Paraphraſis & ipſa Commentarii nomine donanda. Utraque in ſermonem Latinum translata edita eſt Londini 1665.

Qua pollent auctoritate Targumìn, sive Paraphrases Chaldaicæ?

℟. Si Judæos audimus, Targumìn præsertim OnKelosi, & Jonathanis divinam auctoritatem tribuunt, cum a Moyse, & Prophetis originem eas trahere contendant; sed hoc falsum est, cum humano studio, & industria confectæ sint. Nolim autem quemquam existimare, nos, cum dicimus, Targumìn, seu Paraphrases Chaldaicas statim a captivitate in usu esse cæpisse, de iis Paraphrasibus loqui, quæ hodie in Polyglottis inveniuntur. Eas enim admodum recentiores esse constanter defendimus. Cæterum liberaliter concedendum est, reliquis omnibus Polyglottis Anglicana Biblia longe antecellere, lausque maxima jure merito iis tribuenda, qui operam suam in iisdem edendis insumpserunt, cum multa menda, quæ in aliis Paraphrasium Chaldaicarum editionibus passim occurrunt, omnino sustulerint, easque pristinæ suæ integritati, & decori restituerint.

Quodnam emolumentum, quosque fructus afferunt Targumìn?

℟. Maximus ex Targumìn usu fructus percipitur. Vaticinia enim Prophetarum de Christo fideliter in iis explanantur; Fides nostra stabilitur; integritas Textus Hebraici confirmatur; loci obscuri, & difficiles enodantur; germana vocabulorum significatio aperitur; denique antiqui ritus, cæremoniæ, & historiæ ex majorum traditione acceptæ a Paraphrastis ob oculos ponuntur. Publicam autem Paraphrasium Chaldaicarum una cum Textu Biblico lectionem in Synagogis singulis Sabbathis incæpisse eo tempore Simeon de Muis cum aliis censet, quo post captivitatem Babylonicam Textus Hebræi lectionem lingua vernacula Chaldaica Rabbini explicare cæperunt.

Cur Textus Hebraicus purus, & integer semper mansit, Paraphrases vero Chaldaicæ corruptionem multis in locis passæ sunt?

℟. Summo Dei beneficio, & Masòræ adjumento, quæ ab Hebræis סיג לתורה *sepes Legis* appellatur, Biblia Hebraica ad hanc usque diem incorrupta, & integra permanserunt; in Chaldaicas autem Paraphrases maculæ, & errores irrepserunt ex frequentibus Judæorum e patria expulsionibus, scribarum descriptionibus, bibliothecarum combustionibus, & Imperiorum ruinis. Hæc vero Paraphrasium corruptio infertur ex multis lectionum varietatibus inter varias editiones intercedentibus, & ex variis locis ex Paraphrasibus citatis, quæ in iis modo non extant.

Cum

Cum dixeris per Masòram integrum ſemper conſervatum fuiſſe Textum Hebraicum, cedo, quid eſt Masòra?

℟. Masòra juxta Hebræorum definitionem eſt critica ſacra, qua ſcriptionis, & lectionis varietas per totam Scripturam traditur, quoties, quo loco, & qua forma unaquæque dictio, verſus, & littera invenitur, a Maſorethis Academiæ Tiberienſis Doctoribus excogitata, ut per eam Sacrarum Litterarum lectio ab omni macula, corruptione, & mutatione immunis ſervaretur. Verſatur autem Masòra circa verſus, circa litteras, & circa vocales, & accentus.

Quibus auxiliis inſtructus Lector debet accedere ad Paraphraſes Chaldaicas?

℟. Linguæ Hebraicæ cognitione imbutus ad Linguam Chaldaicam, Paraphraſeſque Chaldaicas accedat, cum nemo ad perfectam Linguæ Chaldaicæ intelligentiam poſſit pervenire, qui ſaltem mediocriter Linguam Hebræam non calleat, propterea quod Lingua Hebræa aliarum Linguarum Orientalium mater eſt, & arctiſſimo vinculo cum Chaldaica conjuncta. Cum autem a facilioribus in re qualibet initium ducendum ſit, Textum Chaldaicum Danielis, & Eſdræ Lingua Chaldaica puriſſima conſcriptum primum aggrediatur, poſtea ad ipſas Paraphraſes tranſitum faciat, & OnKeloſi Paraphraſim in Pentateuchum utpote cæteris faciliorem perlegat, illi deinde adjiciat Paraphraſim Jonathanis in Prophetas, denique ad cæteras quaſlibet progrediatur. Cognitioni autem acquirendæ Chaldaicarum Paraphraſium, & aliorum Rabbinicorum librorum maxime accommodatum erit Lexicon hoc meum ad publicum commodum publici juris factum. Cæterum ad Paraphraſes præcipue Hagiographorum intelligendas requiritur etiam Lingua Græca, & Latina, cum in iis verba ex illis Linguis petita licet corrupta ſubinde legentibus occurrant.

Doce quibuſnam in libris typis mandatis Paraphraſes Chaldaicæ inveniantur.

℟. In Bibliis Buxtorphii in folio editis ſemper e regione Textum Hebraicum ſequitur Paraphraſis Chaldaica, Pentateucho excepto, cujus Paraphraſis Hieroſolymitana ad calcem Bibliorum rejecta eſt poſt libros Chronicorum. In Complutenſi, ſive Ximeniana Bibliorum editione reperitur ſolummodo Pentateuchus Paraphraſi Chaldaica inſtructus. Omnibus vero Paraphraſibus ornata ſunt Biblia ſacra Hannoviæ, Londini, Amſtelodami, Antuerpiæ, & Pariſiis edita. Habemus etiam Paraphraſim Chaldaicam in librum primum Chronicorum anno 1680. impreſſam, & in alterum anno 1683. utramque Auguſtæ Vindeliciorum apud Theoph. Goebelium, aliaſque alibi.

Adde aliquid de Lingua Chaldaica, ac primo unde nomen nacta sit?

℟. Ita appellata fuit Lingua Chaldaica a Cheſed filio Nachor fratris Abraham, a quo dicti fuere כַּשְׂדִּים *Chaſdìm*, hoc eſt, *Chaldæi*, quibus hæc lingua vernacula. Hujus nominis origo probatur etiam D. Hieronymo in Traditionibus in Geneſim. *Cheſed quartus eſt a Noe, a quo Chaſdìm, hoc, eſt, Chaldæi poſtea vocati ſunt.* Pro varietate autem regionum, & locorum, in quibus floruit, diverſis appellata eſt nominibus. Sic dicta eſt a Babylonia Babylonica, Syriaca a regione Syriæ, Aramæa ab Aram, & ab Aſſyria Aſſyriaca. Vocatur etiam aliquando Hebræa, in Novo videlicet Teſtamento, quia poſt captivitatem Hebræi illa familiariter uſi ſunt.

Da antiquitatem, & dignitatem Linguæ Chaldaicæ.

℟. Ea eſt Linguæ Chaldaicæ antiquitas, ut cum ipſa Hebræa de principatu contendat, aſſeratque Erpenius, adhuc ſub judice litem eſſe. Dignitas vero, & ejus amplitudo potiſſimum commendatur ex eo, quod ea multa Spiritus Sancti eloquia conſcripta fuerint, & Babyloniis, atque Aſſyriis vernacula fuerit, quorum imperium vaſtiſſimum, & poſt diluvium primum, ac florentiſſimum.

Utilis ne eſt Lingua Chaldaica?

℟. Utilitas, & emolumentum Linguæ Chaldaicæ ex eo colligitur, quod omnis aliarum nationum ſapientia a Chaldæis originem traxit, omneſque ſcientiæ ab Oriente in reliquas terrarum partes ſunt propagatæ. Cur autem hodie arctis admodum, & anguſtis finibus hæc Lingua circumſcribatur, illud in cauſſa eſt, quia maxima ex parte ejus monumenta miſere perierunt. Verumtamen multa adhuc extant verba Chaldaica in Job, Proverbiis, Jeremia, & alibi præter nonnullas Sacræ Scripturæ partes. Voces etiam Linguæ Hebrææ obſcuræ, & locutiones peculiares per Chaldaicam Linguam clare explanantur. His adde Sacrarum Litterarum Paraphraſes hac Lingua, licet corrupta, conſcriptas, ſexcentos Rabbinorum, & aliorum Judæorum libros, quorum intelligentiam nemo hujus Linguæ ignarus umquam aſſequi poterit.

Lingua Chaldaica eſt ne Linguæ Hebraicæ dialectus, an vero Lingua ab illa omnino diverſa?

℟. Si proprie, & ſtricte loquamur, Linguæ variæ, ac diverſæ ſunt, non dialecti. Si enim Hebraicam calleas, Chaldaicam non intelliges. Quare D. Hieronymus Hebraicæ Linguæ omnium ſuffragio peritiſſimus judicatus in Præfatione in Danielem fatetur, ſe multa tædia paſſum, ut Chaldaicam Linguam

guam addiſceret. Varias etiam eſſe Linguas neceſſe eſt, cum varia ſit Nominum, ac Verborum flexio, varia etiam conſtructio, diverſæ dictiones, & vocabula utrique Linguæ propria, & peculiaria. Præterea id colligitur ex Jeremia cap. 5. v. 15. & aliis Scripturæ Sacræ locis, ubi Deus minitatur, ſe adducturum gentem, ſcilicet Chaldæos, ſive Aſſyrios contra Hebræos, cujus Linguam non intelligent. Tandem cum Babyloniæ Rex præceperit, ut ex Judæis pueri quidam decori forma, & omni ſapientia præſtantes eligerentur, ut Linguæ Chaldææ darent operam, profecto liquet, Linguam Chaldæam ab Hebræa ſeparatam eſſe, atque ſejunctam. Neque ullum negotium faceſſit Philo aſſerens, a Septuaginta Interpretibus Sacras Litteras ex Chaldaico ſermone in Græcum verſas, cum Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei cap. 6. id aſſeruiſſe eo conſilio Philonem ſentiat, *eo quod Linguæ ſint affines, & notior tunc eſſet Chaldæa propter imperium Aſſyriorum, quam Hebræa*. Itaque ex hactenus dictis quilibet facile intelligit quantæ utilitati Chriſtiano orbi Lingua Chaldaica eſſe poſſit, quantoque adjumento iis præſertim, qui eloquia divina aliis exponere, & explicare tenentur.

Quæ hactenus docuiſti, utpote ſcitu maxime digna, memoriæ mandare enixe conabor, iiſque, cum res, & neceſſitas poſtulabit, me uſurum ſancte profiteor; ſed, ut tibi, quod ſentio, libere fatear, mihi ab Heterodoxis, & ejuſdem furfuris hominibus valde timeo, qui omnes artes, & technas adhibent, omnes dolos nectunt, ut nos Chriſti fideles decipiant, & circumveniant, Romanamque Eccleſiam, quam ſentiunt ſe labefactare non poſſe, ſaltem commoveant.

℟. Res iſthæc, & cogitatio nullum tibi timorem faciat; nulla cura, nulla ſollicitudine propterea angaris; tibi, amicis, patriæ, Religioni, ſi occaſio feret, illuſtre erit cum Heterodoxis contendere, & digladiari; glorioſa, & magnifica tua poſtea de iiſdem victoria ſine ullo dubio prædicabitur. Rerum enim magnarum, & illuſtrium illud ſemper fatum fuit, ut multos, magnoſque adverſarios haberent, a quibus tamen tantum abeſt, ut ullum umquam detrimentum, vel periculum paſſæ ſint, ut etiam inde magis magiſque earum magnitudo creverit, & gloria. Ut de cæteris taceam, Eccleſiæ naſcentis incunabula pauliſper animadverte; immenſum opus infirmiſſimis, ut videbatur, innixum fundamentis conſidera; ab exiguis profectam initiis paulatim adoleſcentem, paulatim coaleſcentem animo ſequere; robuſtam jam, confirmatam, & omnino ſtabilitam perpende; unde tam admirabiles progreſſus, & incrementa, niſi ex infenſiſſimis ipſius adverſariis, & hoſtibus nata cognoſces? Ipſi nimirum, (quis crederet, niſi tam manifeſte pateret?) ipſi in cauſſa fuerunt, ut ad tantam magnitudinem eveheretur; ipſi effecerunt, ut deſidentes identidem mores, labenſque ſubinde diſciplina excitaretur; ipſi quodammodo coegerunt, ut ingruentibus vitiis ſtatim opportuna, ac præſentiſſima remedia adhiberentur. Deo enim ita volente, novis ſuccreſcentibus adverſariis nova, & firmiſſima propugnacula ſunt oppoſita, Viri videlicet omnibus ſubſidiis, & adjumentis inſtructi, quorum pietate, in-

genio, induſtria reluctantium vis adeo contuſa, pervicacium temeritas adeo repreſſa eſt, ut, quod in cæteris rebus plerumque verum eſſe ſolet, in Eccleſia falſiſſimum prorſus ſemper fuerit, in pejus omnia ruere, *& retro ſublapſa referri*. Quod ſi ulla in re profligatorum, & nequam hominum furor, & dementia debacchari auſa eſt, certe ad depravandas, & corrumpendas Sacras Litteras potiſſimum Religionis, & pietatis fundamentum omnis lapis ab iis motus, omnes conatus, & vires adhibitæ. Licet enim quæ in iis traduntur, ita plerumque aperta ſint, & manifeſta, ut ex ſe pateant; vel ſi quædam ſunt ſubobſcura, & imbecillo nonnullorum captui parum accommodata, ita a Sanctis Patribus illuſtrentur, ut de iis nullus omnino dubitandi locus relinquatur; ſemper tamen extitere qui vel ipſius veritatis odio, vel perverſa quadam rebus omnibus adverſandi libidine nodum, ut ajunt, in ſcirpo quærere, & iis temere obluctari auſi ſunt, quæ Sole ipſo clariora ſunt, & illuſtriora. Sed quorſum eorum conatus evaſerit, & quomodo cum Phrygibus ſero ſapere coacti fuerint, ii plane intelligunt, quibus cum iis congredi datum eſt, eorumque inanes, futiles, ridiculas rationes, ineptas Sacrarum Litterarum interpretationes, ſeu potius detorſiones perpendere, quibus ſuam inſcitiam, temeritatem, & impudentiam aperte prodentes, ſe omnibus impune deridendos, cachinniſque excipiendos cæco quodam impetu acti præbent, & offerunt.

AN-

ANTONII ZANOLINI

LEXICON CHALDAICUM

Voces omnes complectens, quæ in Targumìn, ſive Paraphraſibus Chaldaicis continentur, videlicet Onkeloſi in Pentateuchum Moſis, Jonathanis in Prophetas, & aliorum Auctorum in Hagiographa, Targùm Hieroſolymitani, Jonathanis alterius in Legem, & Targùm alterius in librum Eſther.

Paſſim autem varia vocabula, & eruditiones Rabbinicæ ei inſertæ ſunt Philohebræis maxime inſervientes.

CALCI SINGULARUM LITTERARUM ADJECTUM EST

BREVE LEXICON RABBINO-PHILOSOPHICUM.

INCIPIENTIA

Ab א

Littera conſonans tum apud Chaldæos, tum Hebræos, tum Syros, tum Arabes, tum Samaritanos eſt indicium Arithmeticum unitatis.

אָב Abh. *Nomen eſt menſis* Julio *reſpondentis, qui eſt quintus in anno, ſi initium ducatur a Martio, qui primus menſis anni ſacri a Deo* Exod. 12. *eſt inſtitutus. In Targùm ſecundo* Eſth. 3. 7. *Apud Talmudicos* אָב *eſt genus ornamenti muliebris variegati, diverſorumque colorum.*

אבא, אֲבָה Velle, acquieſcere, deſiderare.

לָא אֲבָא Nolle.

אַבָּא, אַבָּא Pater: avus, proavus. Exod. 2. 18. *Cum aff.* אֲבוּךְ Pater tuus. Dan. 5. 11. *Plur.* אַבָּהָא, אֲבָהָן Patres, majo-

res.

res. *Cum affixo* אֲבָהָתָנָא Patres nostri אֲבָהָתָךְ Patres tui.

אבב *Pahel* אַבֵּב Fructus producere.

אִבְּבָא, אִבָּא, אִנְבָּא. Fructus, germen, fructus recens. *Plur.* אִבְּבַיָּא Fructus novi. 1. Reg. 6. 38. Κατ' ἐξοχὴν *per hanc vocem* אִבָּא *opus quodlibet eximium etiam designatur.*

אֲבִיבָא, אֲבִיב Arista, spica. *Item nomen mensis* Martio *respondentis.*

אַבּוּבָא Organum, fistula, tibia, *instrumentum quodlibet in Ecclesiis præcipue usitatum.*

אֲבַד Perire. *Pahel* אַבֵּד Perdere, dissipare. *Aphel* אוֹבֵד idem. *Infin.* לְהוֹבָדָה ad perdendum *& in* א Esth. 3. 13. תְּהוֹבֵד perdes. Dan. 4. 24. *Hophal* אוּבַד Perditum est. Dan. 7. 11.

אֲבֵדָא, אֲבֶדְתָּא Perditio, res amissa.

אַבְדָנָא, אָבְדָנָא, אוּבְדָנָא, יוּבְדָנָא Idem.

אֲבִידוֹי *Vox peregrina in Jonathane* Numer. 34. 6. *Nonnulli existimant legendum esse* אַבְרְזוֹי.

אִבּוּ *Avis immundæ species.* Levit. 11. 19. *In Onkeloso.* Deut. 14. 13. *In Jonathane, & Targum Hierosolymitano. Aliis* milvus, *aliis* pica.

אבט אֲבַטִּיחַיָּא *Vide in* בטח.

אֲבַל Lugere. *Ithpahel* אִתְאַבַּל idem. *Luctus autem apud Hebræos significabatur facie tristi, vestimento lugubri, jejunio, & fletu.*

אֲבֵלָא Lugens. *Plur.* אָבְלִין, אָבְלַיָּא Lugentes.

אֲבַלָא, אֶבְלָא. Luctus. *Hinc abollæ, vestis Tragicæ nomen, nonnulli deductum volunt. Fuit etiam Philosophicæ vestis genus.* Juven. Sat. 3. audi facinus majoris abollæ. *Item vestis Senatoria, & militaris fuit. Plur.* אֶבְלִין.

אוּבְלָא Idem. *In Targum Jonathanis.* Gen. 7. 10.

אֲבֵלוּתָא, אֶבְלוּ Idem.

אֲבוּלָא Porta: murus. *Plur. cum aff.* אֲבוּלֵיכוֹן Portæ vestræ. *In Jonathane* Deut. 28. 52.

אִבּוּל Horreum.

אַבְלִינָא *Lignum spississimum, ac gravissimum cariem non sentiens.*

אַבְלוֹנִית *Nomen loci.*

אבם אֶבְמוּסוֹס *Græce* ἄμυσος. Litteris instructus.

אֶבֶן, אֲבַן, אַבְנָא Lapis. *Hinc* אֲבַן טָבָא Gemma. Exod. 24. 10. *Plur.* אַבְנִין Lapides. *Emph.* אַבְנַיָּא. *In Targum* אֶבֶן שַׁעַיָּא Index horologii.

אַבְנִיתָא Milvus, *avis immunda. In Talmud Hierosolymitano.* Deut. 14. 18.

אַבֵּן *Apud Judæos Hispanos cognomen familiæ insignis, ideo ei inditum, quia omnes ex ea linguæ Arabicæ studuerunt.*

אֲבַסְקְנָטָה *Est nomen proprium viri.*

אבץ, אוּבְצָן, אוּבְצָנָא Labor, defatigatio. *In Jonathane* Num. 12. 2.

Stan-

אֲנָם Triſtem, mæſtum eſſe. Jobi 30. 25. *Apud Rabbinos* abire.

אֲנָם Stagnum. *Plur.* אֲנָמִים Stagna. *Emphat.* אֲנָמַיָּא ſtagna.

אֲנָמוֹן Juncus. Iſa. 58. 5. Reſtis ex juncis confecta: *nonnullis* hamus, uncus.

אגן אַגַּנְתָּא, אַגְנָא, אַגָּן Crater, ſcyphus, phiala. *Plur.* אַגָּנִין Phialæ. *Emphat.* אַגָּנַיָּא Foveæ, lacus. Jud. 4. 11. *Conſtr.* אַגָּנֵי.

אוֹגְנָא Crater: labrum, lacus; *ſcilicet vaſis genus*: orbis. *Hinc* אוֹגְנָא דְּסִיהֲרָא Crater Lunæ, *ſeu* circulus Lunæ. Cant. 7. 3. *Nonnulli exponunt*, ſicut phiala rotunda.

אַגָּן *Vide in* נגן.

אגס אֲגַס Calumniari, rapere.

אֲגָס, & אוֹגָנִיס Pyrum.

אַגוּסְטָא, & אַגוּסְתָּא Auguſta, Imperatrix.

אגף *Vide in* גבף.

אגר Mercede conducere. *Ex Pahel* וְאַגְּרָנִי Et mercede conduxit me. Judic. 18. v. 4. *Hithpah.* אִתְגַּר *vel* אִתְאַגַּר *ex Ithpeh.* mercede conduci: mercedem accipere.

אָגוּר Agur. *Nomen proprium viri.* Prov. 30. 1. *Rabbini ita eum dictum volunt a Verbo* אגר colligere, *quia ſapientiam, & Legem collegerit.*

אַגִּירָא, אָגִיר Mercenarius, mercede conductus. *Item* merces, præmium. Eccleſ. 1. 3.

אַגְרָא, אָגָר Merces, præmium: ſcipio, ba-

אַבְצָא Stannum. Num. 31. 22.

אבק, אַבְקָא Pulvis. Deut. 28. 24. *Apud Talmudicos* אֲבַק רִבִּית Pulvis fœnoris, *eſt uſura ſubtilis, ut vix uſura eſſe cognoſcatur.*

אֲבוּקָה Fax.

אָבָק Ligamen, ligula.

אָבַק Ligavit, colligavit. *Pahel* אַבֵּק idem.

אבר אֵבְרָא, אָבָר Membrum: os, offis. Job 2. 4. ala, penna. *Per ſynecdochen* membrum genitale marium *apud Rabbinos præcipue*. *Plur.* אָבָרִים membra: alæ. *Hinc Verbum*

אִתְאַבַּר Volare. Job 39. 26.

אַבְרָא, אַבְרָא, אַבְרָא, אַבַּר Plumbum.

אַבְרוּמָה Abramis, *Cyprinus lacus.*

אוֹבְרִיזִין Obryzum, aurum optimum.

אַבְרַזְקִין Femoralia. *In Targum Hieroſolymitano.* Exod. 28. 42.

אברסקין, Subligacula, braccæ.

אגב *Vide in* גב. אַגַּבִי juxta me.

אגד אַגְדָּנָא Abſynthium. *In Jonathane.* Deut. 29. 17.

אַגָּה *Vide in* נגה.

אַגַּח *Vide in* נגח.

אַגַּל Inquinare, maculare.

אַגְלָא Agla. *Nomen Dei Cabbaliſticum. Componitur ex primis litteris harum dictionum.* אַתָּה גִּבּוֹר לְעוֹלָם אֲדֹנָי *h. e.* Tu potens es in ſæculum Domine.

אַגְלִינִין, & אגאלינין Angeli.

baculus. 2. Sam. 3. 29. *Plur.* אַגְרַיָּא Præmia. Genes. 49. 1. *in Jonathane*. *Apud Rabbinos* lucrum, *vel rei cujusque eximium*.

אִגַּר, אִגְּרָא Tectum. *Plur.* אִגְּרִין Tecta. *Emphat.* אִגְרַיָּא Tecta.

אִגְּרָא, אִגַּרְתָּא Epistola. *Plur. fœm.* אִגְּרָן, & *masc.* אִגְּרִין Epistolæ.

אִגֶּרֶת בִּקּוֹרֶת *Apud Rabbinos, & Talmudicos vocantur litteræ, quæ publice affiguntur, aut promulgantur de venditione domus, aut agri alicujus per auctionem facienda. Exemplar autem harum litterarum est hujusmodi* שָׂדֶה אוֹ בַיִת פְּלוֹנִי עוֹמֵד לִימָכֵר בְּכָךְ וְכָךְ מָמוֹן וְכָל־מִי שֶׁיִּרְצֶה לְהוֹסִיף יָבוֹא וְיִתֵּן *h. e.* Ager, vel domus hæc venum it, venditioni exponitur pro tali, & tali pecuniæ summa; qui aliquid cupit superaddere, veniat, & det.

אַגְרִיסְטוּס Agrestis, sylvester.

אַגִּירִיסִיוֹן *Nomen cacodæmonis*.

אוֹגַר, אוֹגְרָא. Tumulus, cumulus. *In Bibliis Venetis legitur per* ד.

אַגִּירִיס Agrestis. *Plur.* סוּסְוָן אַגִּרְיָסִין Equi agrestes. Jerem. 5. 8. *In Bibliis Regiis vertitur locus hic*, equi emissarii.

אָדָם Adam, homo. *Primi hominis nomen, quem Deus in Paradiso creavit*. Gen. 1. 27.

אֲדַם, אִדַּם Sanguis.

אַדְמָא, אַדְמְתָא Terra, *proprie rubra*.

אֲדוֹמָה Rubra bilis, cholera.

אֱדוֹמִי Edumæus. *Plur.* אֱדוֹמִיִּים, & אֱדוֹמָאֵי Edumæi. Gen. 36. 9. Ezech. 36. 5.

מַאֲדִים Mars *planeta, præ cæteris rubeus, & juxta Astrologos rubicundos gignens*.

אִידָן Salix, *aut species salicis, cui lanugo adnascitur*.

מוֹאדְנִין Lances. Eccles. 2. 8.

אֲדַרְגָזְרַיָּא Senatores, proceres Regni. Dan. 3. 2.

אדן אוּדֶן, אוּדְנָא, אַדְנָא Auris. *Plur.* אוּדְנִין aures. *Talmudistis* manubrium, ansa.

אֱדַיִן Tunc. *Sæpe ab initio per pleonasmum ei additur* ב, *ut* בֵּאדַיִן tunc. Dan. 2. 12.

אֲדָק Adhærere, cohærere. Thren. 4. 8. *Ithpah.* אִתְאַדַּק Idem. Job 41. 8. 14. & Deut. 28. 60. *In Jonathane*.

אֲדָר, *vel* אָדָר Adar. *Nomen mensis duodecimi respondentis* Februario. *Quarto quolibet anno duplex est. Hinc* וְאָדָר Februarius secundus, *videlicet embolismicus, sive intercalaris. Prior appellatur* Adar primus, *alter* Adar secundus, *sive* posterior.

אִדַּר, אִדְּרָא Area, horreum. *Plur.* אִדְּרִין areæ, horrea. *Emphat.* אִדְּרַיָּא Areæ, horrea.

אַדְרָא *Arboris species. Aliis* ficus, *aliis* salex. *In Targum secundo. Nonnullis* cedrus.

אֲדַרְכֹּן Drachma.

אִדְּרוֹן Cubiculum, conclave: cœnaculum. *Plur.* אִדְּרוֹנִין Cubicula. *Constr.* אִדְּרוֹנֵי Job 9. 9.

Ge-

אֲדַרְדְּקִי Generosulus.

אהל אַהֲלָא Smegma, sapo. Job 9. 30. *Apud Talmudicos reperitur usurpatum cum vocali* Cholem אוֹהֲלָא.

אָהֳלָא Tentorium, tabernaculum. Num. 25. 8. *In Jonathane.*

אוד, אוּדָא Torris, titio. Job 12. 5. *Plur. emphat.* אוּדַיָּא Torres. Isa. 7. 4. *Talmudistis* rutabulum; *lignum, quo ligna in clibano promoventur, & prunæ removentur.*

אַוָּז Anser. *Plur.* אַוָּזִין Anseres. Esth. 3. 8. *in Targum secundo. Apud Rabbinos in plurali habet etiam* אַוָּזוֹת.

אוה אוֹהִין Animalia terribilia, animalia fera. *Nonnullis* dracones. *Aliis* Martes. Isa. 13. 21.

אָוַל אַוְלָא Initium, principium. *Etiam in Lingua Arabica & Persica usitatum est.*

אַוְלַס *Nomen proprium loci.* Numer. 34. 8. *In Targum Hierosolymitano.*

און אַוָּנָא Hospitium, diversorium, mansio, habitatio. *Plur.* אַוָּנִין Hospitia. *Targum* אַבְנִין Isa. 10. 32. *Proprie hospitium nocturnum, h. e.* מָלוֹן לַיְלָה, *in quod divertitur, itinere diei confecto.*

אוֹנִיתָא Emptio, contractus emptionis, *seu* venditionis. Genes. 49. 21. *In Jonathane, & Targum Hierosolymitano.*

אור אוֹרָא, אוֹרְתָא Lux, lumen. Job 24. 4. *Hinc Verbaliter* נְאוֹרָן Lucidi sint, *vel* fiant. Prov. 4. 25. *Apud Rabbinos* לִכְאוֹרָה quasi ad lucem, *h. e.* palam, clarissime. *Apud Talmudicos* אוֹרְתָא lumen *usurpatur pro splendore Stellarum, sive Stellis, h. e.* vespera.

אֲוֵיר, אַוֵּיר Aer, æther. *Emphat.* אֲוֵירָא. *Hinc* אֲוֵירִי aereus, aere plenus, *ut lignum, quod ideo in aquæ superficie natat.*

אַוֵּירָא Spatium, vacuum.

אוּרַיָּא Urim. *De Urim, & Tummim vide, si placet, Quæstionem 17. ex meis Quæstionibus e Sacra Scriptura ex Linguarum Orientalium interpretatione ortis editis Patavii typis Seminarii 1725.*

אוֹרַיְתָא *Vide in* ירה.

אוּרִיאֵל Uriel. *Angeli nomen. Est unus ex quatuor Angelis, qui perpetuo solium Majestatis divinæ circumstant, ut ejus ministeria, & jussa prompti exequantur. De his quatuor Angelis hæc habentur in* Bemidbàr Rabbà sect. 2. מִיכָאֵל גַּבְרִיאֵל אוּרִיאֵל רְפָאֵל *Michael stat ad dexteram ejus ad vexillum Tribus Ruben, versus Meridiem. Quare vocatur nomen ejus* מִיכָאֵל Michael? *Quando transivit populus mare rubrum, Moses aperuit os suum, & dixit:* מִי כָּמוֹכָה בָּאֵלִים יְיָ Quis sicut tu in fortibus Domine? Exod. 15. 11. *Et alibi.* אֵין כָּאֵל יְשֻׁרוּן Non est sicut Deus Jeschurùn. Deut. 33. 26. (*Ecce dicitur* מִי, *& dicitur* כָּאֵל, *unde* מִיכָאֵל). Uriel *stat ad sinistram ejus, ad vexillum Tribus Dan, versus Septemtrionem. Quare vocatur nomen ejus* אוּרִיאֵל Uriel? *Propter Legem, Prophetas, & Hagiographa. Unde contigit Israelitis, ut ad eos dictum sit* קוּמִי אוֹרִי כִּי בָא אוֹרֵךְ Surge, illuminare, quia venit lux tua. Isa. 60. 1. *Et David dixit:* אֵל יְיָ וַיָּאֶר לָנוּ Benedi-

בָּדָא Comminisci, mentiri, fingere, effingere. *Aliis* producere, proferre. 1. Reg. 12. 33.

בַּדַּאי Mendax.

בְּדוּי Mendacium.

בָּדַד Solitarium esse, *vel* agere. *Hithpah.* אִתְבּוֹדֵד Idem.

בּוֹדֵד Solitarius. *Apud Grammaticos* פּוֹעֵל Verbum intransitivum, Neutrum, *quasi solitarium dictum, quia subjecto, in quod agat, destituitur.*

בְּדִידוּת Solitudo. Psal. 91. 5.

הִתְבּוֹדְדוּת Solitudo, vita solitaria, *ut* חַיֵּי הִתְבּוֹדְדוּת Vita solitudinis, *id est*, solitaria. בַּעֲלֵי הִתְבּוֹדְדוּת vitam solitariam agentes.

הַמִּתְבּוֹדְדִים Solitarii, solitariam vitam agentes.

הִבְדִּיל, בָּדַל Separare, distinguere, discernere.

הֶבְדֵּל Differentia, discrimen. *Sic etiam vocatur in Logica tertium* prædicabile.

הַבְדָּלָה Separatio, distinctio: נֵר הַהַבְדָּלָה lucerna separationis, *sic, dicta quia accenditur ab Hebræis ad separandum diem a nocte ad vesperam exitus Sabbati. Hæc separatio fit multis cæremoniis, ut habetur in* סֵדֶר הַבְדָּלָה Ordine separationis, *& libris* מִנְהָגִים Rituum.

מַבְדִּיל Differentia, Prædicabile *in Logicis*.

בְּדִיל Stannum. כֵּלִים הַמְּבוּדָּלִים Vasa stanno obducta.

Ob,

בַּדִּיל Ob, propter. בְּדִיל דְּ Eo quod, propterea ut. בִּדְלִי Propter me. בִּדְלָךְ propter te. בִּדְלֵיהּ propter eum.

בְּגַלַּי *Vide in* גָּלָה.

בה *Abbreviatura pro* בֵּית הַכְּנֶסֶת Synagoga, & בְּדִבְרֵי הַיָּמִים in verbis dierum.

בַּהֲרִי, בְּהָרְיָא *Vide in* הַרִי.

בְּהֵמָה Beſtia, brutum. נֶפֶשׁ הַבְּהֵמִית Anima brutalis, ſentiens. תַּאֲוֹת הַבְּהֵמִיוּת Cupiditates brutales.

בהק, מוּבְהָק Illuſtris, ſplendidus, excellens; evidens: *ut* רַב גְּדוֹל ומוּבְהָק Doctor inſignis, & præclarus.

בוא Venire. בָּאֵי עוֹלָם Venientes in Mundum, *id eſt*, homines. עוֹלָם הַבָּא Sæculum venturum.

בול Octobер menſis. *Hic menſis ita dicitur propter pluvias fere in eo decidentes, a* נָבַל cadere.

בור, בּוּרָא Incultus, ſylveſtris: *per metaphoram* rudis, bardus, fatuus, ſtolidus, ſtupidus. שָׂדֶה בור ager incultus. אִילָנוֹת בּוּרְיוֹת arbores ſylveſtres. *Item* בור dumetum, *quia in locis incultis dumeta creſcunt.*

בַּיָּר Incultus, vaſtus, deſolatus, vaſtatus.

בוש Pudere, erubeſcere, pudore ſuffundi. *Hithpabel* הִתְבַּיֵּשׁ Idem.

בַּיְשָׁן, בּוּשָׁן Verecundus. אֵין בַּיְשָׁן לָמֵּד Verecundus non bene diſcit.

בזז, בִּזְבֵּז Expendere, erogare, diſſipare, prodigere, diſpergere.

בָּחַן Probare, explorare, ſcrutari, examinare. *Item* intelligere, cognoſcere.

בְּחִינָה Probatio, exploratio; notio, intelligentia. אַנְשֵׁי הַבְּחִינָה Viri intelligentes, *qui rem examinare, & expendere norunt.*

בָּחַר Eligere, ſeligere. Examinare, probare.

בָּחִיר Electus, ſelectus: optimum, præſtantiſſimum.

בָּחוּר Juvenis. Litterarum ſtudioſus *per ſynecdochen.*

בַּחֲרוּת Juventus. מִבַּחֲרוּתוֹ a juventute ejus.

מוּבְחָר Selectiſſimum, optimum, præſtantiſſimum: *ut* אֵינוֹ מִן מוּבְחָר Illud non eſt ſelectum, optimum.

בְּחִירָה Electio, liberum arbitrium *apud Rabbinos Theologos, quo quis hoc, vel illud agendum eligit.* בֵּית הַבְּחִירָה Domus electionis *vocatur Templum Hieroſolymitanum, quia Deus tamquam habitaculum ſibi illud peculiariter elegit.*

בָּטָא Pronunciare, efferre, effutire, effari.

מִבְטָא Pronunciatio, prolatio.

בְּטוּי Futilitas: ſermo, pronunciatio: temeritas in loquendo.

בָּטַח Fidere, confidere, ſperare. *Hiphil* הִבְטִיחַ Fidem facere, promittere, ſpem facere.

מוּבְטָח Confiſus, certus, indubitatus, ſecurus, tutus.

הַבְטָחָה Promiſſio, fiducia, ſpes.

בָּטַל Ceſſare, vacare, intermittere, o-

tiari, desinere: impediri, aboleri.

בָּטֵל, בָּטֵל Cessans, otiosus. בְּטֵלִים דְּבָרִים Verba otiosa, inania.

בִּטּוּל Abrogatio, abolitio: refutatio, confutatio: otium, vacatio, cessatio.

בַּטְלָן Otiosus. *Plur.* בַּטְלָנִין Otiosi.

בֵּי *adhibetur aliquando pro* בֵּין inter, *cui additur etiam* א *ab initio, ut Hebraice* לְ, אֲבֵי דָּרֵי intra septa. *Aliquando pro præpositione* ב in; *aliquando pro* בַּיִת domus. *In hoc sensu posteriori apud Talmudicos sæpe usurpatur.*

בֵּין, בֵּינֵי Inter. *Repetitum significat* sive, tam, quam. בֵּין כָּךְ interea. בֵּינָתַיִם interim, interea.

בֵּינוֹנִי Medius, intermedius. Tempus *etiam* præsens Participii *sic appellatur apud Grammaticos, quia medium est inter Præteritum, & Futurum.* Fœm. אַמָּה בֵּינוֹנִית cubitus medius. עִיר בֵּינוֹנִית urbs media, mediocris. *Plur.* בֵּינוֹנִיוֹת.

בֵּיצָה Ovum: *per metaphoram* testis, testiculus. *Plur.* בֵּיצוֹת, & בֵּיצִים ova.

בְּלִי, בְּלִי מָה Non. בְּלִי מָה nihilum.

בל״ב *Abbreviatura. Idem ac* בָּרוּךְ לְעוֹלָם בּוֹרְאוֹ Benedictus sit in sæculum Creator ejus, *vel* בּוֹרְאֵנוּ Creator noster.

בָּלַט Eminere, prominere. *Hinc* צִיּוּרִים בּוֹלְטִים Figuræ sculptæ prominentes: *quibus opponuntur* צוּרוֹת מְשֻׁקָּעוֹת Figuræ immersæ in fundum, incisæ, & depressæ.

בְּלִיטָה Prominentia, tumor eminens: res elevata, & eminens; eminentia.

בָּלַל Confundere. בַּלְבֵּל perturbare, miscere, commiscere, confundere. מְבַלְבֵּל confundens. מְבֻלְבָּל confusus. בִּלְבּוּל confusio, perturbatio.

בְּלִילְתָּא Confusio, mixtum.

בּוּלְמוֹס, בּוּלְמוֹס Fames. *Græce* βούλιμος. Appetitus insatiabilis. *Morbus, quo laborantes difficillime saturi evadunt.*

בָּלַס Miscere, commiscere, permiscere.

בַּלְסָמוֹן Balsamum. *In Targum* Cant. 7. 14.

בָּלַע Absorbere, deglutire. *Inf.* לִבְלַע ad deglutiendum.

בְּלִיעָה Absorptio. *Hinc* בֵּית הַבְּלִיעָה œsophagus, gula, locus absorptionis.

בַּלָּעָן Absorptor, vorax, vorator.

בְּלָתִי Non. *Aliquando cum* ה *ab initio* הַבְּלָתִי.

בב״מ *h. e.* בָּבָא מְצִיעָא Bavà metzihà. *Vide supra in* בב. *Si præponas litteras serviles* בבב״מ in Bavà metzihà; *sic* דבב״מ, *ubi* ד *casum Genitivum designat.* 2. בַּר מִנָּן Extra nos. A nobis absit.

בב״א *Abbreviatura. Idem ac* בַּר מִן אֶחָד Præter unum. בַּר מִן תְּרֵין Præter duo, excepto uno, exceptis duobus, tribus, quatuor, & sic deinceps. *Masorethis frequens.*

בְּבָקָשָׁה, בְּבָקָשָׁה Quæso, obsecro. *At Psal.* 72. 12. דְּבָעֵי מְטָא *alii explicant* qui petit veniam, *alii* inclinationem, *a* מָטוּת *per apocopam.*

בומ״י *Abbreviatura. Idem ac* בּוֹרֵא מִינֵי מְזוֹנוֹת Creans varias species alimentorum. *Habetur in Ritualibus Hebræorum in con-*

so-

ſecratione, qua cibos conſecrant.

בְּמַאֲמַר *Abbreviatura. Idem ac* בְּמֵרוֹל רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה In oratione Doctorum noſtrorum fauſtæ memoriæ.

בְּמִלּוֹת *Abbreviatura. Idem ac* בְּמִלּוֹת שׁוֹנוֹת Vocibus diverſis. *Apud R. D. Kimchì frequens, ubi idem vocibus diverſis exprimi admonet. De R. David Kimchì vide Diſputationem noſtram huic Lexico præmiſſam.* 2. בְּמֶה שֶׁאָמַר In eo, quod dicit, *vel* שֶׁנֶּאֱמַר quod dicitur, *ſcilicet in Sacra Scriptura. Cæterum hac phraſi* שֶׁנֶּאֱמַר *tantummodo utuntur Rabbini, cum locum ex Sacris litteris citant; vel* בְּמֶה שֶׁכָּתַב eo quod ſcribit.

בנ *Abbreviatura. Idem ac* בֶּן נַפְתָּלִי Filius Naphtali. *Inter Criticos Hebræorum principes recenſetur, ejuſque lectionem in certis vocabulis Biblicis Judæi Orientales in Babylonia Orientem verſus habitantes ſecuti ſunt. Integro nomine vocatus fuit* יַעֲקֹב בן Jacob filius Naphtali. *Filium autem Aſchèr Occidentales Judæi ſequebantur, ſicuti dictum in* בא. *In Bibliorum Venetorum calce reperiuntur voces, in quibus invicem differunt, & in opuſculis Grammaticis Jo: Druſii ſeorſim ſunt cuſæ.*

בָּנָה Ædificare. בִּנְיָן ædificium, ſtructura. Conjugatio *apud Grammaticos.* בִּנְיָן הַדָּגוּשׁ Conjugatio dagheſſata, *vel* כָּבֵד gravis *puncto, id eſt*, Pihel. מַאֲמַר הַכִּנְיָן Prædicamentum Habitus, *apud Logicos.* בִּנְיָן הַנוֹסָף Conjugatio aucta, *ſc.* Hiphil, *quia* ה *characteriſtica ei ab initio additur.*

בנחש *Abbreviatura. Idem ac* בְּנִדּוּי, חֵרֶם, שַׁמָּתָא Per Niddùi, Chèrem, & Schammathà. *R. Gerſom has tres anathematum ſpecies iis infligit, qui litteras obſignatas reſignare audent. Hinc Hebræi hanc abbreviaturam ſolent litterarum fronti inſcribere. De his Excommunicationibus, quæ ſunt in uſu apud Hebræos, vide noſtrum Lexicon Hebraicum typis Seminarii Patavini editum* 1732. *pag.* 158. 274.

בנלך *Abbreviatura. Idem ac* בָּרוּךְ נוֹתֵן לַיָּעֵף כֹּחַ Benedictus ſit, qui dat laſſo robur. Iſa. 40. v. 29. *Adjiciunt Hebræi finì librorum; aliquando etiam alterum ejuſdem verſus membrum,* ולאעי, *h. e.* וּלְאֵין אוֹנִים עָצְמָה יַרְבֶּה Et cui non ſunt vires, ei robur multiplicat.

בנר *Abbreviatura. Idem ac* בּוֹרֵא נְפָשׁוֹת רַבּוֹת Creans animas multas. *Eſt pars precationis in uſu ciborum. Eam ſæpe adhibent Talmudiſtæ in libro* בְּרָכוֹת De benedictionibus.

בסא ובסא *Abbreviatura. Idem ac* בִּסְפָרִים אֲחֵרִים In libris aliis. *Sic* וּבִסְפָרִים Et in libris.

ן *Idem ac* בֶּן Filius. *Hinc legitur in titulo Bibliorum Venetorum* ופירוש רשי ון עזרא Et commentario R. Salomonis Jarchì, & Ben, vel Abèn Ezrà.

בְּשֵׂר Nuntiare. *Idem ac* בְּשֵׂר *Hebraice*, prædicare, evangelizare.

בן *Abbreviatura. Idem ac* בֶּן עֶזְרָא Filius, Nepos Ezræ. *Solet præcedere* אַבְרָהָם, Abraham, *quod eſt ejus nomen proprium.*

2. בֶּן עוּזִיאֵל Filius Uzielis. *Præcedere solet* יוֹנָתָן *ejus nomen proprium. Prophetas in Linguam Chaldaicam vertit. De eo vide Disputationem nostram huic Lexico præmissam.* 3. בְּרִיאַת עוֹלָם Creatio Mundi: *ut* שְׁנַת ו׳ אֲלָפִים לִבְרִיאַת עוֹלָם Anno sex millesimo creationis Mundi. 4. בְּרִית עוֹלָם Fœdus perpetuum. *Frequens in libris Precum.*

בָּעָה Petere, quærere, rogare, deprecari, postulare, requirere.

בְּעֶזְרַת הַשֵּׁם *Abbreviatura. Idem ac* בעה Auxilio Domini, Deo juvante. *Ejus fini aliquando additur* י, *quod explicatur per* יִתְבָּרֵךְ Benedictus sit; *interdum* ו, *valetque* וישועתו Et salute ejus.

בְּעוֹלָם הַבָּא *Abbreviatura. Idem ac* בעהב In sæculo, *vel* Mundo futuro.

בָּעוּת, *& per apocopam* בָּעוּ Quæstio, petitio, imploratio, deprecatio. *Cum* ב, בְּבָעוּ quæso, obsecro: quæsumus. *Sæpe post se habet præpositionem* מִן.

בְּעוֹלָם הַזֶּה *Abbreviatura. Idem ac* בעהז In sæculo, *vel* Mundo hoc. 2. בְּעִנְיָן הַזֶּה In negotio, *vel* materia hac.

בְּעוֹנָה הָרַבָּה *Abbreviatura. Idem ac* בעוה Propter iniquitatem multam. *Cum calamitatum suarum causam peccatis suis tribuunt, ita Hebræi loquuntur. Præponitur ei sæpe* ש. *ut* שבעוה Quod &c. *Semper habet in medio* ו, *ut distinguatur a* בעה, *de qua supra.*

בְּעַל כָּרְחוֹ *Abbreviatura. Idem ac* בעכ Per coactionem, invito ipso, nolente ipso; *vel* בְּעַל כָּרְחֲךָ Invito te.

בּוֹרֵא פְּרִי בפ *Abbreviatura. Idem ac* Creans fructum. *Formula adhibita in initio Precum. Piaculum enim apud Hebræos vinum gustare non præmissa hac consecratione.* בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם בּוֹרֵא פְּרִי הַגָּפֶן Benedictus sis tu, o Domine Deus Rex Mundi, creans fructum vitis. *Aliquando pro* הגפן *invenitur tantummodo* ה *hoc modo* בפה. *Panem quoque manducare non debent, nisi prius protulerint* בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מוֹצִיא לֶחֶם מִן הָאָרֶץ. *Verumtamen ego non semel manducantes, & bibentes Hebræos vidi ne labiis quidem antea motis, nedum benedictionibus hisce prolatis.* 2. פִּיעָמִים ב Duabus vicibus. *Usurpatur in Concordantiis Hebraicis.*

בְּצִינָא בצן Lucerna, candelabrum: cucumis.

בְּצָעִים, בצע Foveæ, fossæ, lacunæ: בִּצְעֵי הַמַּיִם lacunæ aquarum, loca palustria.

בַּת קוֹל *Abbreviatura. Idem ac* בק Filia vocis. *Talmudistæ ita appellant Oraculum cœleste, ac divinum, quo ajunt post Prophetas sibi futura fuisse indicata.* בַּת *vero* Filiam *vocant, quia erat tamquam Echo, & alterius vocis in aere auditæ quasi partus.*

בָּקָא Experiri, probare, explorare.

בָּקִי, בָּקִיא Probatus, exercitatus.

בְּקִיאוּת Exercitatio.

בַּר מִנֵּי Extra, præter, foras. בַּר præ-

ter

ter me. בַּר מִנַּן præter nos, extra nos, a nobis, *sc.* abſit. בַּר מִן præterquam, excepto.

בר *Abbreviatura. Idem ac* בַּר רַבִּי *vel* בַּר רַב Filius Rabbi: *ut* אר יודה בר סימון Inquit R. Judàh filius Rabbì Simonis. 2. בְּרֵאשִׁית רַבָּא Bereſchìt Rabbà. *Quid ſit* Bereſchìt Rabbà, *ſæpe a me petitum eſt, & ingenue fateor, me omnibus reſpondiſſe, hoc nomine* Geneſim magnam, *h. e.* Gloſſam magnam in Geneſim, *qui eſt Liber primus Moſis ita dictus a prima voce* בְּרֵאשִׁית *deſignari: fuit tamen quidam, qui aliis interrogantibus certe immemor reſponſionis meæ, & ſine malitia, reſpondit, me illi dixiſſe, quod hic referre pudet. Hujuſmodi Gloſſa in ſingulos Libros Moſis reperitur. Itaque Gloſſa magna in Exodum dicitur* וְאֵלֶּה שְׁמוֹת רַבָּא; *Gloſſa magna in Leviticum* וַיִּקְרָא רַבָּא; *Gloſſa magna in Numerorum Librum* בְּמִדְבַּר רַבָּא; *Gloſſa magna in Deuteronomium* וְאֵלֶּה הַדְּבָרִים רַבָּא. *Generatim autem omnes dicuntur* רַבּוֹת. *Hujus autem Gloſſæ dicitur auctor fuiſſe Rabbì Bar Nachmòni, qui circa annum Chriſti tercenteſimum anno ætatis decimo octavo Academiæ Rector, & Reipublicæ Pombeditanæ princeps declaratus eſt, quæ urbs omnium celeberrima in finibus Babyloniæ extitit. Hujus Commentarii ſtylus impurus eſt, ac difficilis, cum ſit colluvies quædam Linguarum Hebraeæ, Græcæ, Latinæ, Arabicæ, Perſicæ, Turcicæ, Armenæ &c.*

בָּר, בָּרָא Foris, foras: ager, ſylva. חַיַּת בָּרָא fera ſylveſtris.

בָּרִיא בְּרָא Pinguis, fortis, valens, ſanus.

בְּרִיאוּת Pinguedo, ſanitas.

בָּרִיחַ בְּרִיחַ Axis mundi, *apud Aſtronomos.*

בְּרַם Verum, verumtamen, ſane, certe, profecto, ſed, tantummodo, dumtaxat.

בָּרַר Declarare: mundare, purgare: ſeligere, eligere, deligere.

בָּרוּר Perſpicuum, clarum: ſelectum, optimum.

בֵּירוּר Declaratio, expoſitio. *Cum præpoſitione* ב בְּבֵירוּר perſpicue, clare, manifeſte, palam, aperte, liquido.

מְחֻבָּרָר Clarum, perſpicuum eſt.

בְּרֵאשִׁית *Vox prima Biblica, creationis Mundi hiſtoriam incipiens.* מַעֲשֵׂי בְרֵאשִׁית opera creationis.

בש *Abbreviatura. Idem ac* בַּיִת שֵׁנִי Domus ſecunda, Templum Hieroſolymitanum ſecundum. 2. בֵּית שַׁמַּאי Domus Schammài, *vel* Schammæi. Domus, *h. e.* Schola, Secta. *Schammài fuit Hillèlis collega, ut jam diximus. Uterque floruit annis circiter centum ante everſionem Templi ſecundi.*

בשא *Abbreviatura. Idem ac* בֵּית שַׁמַּאי אוֹמְרִים Qui ex Schola Schammài dicunt. *Apud Talmudiſtas ipſorum ſententias referentes.*

בִּשְׁבִיל Propter. בִּשְׁבִיל כָּךְ propterea.

בשכמלו *Abbreviatura. Idem ac* בָּרוּךְ שֵׁם כְּבוֹד מַלְכוּתוֹ לְעוֹלָם וָעֶד Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus in ſæculum, & ſempiternum. *Ex Pſal.* 72. v. 19. *Utuntur in libris Precum & aliorum librorum fine.*

בָּשַׁל Elixare, coquere: concoquere: digerere: matureſcere, coqui, ad maturitatem perduci.

הַבְשִׁילִין Elixa; coctura; cibi elixi.

בשר *Abbreviatura. Idem ac* בְּשֵׂם רַבִּי

In

In nomine Rabbi. *Solet ſequi nomen.*

כַּח מְבַשֶּׂלֶת Facultas concoctrix.

בְּשַׂר תַּאֲוָה Caro deſiderii, *hoc eſt*, caro communis, *quæ ob voluptatem, & ad delicias tantum comparatur, & comeditur.*

בַּעַל בָּשָׂר Dominus carnis, *ſc.* obeſus, pinguis. בָּשָׂר וְדָם Caro, & ſanguis, *h. e. homo ex his conſtans.* מֶלֶךְ בָּשָׂר ודם Rex caro, & ſanguis, *videlicet carnalis.*

בַּת Vice. בְּבַת אַחַת Vice una.

בַּת Filia. בַּת קוֹל Filia vocis, Oraculum cœleſte: Echo. *Rabbini priſci, & antiqui Talmudici vocem quamdam cœleſtem divinitus emiſſam ita appellabant, qua Deus voluntatem ſuam hominibus patefaciebat. Dicitur* filia, *quia erat quaſi ſecundaria vox, & cœleſtis vocis partus. Contendunt autem fuiſſe gradum quemdam Prophetiæ, cujus uſus maxime fuerit tempore Templi ſecundi, quo Spiritus Sancti præſentia, & Prophetia defecit, h. e. non ita floruit, ut in Templo primo. Vide notas Druſii in Præteritis, & Tremellium ad Actor. 12. 22. Huc videtur alludere Interpres Syrus ad Hebr. 3. 15.*

בַּת קוֹלוֹ תִּשְׁמָעוּ *h. e.* Si filiam vocis ejus audiveritis.

בת *Abbreviatura. Idem ac* בַּעַל תַּכְלִית Res finita. *Ei opponitur* בבת, *h. e.* בִּלְתִּי הבת Infinitum, res infinita. מהבבת Quod finitum eſt. מבבת Ab infinito. כָּבוֹד הבבת Honor infinitus. 2. בַּעַל תְּשׁוּבָה Pœnitentiam agens.

בתכ *Vide* תכ. *Sunt, qui putant, idem eſſe, ac* בְּתַלְמוּד בַּן In Talmude ſic, *nimirum* כְּתִיב ſcriptum eſt.

INCIPIENTIA

A ג

ג *Apud Chaldæos, Hebræos, Syros, Samaritanos, Arabes in numeris valet tres, ſemperque eſt littera radicalis; cum ſubjecta lineola* ג 3000, *vel duobus punctis ſuperne poſitis, ut* ג 3000.

גָּאָה *Hebraice*, Altum, elatum, excelſum eſſe: efferre ſe, attollere ſe. *Hinc Ithpah.* אִתְגָּאָה Excellere, ſe efferre. Exod. 5. 1.

גְּוָתָן, גַּוְתָּנָא Excellens, excelſus, elatus, ſuperbus, eminens. Iſa. 49. 25. *Plur.* גְּיוָתָנִין, גַּוְתָּנַיָּא Excellentes, & *cum* א, גַּאוָתָנִין Ezech. 16. 49. *In Talmude quatuor dicuntur eſſe* גַּיוָתָנִין Eminentia *in Mundo; Leo inter feras; Bos inter jumenta; Aquila inter volucres; Homo inter omnia, cum omnibus imperet. At Deus eminet ſuper univerſa.*

גְּוָה, גַּוְתָּא Superbia, faſtus, elatio. Dan. 4. 34. *Item* celſitudo, excellentia.

גְּאוּת, גַּאוּתָא Celſitudo, excellentia. Exod. 15. 1.

גְּיוָתָנוּת, גַּיוָתָנוּתָא Idem. Pſal. 31. 19. Job 33. 17.

גָּאוֹן Excellens. *Solet eſſe epitheton Virorum doctrina eximiorum, & virtutibus in-*

ſi-

ſignium. Κατ' ἐξοχὴν *autem hoc nomine* גְּאוֹנִים *appellati ſunt Sapientes Talmudici poſt Amoraìm, & Seburaìm, quaſi* Excellentes, *quod ſingulari doctrina cæteris longe antecellerent. Hinc Rambàm in præfatione libri* יָד *inquit*. Omnes ſapientes, qui floruerunt poſt compoſitionem גְּמָרָא Ghemarà, & in ea extruenda laborarunt, ac nomen inde per ſapientiam ſuam acquiſiverunt, illi vocantur גְּאוֹנִים Geonìm. *Juxta nonnullorum ſententiam vox Symbolica eſt, indicans ſexaginta Libros, in quos Talmud eſt diſtributum, cum litteræ vocis* גְּאוֹן *eum numerum exprimant.* גָּאוֹן *itaque appellabatur, qui totius Talmùd Doctor, aut Magiſter erat. Plur.* גְּאוֹנִים Excellentes.

גָּאַל Redimere, vindicare. גָּאֵל redemptor, vindex. Num. 35. 12. *Pihel* גֵּאֵל polluere, contaminare. *Hebraice. Hinc*

תַּגְאֻלָּא Pollutio, ſordes. Iſa. 4. 4.

גּוֹאַלְקָא Saccus, mantica: ſarcina. *Plur.* גּוֹאַלְקָאן *cum* א *redundante* manticæ, ſacci. Thren. 5. 5. *Gloſſa Talmudis; ſaccus eſt duplex, loris conjunctus, ut equi, vel aſini dorſo impoſitus utrimque dependeat.*

גָּבָא, גְּבִי Eligere, ſeligere, deligere, colligere, exigere. Prov. 25. 4. *Pahel* גַּבֵּי Idem. Hoſ. 8. 13. *Aphel* אַגְבֵּי Idem. Eccleſ. 11. 4. *Ithpahel* אִתְגַּבֵּי eligi, ſeligi, colligi: mulctari. Exod. 21. 12. *Ithpehal* אִתְגְּבִי Idem.

גַּבְיָא Electus, ſelectus. *Apud Talmudicos* גַּבְיָא גִּילָא Alumen. *Plur. fœm.* מַחְשְׁבָתָא דְּגַבְיָן cogitationes ſelectiſſimorum.

גַּבַּאי Collector tributorum, exactor. *Plur.* גַּבָּאִין collectores. Eſth. 4. 7. *In Bavà Metzià* גַּבָּאֵי צְדָקָה Collectores Eleemoſynarum. *Olim in ſingulis urbibus huic muneri præficiebantur ii, qui erant* אֲנָשִׁים יְדוּעִים וְנֶאֱמָנִים Viri noti, & Fideles. *Ad eos ſpectabat ſingulis hebdomadæ diebus urbis vicos circumire, & pro perſonarum dignitate, & facultatibus eleemoſynam colligere. Unoquoque autem Sabbato ad veſperam collectam pecuniam dividebant, tantumque egenis ſingulis dabant, quantum vel ipſis, vel ipſorum familiæ neceſſarium ad futuram hebdomadam tranſigendam arbitrabantur. Subjecti his Collectoribus alii inferioris notæ collectores erant quotidie oſtiatim panem, cibos, fructus, & alia minuta colligentes. Hi quotidie ad veſperam collectas res pauperibus pro cujuſque indigentia diſtribuebant, dicebanturque* גַּבָּאֵי תַּמְחוּי Exactores ſcutellarum, *videlicet* cibi pauperum. *Id vero de eleemoſyna pecuniaria obſervandum, ne fraus ulla fieret, eam a duobus ſimul conjunctis ſemper colligi debuiſſe, numquam ab uno tantum. Itaque neutri ex Collectoribus eleemoſynarum in iiſdem colligendis ab alterius latere diſcedere licebat. A tribus ejus diſtributio fiebat. Arca quidem pecuniæ cuſtodiendæ conſtituta uni tantummodo concredi poterat. Qui plura deſiderat, adeat* Bavà Kamà Talmudis, Sulchàn Arùch fol. 78. & Majemonidem in הלכות מתנות עניים cap. 9. *Utinam hæc cura, & ſollicitudo noſtris temporibus in adjuvandis pauperibus, & egenis inter Chriſtianos vigeret.*

מַגְבִּיתָא Mulcta, collectio, exactio tributi. Iſa. 3. 6. *Item* dignitas, celſitudo, excellentia.

גָּבַב Conquirere, colligere, congregare: exigere. Exod. 5. 12. Num. 35. 12. *Proprie* tollere. *Ex Aphel Particip.*

&

וּמַגְּבָן & colligunt. Amos 4. 5. *Infinit.* לְגַבָּבָא Exod. 5. 12.

גִּבְבָּא Gibbus, collis, colliculus. Psal. 68. 16.

גֻּבָּא, גּוּבָא, גּוּבָא, גֻּבָּא Fovea, fossa, cisterna. Dan. 6. 8. *Plur.* גּוּבִּין cisternæ. Jerem. 2. 13. *Emphat.* גֻּבַּיָּא foveæ. Gen. 23. 30.

גַּב Tergum, dorsum, superficies: eminentia exterior. Job 13. 12. ripa; locus. *Plur. cum aff.* וְגַבֵּיהוֹן & terga eorum. Gen. 31. 12. *in Jonathane.*

גַּב, גַּבֵּי *Præpositio.* Ad, apud, juxta, penes: cum: super, supra: a, ab, abs, de. *Cum* א *ab initio* אַגַּב juxta, secundum. Num. 35. 8. אַף עַל גַּב etsi, etiamsi, quamvis: כְּעַל גַּב quasi. Jud. 12. 3. עַל גַּב נַהֲרָא Ad littus fluminis. Exod. 2. 3. *Cum aff.* גַּבִּי Mecum. Job 19. 4.

גִּיב Altitudo, eminentia. Prov. 9. 3.

גְּבַהּ Altum, elatum esse, exaltari. Psal. 131. 1. *Ithpehal* אִתְגְּבַהּ extollere se, efferre se. Eccles. 1. 12. *Pahel* מִיִּשְׂרָאֵל הוּא גַּבֵּי Ex Israele erectus est; *aliis* collectus est, *a* גְּבָא. Hos. 8. 6.

גְּבִיהַּ Altus, excelsus, procerus. Psal. 113. 5. *In Bibliis Regiis* דְּגַבִּיהּ Qui exaltavit.

גּוּבְהָא Altitudo, proceritas. Exod. 13. 9.

מַגְבִּיתָא Excellentia, dignitas *secundum nonnullos. Vide in* גבא.

גבח גְּבִיחַ Procerus, homo staturæ proceræ. Levit. 21. 20. *in Targum Hierosolymitano. Sunt qui volunt legendum per* ה *in fine.*

גבל גַּבְלָא *Nomen proprium loci. Respondet Hebræo* שְׂעִיר. Gen. 14. 16. *in Jonathane.*

גבן גְּבִינָא, גְּבִין Supercilium, palpebræ. Lev. 21. 20. gibbosus. Eccles. 7. 14. *Plur.* גְּבִינֵי, גְּבִינִין supercilia.

גּוּבְנָא Caseus. *Hebraice* גְּבִינָה. *Plur.* גּוּבְנִין Casei. Jud. 5. 21.

אוּגְבִין Scyphus, calix, *gutturali elisa ex Hebraico* גָּבִיעַ Gen. 44. 2. *in Jonathane.*

גבע גִּבְעָא Collis. *Emphat.* גִּבְעֲתָא Jud. 7. 1. *Constr.* גִּבְעַת 2. Sam. 2. 24.

גַּבְעוּל Culmus. *Plur.* גַּבְעוּלִין culmi. Exod. 9. 31.

גְּבַר Valere viribus, validum, robustum esse. *Pahel* גַּבַּר virum efficere, validum facere, corroborare: vires augere. Amos 5. 9. *Ithpahel* אִתְגַּבַּר invalescere, roborari: viriliter, potenter se gerere. Psal. 131. 2. *Aphel Futur.* אַגְבְּרִנֵּיהּ roborabo eum. Isa. 41. 26.

גְּבַר, גַּבְרָא, גּוּבְרָא, גֻּבְרָא Vir. Deut. 22. 5. quidam, quisque, quilibet. Joel. 2. 8. *Item* virilitas, virilitatis membrum. *Cum aff.* בְּבֵית גּוּבְרֵיהּ in loco virilitatis ejus. Num. 25. 8. *in Jonathane. Plur.* גַּבְרִין, גּוּבְרִין, גּוּבְרַיָּא Viri. Jer. 41. 6.

גִּבָּר Potens, præpotens, valens, validus, robustus, fortis. Gen. 10. 9. gigas. *Plur.* גִּבָּרִין, גִּבָּרַיָּא potentes, fortes. Jos. 10. 2. gigantes. Jos. 10. 6. *Et* גִּנְבָּרַיָּא *Daghes forti in* נ *resoluto.* Deut. 2. 11.

גִּבָּרָאֵי Gigantes. Genes. 15. 20.

Vir-

גְּבוּרָא Virtus, potentia, robur, fortitudo. Pſal. 89. 14. *Emphatice* גְּבוּרְתָּא *Plur.* גְּבוּרִן fortitudines. 1. Sam. 2. 4. *Cum aff.* גְּבוּרָתוֹי Potentias ſuas. Pſal. 145. 12. *Epitheton Dei eſt* גְּבוּרָה *apud Rabbinos, & Kabbaliſtas, quo ipſum Deum ſignificant prępotentem eſſe. Hinc dicere ſolent* מִפִּי הַגְּבוּרָה שְׁמַעְנוּם Ex ore Potentiæ audivimus iſta, *nimirum Potentię Divinę, h. e. Dei Omnipotentis. Ita R. David Kimchì in fine cap. 7. Joſue* שֶׁכֵּךְ נֶאֱמַר לוֹ מִפִּי הַגְּבוּרָה Quia ſic dictum eſt ipſi ex ore Potentiæ, *ſcilicet* Dei. *Ex R. Elia in Thisbì in hoc ſenſu tantummodo uſurpatur, cum ei prępigitur* ה *demonſtrativum, quemadmodum apud Gręcos dicitur* ἡ δυνάμις. *Juxta hanc loquendi phraſim volunt D. Marcum Evangeliſtam cap.* 14. v. 62. *locutum eſſe.* Videbitis Filium hominis ſedentem ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως a dextris Potentiæ, *quę verba ita Hebręi verterent* לִימִין הַגְּבוּרָה; *ego tamen* ἐλλιπῶς *illa verba a D. Marco prolata potius crediderim, quod mihi facile perſuadet D. Lucas cap.* 22. v. 69. *inquiens,* ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ. A dextris virtutis Dei.

גְּבָרוּתָא Fortitudo, potentia. Prov. 8. 14. *Plur. Emphat.* גְּבָרְוָתָא potentiæ. Iſa. 63. 15. *Cum aff.* וְכִגְבָרוּתָךְ Et ſecundum potentias tuas. Deut. 3. 24.

מַגְבַּר Fortis, validus, robuſtus. Amos 5. 24.

גבש

גְּבַשׁ Congregare, comportare. Prov. 6. 8. *Nonnulli putant locum mendoſum eſſe, potiuſque ibi legendum* כְּנָשָׁא, *vel* כְּנָשָׁא.

גַּבְשׁוּשִׁיתָא Collis, colliculus, eminentia, faſtigium, tumulus exiguus. Eccleſ. 12. 5. *In Regiis Bibliis* גַּלְשׁוּשִׁיתָא.

גבת

גּוּבְתָּא Calamus, canalis: pyxis. Eſth. 1. 3. *in Targum ſecundo. Volunt Interpretes hac voce* calamum *deſignari, quo viatores, & auriga inſtructi eſſe ſolent ad hauriendum potum e poculo, vel extrahendum vinum ex ore dolii, hydrię, aut lagenę.*

גד

גַּדָּא Sidus fauſtum, *cujus virtute fauſta hominibus eveniunt;* fortuna bona; Dea fortunæ, & proſperitatis. Gen. 30. 11. *Ita accipiunt Interpretes* בְּגָד, *quod hoc in loco habetur. Hinc in more poſitum erat apud antiquos, ut ſinguli in domibus ſuis lectum ſemper ſtratum haberent, qui aliis non ſerviebat, niſi* לְשַׂר הַבַּיִת principi, *vel* Angelo domus, *ſive* לְמַזָּל Sideri, Fortunæ, *ut domino, familięque libentius faveret. Vocabatur hic lectus* עַרְשָׂא דְּגַדָּא lectus bonæ Fortunæ. *Nedarìm* 56. 1. *Explicatio vocis* בָּגָד de Fortuna *admodum antiqua eſt. A Jonathane enim redditur* אֲתָא מַזְלָא טָבָא Venit Fortuna bona; *& in Bereſchìt Rabbà ſect.* 71. אֲתָא גַּדָּא דְּבֵיתָא אֲתָא גַּדָּא דְּעָלְמָא Venit Fortuna domus, venit fortuna ſæculi. *Hic placet obiter animadvertere ad verba Gen.* 27. 31. *cum Eſau dixit* יָקוּם אָבִי Surgat pater meus, *illum per dictionem* אָבִי *Fortunam in auxilium vocaſſe. Solebant enim*

Idololatræ nomine אָבִי Pater meus *Idola ſua vocare. Id aperte colligitur ex Jerem.* 2. 27. אֹמְרִים לָעֵץ אָבִי אַתָּה וְלָאֶבֶן אַתְּ יְלִדְתָּנִי Dicentes ligno; Pater meus es tu: & lapidi; Tu me genuiſti. *Generatim itaque* גָּדָא Fortunam *ſignificat.* בִּישׁ גָּדָא Fortuna mala. *In Bibliis etiam Venetis Eſth.* 8. 15. צַיִר עֲלָהּ גָּדָא Depicta erat in eo Fortuna.

גָּדָא Ora, extremitas. Eſth. 8. 15.

תְּגָרָא *Vide in littera* ת.

גדב גְּדָבְרַיָּא Theſaurarii. Dan. 3. 2.

גְּדָפְרִין Diſpenſatores, œconomi. *Dicuntur etiam* גְּזָבְרִין. Eccleſ. 2. 7. *Etenim* ד & ז *facile inter ſe commutantur.*

גדד גְּדַד Excidere, ſuccidere, incidere. Dan. 4. 11.

גְּדוּדִין *Plur.* Salebræ, viæ aſperæ: turmæ, copiæ, exercitus. Pſal. 31. 21. rudera, fragmenta.

גדה גְּדָיָא, גְּדִי Hædus. Gen. 38. 20. Iſa. 11. 6. *Apud Aſtronomos* גְּדִי Capricornus, *ſignum cœleſte. Plur.* גַּדְיִין Hædi, & גְּדָיִין & גַּדְיִין Deut. 32. 14. *in Targum Hieroſolymitano, ubi Jonathan* גְּדָאִין. *Conſtr.* גַּדְיֵי Gen. 27. 9.

גדל גְּדַל *Pahel.* Contexere, implicare, contorquere, intorquere: conficere. *Item* magnum eſſe. *Ex Participio* כַּח הַמְגַדְּלָא Facultas augmentativa. דְּמְגַדְּלָא Quæ contorta eſt. Eccleſ. 4. 12. *in Targum. Ithpahel* אִתְגַּדַּל Magnum, magnificum eſſe, *vel* fieri, magnificari: implicari, contorqueri, intorqueri inſtar funis.

גְּדִילָא Funis, filum, funiculus contortus, cincinnus implexus inſtar funis. Iſa. 5. 18. catena. *Plur.* גְּדִילָן Funes, inſtitæ, faſciæ. Deut. 22. 12. *Conſtr.* גְּדִילַת. *Emphat.* יַת תְּכַיָּא גְּדִילָתָא catenæ contortæ. Exod. 28. 14.

גְּדִילוּ Perplexitas, implicatio, intricatio. Exod. 28. 14.

מוּגְדָּלָא, מִגְדָּלָא Turris. Gen. 11. 4. *Item* cavea avium magna. *Plur.* מַגְדְּלִין turres. *Cum aff.* מִגְדְּלָהָא turres ejus. Pſal. 48. 13.

גדן גְּדַנְפָּא Clauſura, tænia, peribolus, peripheria rem ambiens, & terminans. Exod. 25. 25. *Plur.* גְּדַנְפִּין 1. Reg. 7. 28. *Emph.* גְּדַנְפַיָּא tæniæ. v. 29. *Conſtr.* גְּדַנְפֵי 2. Reg. 16. 17.

גדע גְּדַע Abſcindere, abradere. 2. Sam. 10. 4. *Ithpehal* אִתְגְּדַע abſcindi, ſuccidi. Num. 33. 4. *in Jonathane.*

גדף גְּדַף Blaſphemare, convitiis, contumeliis, probris afficere. Jud. 5. 18.

גְּדוּף Blaſphemia: contumelia, convitium, probrum. Ezech. 5. 15. *Plur.* גְּדוּפִין blaſphemiæ: contumeliæ, convitia. Deut. 32. 3. *in Jonathane.* Iſa. 43. 28. *Fœm.* גְּדוּפוֹת Iſa. 51. 7.

גַּדְפָּא Ala, penna, pluma. *In Aruch* ſera, peſſulum, *ſed male. Plur.* גַּדְפִין alæ. Gen. 1. 21. *Conſtr.* גַּדְפֵי pennæ. Iſa. 40. 31.

גדר גְּדֵרָא, גְּדַר Paries, murus, ſepes, maceria. Num. 2. 24. *Item* dactylorum collectio.

Idem.

גּוּדָרָא Idem. Psal. 8. 13. *In Aruch legitur* גּוּדָהָא. *Plur.* גּוּדָרוֹת Bestiæ, pecudes. *In Bavà Metzià.*

גְּדַשׁ Evenire, accidere, contingere: coacervare. Prov. 6. 8. ducere *aliis*; spernere, subsannare *nonnullis*.

גָּדִישׁ, גָּדִישָׁא, גְּדִישׁ Cumulus, acervus. Job 5. 26. *Plur.* גְּדִישִׁין. Exod. 22. 6. *Emphat.* גָּדִישַׁיָּא acervi: metæ. Jud. 15. 5.

גְּדִישׁוּתָא Accumulatio mensuræ. Lev. 19. 35. *in Jonathane.*

גהן גְּהִינָּם Gehenna. Eccles. 8. 10. *Deducitur hoc nomen a* גַּי vallis, & הִנֹּם Hinnom, *viri nomine, cui vallis amœnissima prope Jerusalem, ubi postea excelsa Tophet.* Jos. 15. v. 8. *Hęc vallis filiorum Hinnom erat in suburbanis Jerusalem non longe a piscina fullonis contra Orientem. Erat amœnissima veluti Thessalica Tempe, fontibus Siloe, & torrente Kedron irrigua, consita viridariis, & hortis; omnino nemoribus, ac deliciis plena. In hac valle immolabantur a parentibus liberi Idolo Molocho traducendo eos per ignem, &, ne eorum lamenta, & ejulatus, dum torrebantur, audirentur, pulsabantur tympana, a quibus loco inditum nomen Tophet, h. e.* tympanum. *Hanc Inferni ad vivum expressam imaginem fuisse nonnulli dixerunt, atque inde gehennam fuisse appellatam. Locum istum pius Rex Josias tantum scelus abominatus contaminavit projiciendo illuc cadavera, fimum, stercora, & omnes res immundas, ne amplius horrendæ isti Idololatriæ consecratus esset, magnoque igne accenso, omnia cadavera, ossa, & reliquas sordes combussit.* 2. Reg. 23. v. 10.

גהר גִּיהַר Jaspis, *juxta nonnullos.* Cant. 5. 14.

גַּו, גֵּו, גּוֹ, גּוֹא. Medium. בְּגַו in medio, in, intra. לְגַו idem. מִגַּו a medio, intrinsecus. מִלְּגַו idem. *Interdum ei* י *inseritur, ut* מִגָּיו, גֵּיו, גָּיוֹ, לְגֵיו, לְגָיו. *In Glossa* מִיגּוּ posteaquam, quandoquidem, quia.

גַּוָּא Medium, intimum, interius, intrinsecum: intestinum, exta. *Exta enim sunt in medio corporis.*

גַּוָּאָה, גַּוָּאי Interior. *Plur.* גַּוָּאִין interiores. Num. 6. 4. *in Jonathane. Constr.* גַּוָּאֵי Esth. 1. 12. *in Targum secundo.* גַּוָּיְתָא interior, interius.

גּוֹב, גּוֹבָא, גּוֹבָא, גּוֹבָאי Locusta. Lev. 11. 22. Psal. 72. 8. *Plur. constr.* גּוֹבָאֵי locustæ. Psal. 105. 34.

גּוּד Succidere, incidere. *Idem ac* גָּדַד Deut. 14. 1. *in Targum Jonathanis.*

גּוּדָא Sepes, paries, maceria. Eccles. 10. 8. *Cum aff.* גּוּדָהָא maceriam ejus. Psal. 80. 13.

גּוּה גְּוִיָּה Corpus; substantia. *Cum aff.* גְּוִיַּתְכוֹן corpus vestrum. *Per synecdochen* membrum virile.

גַּוָּן Corpulentus. *Plur.* גּוּבְרִין גַּוָּנִין viri corpulenti. Eccles. 5. 7. *aliis* viri pro negotio: *aliis* גֵּאִים excellentes, elati.

גּוּז *Hebraice.* Abscindere, exscindere, scindere: findere, avellere, evellere. *Hinc Chaldaice* scindere, secare æquor, flumina, aquas, transire, trajicere flumen, transfretare. Isa. 10. 29. *Aphel* אַגִּיז traducere, transvehere. Isa. 16. 2.

גַּוָּזָא, גַּוָּזָאָה, גַּוְזָאָה Eunuchus, *quasi excisus dictus.* Jer. 52. 25. *Plur.* גַּוָּזָאִין eunuchi. 2. Reg. 9. 32.

מְגִיזָא, & *constr.* מְגִיזַת Vadum, transitus. *Plur.* מְגִיזָן, מְגִיזָתָא vada. Jos. 2. 7.

Scribitur etiam מְגִוָּא *sine* י, *& cum Daghes in* ן. *Item* navis trajectoria, scapha. 2. Sam. 19. 18.

גּוּחַ Exire, prodire, erumpere, prorumpere. Job 38. 8. *Aphel* אֲגִיחַ idem. Dan. 7. 7. *Conjunctum cum nomine* קְרָב, *ut* אֲגִיחַ קְרָב inire bellum, movere bellum, pugnare, præliari. Exod. 14. 25. *In hoc sensu sæpe reperitur* אַגַּח, *quasi a* נְגַח. *Ithpehal* אִתְּגַּח pugnatum est. Jud. 5. 20.

גּוֹי Gens, populus, natio, gentilis. *Hoc nomine* גּוֹי *olim apud Hebræos vocabatur quicunque non erat Israelita, & idem sonabat, ac Græcis* Barbarus. *Quemadmodum autem olim hoc nomen de gentibus infidelibus, & incredulis usurpabatur; ita hodie Judæi vocant per contemptum Christianos* גּוֹיִם, *quasi gentem abominatione dignam. Turcas autem appellant Ismaelim, sive Ismaelitas. Aliquando tamen etiam de Judæis hoc nomen* גּוֹי *usurpatum reperitur, ut* Gen. 12. v. 2. Exod. 19. v. 6. *Plur.* גּוֹיִם gentes, *pro* גּוֹיִים Exod. 34. v. 24. *Fœm. sing.* גּוֹיָה Gentilis mulier, Fœmina Christiana. *Plur.* גּוֹיוֹת Mulieres Christianæ. Deut. 7. 5. *In Abèn Ezrà in editione Veneta.*

גְּיוּת Gentilismus, paganismus.

גּוּל גְּוִילָא Membrana, pergamena. עַל גְּוִילָא super pergamena.

גּוּם גּוּמְתָּא Fossa, fovea. Job 39. 27. *Item* incisio, aciei ruptura in cultro.

גַּוָּן, גַּוָּנָא Color: modus, forma, ratio, similitudo: occupatio, negotium, res. Esth. 1. 6. *Plur.* גַּוָּנִין negotia. Eccles. 5. 3. colores. Num. 2. 3.

גּוּס מְגוּסָא Frustum, segmentum. *Plur.* מְגוּסִין frusta. Ezech. 13. 19.

מגיסא *Vide in* מגס.

גּוּע *Hinc Pahel Futurum litteris transpositis,* וַאֲגַעְגֵּעַ & oblectabo me. Psal. 119. 117. *Græcum* γαίω lætor *hinc videtur deductum.*

גּוּף Claudere, concludere, occludere. Mal. 1. v. 10. adulterare, adulterari, mœchari, adulterium committere, corpora miscere, prostituere. Hos. 7. 4. *Aphel* אֲגִיף *vide in* גפף.

גּוּף, גּוּפָא Corpus. *Plur.* גּוּפִין, *& constr.* גּוּפֵי corpora.

גַּיָּפָא Adulter. Job 24. 15. *Plur.* גַּיָּפִין adulteri. *Fœm.* גַּיַּפְתָּא adultera. Lev. 20. 10.

גִּיּוּפָא Idem. *Plur. constr.* גִּיּוּפֵי adulteri. Psal. 50. 18.

מְגוּפָה, מְגוּפְתָּא Operculum, *a claudendo ita dictum. Plur.* מְגוּפָן, מְגוּפְתָּא opercula. *Cum aff.* מְגוּפְתְּהוֹן opercula sua. Joel 1. 17.

גּוּץ Brevis, curtus. Job 14. 1. גּוּץ יָמִין brevis diebus. *Hebraice* קְצַר.

גּוּצִין Scintillæ. Job 41. 10. *In Aruch legitur* גַּיְצִין.

גּוּר Adulterare, mœchari, scortari. Prov. 6. 32. *Ithpahel* אִתְגַּיֵּר peregrinari, commorari: proselytum fieri. *Pahel Fut.* לָא תְגַיֵּר ne adulteres. Job 36. 20.

גַּיָּרָא, גַּיָּר, גָּאֵר Adulter, mœchus. *Fœm.* גַּיַּרְתָּא adultera, adulterina. Prov. 3. v. 20.

Idem.

גִּיּוֹרָא, גִּיּוֹר Idem. *Item* peregrinus, advena, Proſelytus. *Plur.* גִּיּוֹרַיָּא, גִּיּוֹרִין adulteri: Proſelyti. *Fœm.* גִּיּוֹרְתָּא adultera, & גִּיּוֹרָא peregrina, Proſelyta. *Hebraice* Proſelytus *dicitur* גֵּר. *Nominibus* שָׂכִיר, תּוֹשָׁב, & גֵּר *in Textu Hebraico ut plurimum Proſelyti intelliguntur. Hebræorum enim populus in duo hominum genera olim ſejunctus erat. Alii ex Hebræis vocabantur indigenæ, Græce αὐτόχθονες, alii advenæ, ſive Græco vocabulo προσήλυτοι, quod deinde Proſelytorum nomen ab omnibus retentum, qui in Latinum ſermonem Græcas Hiſtorias verterunt. Indigenæ igitur ii omnes erant, qui ab Iſraele ortum ducentes circumciſioni a Deo Abrahę Gen. cap. 18. præceptæ ſe ſubjiciebant; Proſelyti vero, qui Idololatria, & Gentium, unde naſcebantur, diſciplina rejecta, vero Dei cultui ſe mancipabant, circumciſique pro indigenis ex Dei mandato Exodi 12. habebantur. Quomodo autem ex Gentibus ad Judęos per circumciſionem tranſirent, habemus exemplum tum in Geneſi de Sichimitis, tum in Judith de Achior. Nunc temporis Proſelyti appellantur tum ex Gentibus, tum ex Chriſtianis ad Judaicam religionem accedentes. Maximo autem ſtudio, & contentione Proſelytos olim a Judęis fuiſſe conquiſitos, colligitur ex Matthæi cap. 23. v. 15. Eo autem conſilio tum Gentes, tum Chriſti fideles ad Judęos deſciſcebant, ut Religionem mutarent, ut domicilium ſibi inter eos quererent, ut artem aliquam addiſcerent, vel exercerent. Hinc alii dicebantur* Proſelyti juſtitiæ, *alii* Proſelyti inquilini, *alii* Proſelyti mercenarii, *de quibus ſingulis mentio fit Exod. cap. 12. v. 44. & 45.* וְכָל־עֶבֶד אִישׁ מִקְנַת־כֶּסֶף וּמַלְתָּה אֹתוֹ אָז יֹאכַל בּוֹ: *h. e.* & omnis ſervus emptitius, *ſc. Proſelytus juſtitiæ*, & circumcides illum, tunc comedet ex eo, *ſc. ex agno Paſchali*: תּוֹשָׁב וְשָׂכִיר לֹא־יֹאכַל בּוֹ advena, *ſc. Proſelytus inquilinus*, & mercenarius non edet ex eo. *De Proſelytis ſingulis vulgo male ſentiebant Judęi. Hinc in Tractatu Talmudis* יְבָמוֹת Jebamòth *dicto habetur* קָשִׁים לָהֶם גֵּרִים לְיִשְׂרָאֵל כְּנֶגַע צָרַעַת *h. e.* Duri ſunt Proſelyti Iſraelitis ſicut plaga lepræ, *vel* כְּסַפַּחַת ſicut abſceſſus, apoſtema. *Ratio etiam ſubjicitur* שֶׁרוֹבִין חוֹרִין בִּשְׁבִיל דָּבָר קַל וּמַטִּעִין אֶת יִשְׂרָאֵל *h. e.* Quia plerique ipſorum reſiliunt propter levem aliquam cauſſam, & ſeducunt Iſraelem. *Hinc eorum conſuetudinem, & familiaritatem effugiebant, illiſque verbis ſe invicem admonebant.* Vel ad decimam uſque generationem a Proſelytis cave. *Quomodo in Judęorum numerum reciperentur Proſelyti, quibus privilegiis gauderent, qua ratione inter ſe differrent, utrum Proſelyti mercenarii revera daventur, vide in Lexico noſtro typis Seminarii Patavini edito 1732. pag. 515. & 516.*

גּוּר Catulus. Gen. 49. 9. *Fœm.* גּוּרְתָּא Catula, canis fœmina.

גָּיְרָא, גָּיִר Vicinus, cohabitator. Jer. 6. 21. *Plur.* גָּיְרִין, & *Emphat.* גָּיְרַיָּא vicini. Jer. 12. 14.

גֹּזָא, גֹּז *Nomen avis immundę*: haliæetus. Deut. 14. 12.

גּוֹב גָּזְבָּר Quæſtor, præfectus ærario. Eſth. 10. 3. *Plur. emphaticus* גָּזְבְּרַיָּא quæſtores. Eſr. 7. 21.

גּוֹהּ *Pahel Partic.* מְגַוֵּי dolat. Iſa. 44. 13.

גָּזִית Cæſio, lapis cæſus, & politus. Eſth. 4. 1. *in Targum ſecundo.*

גָּזַז Tondere: incidere. *Pehil* דְּגָזִין quæ inciſa eſt, *vel* arroſa. Pſal. 72. 6. *Ithpehal* אִתְגְּזַז tonderi, abſcindi. Amos 7. 1.

גָּזָּז Tonſor. *Plur.* גָּזָּזִין tonſores.

גִּזּוּז Raſio, detonſio. Iſa. 22. 12.

Vel

גִּזָּא, גִּזְתָּא Vellus, lana detonsa.

גּוֹזְזִין Involucra, pallia. Ezech. 27. 24.

גָּזַל Rapere, abripere, diripere, spoliare, vi surripere. Ezech. 18. 12.

גְּזֵלָה Rapina, raptum. Lev. 5. 23. *Plur.* גְּזֵלָתָא rapinæ. Eccles. 5. 7.

גְּזֵילוּת Idem. Cant. 6. 5.

גּוֹזָל Idem. Gen. 6. 11. *in Targum Hierosolymitano.*

גּוֹזָל, גּוֹזָלָא Pullus avium. *Plur.* גּוֹזָלִין pulli. *Cum aff.* עַל גּוֹזָלוֹהִי super pullos suos. Deut. 32. 11.

גְּזַם Minitari, minari, comminari. Prov. 16. 30.

גָּזוֹמָא Minax; ultor. Psal. 8. 3.

גְּזַר Amputare, abscindere, discindere, exscindere, præcidere. Jer. 8. 6. circumcidere. Jos. 5. 4. decernere, definire. Job 22. 28. decerni, definiri. *Conjunctum cum nomine fœderis* significat pacisci, pangere. Gen. 15. 18. *Ithpehal* אִתְגְּזַר circumcidi: decerni: exscindi. Eccl. 8. 4. Ruth 3. 18.

גְּזֵירָא, גְּזֵרָה Segmentum, pars: grex pusillus, minutus. *Plur.* גְּזָרִין partes. 1. Reg. 3. 21. greges pusilli, exigui. 1. Reg. 10. 27.

גּוּזְרְתָא Circumcisio, amputatio præputii. Exod. 4. 26. *Cum aff.* מִן כִּיב גּוּזְרַתְהוֹן ex dolore circumcisionis ipsorum. Gen. 34. 25. *in Jonathane.*

גָּזְרִין Aruspices, *ita dicti, quasi* Sectores, *quia victimas in partes secabant, ut ex iis inspectis futura divinarent.* Dan. 2. 27. *Emphat.* וְגָזְרַיָּא Dan. 4. 4. *quem locum R. Saadias interpretatur*, qui decernunt ea, quæ Rex imperat; *R. vero Salomon exponit*, quidam Dæmonibus addicti.

מִגְזְרָא Serra, securis. *Plur.* מִגְזְרִין, מִגְזְרֵי serræ. 2. Sam. 12. 31.

גְּחַךְ Ridere, deridere, irridere, illudere. Prov. 10. 23. *Pahel* גָּחַךְ Idem. Job 30. 1.

גּוּחְכָא, גּוּחְכָא Risus, derisio, irrisio. Psal. 79. 4.

גְּחַן Inclinare, incurvare se, procidere, procumbere. Gen. 24. 48. *Pahel* גַּחַן idem. Exod. 32. 19. *in Jonathane.*

גֵּט Libellus, scheda. גֵּט פִּטּוּרִין Libellus dimissionum, repudii, divortii. *Hoc nomen* גֵּט *generale est, complectiturque omnes litteras contractuum, & instrumentorum. Hinc in Bavà Kamà fol. 95.* גֵּט חוֹב Litteræ debiti, *vel* crediti, *personarum ratione habita. Per Synecdochen autem nomine* גֵּט *significatur* Libellus repudii; Litteræ divortii. *Sic in Misnà in Tractatu* גִּטִּין Gittìn. הַזּוֹרֵק גֵּט לְאִשְׁתּוֹ Qui projicit, *h. e.* qui porrigit, qui dat Libellum repudii uxori suæ. גֵּט כָּשֵׁר Libellus rectus, legitimus; גֵּט פָּסוּל Libellus illegitimus. גֵּט קֵרֵחַ Libellus repudii calvus, *cujus nimirum ligamenta numerum testium excedunt. Propterea autem* calvus *dicitur, quia in eo quædam ligamenta sunt, quæ suis testibus destituuntur. Sic* גֵּט מְקוּשָׁר Libellus ligatus; גֵּט פִּטּוּרִין Libellus dimissionum. Deut. 24. 1. *h. e. Divortii litte-*

ræ, quibus vir uxorem a se liberam dimittit. In Isaia 50. 1. *dicitur* אִגֶּרֶת פִּטּוּרִין Epistola dimissionum, *& in aliis locis simul, & conjunctim* אִגֶּרֶת גֵּט פִּטּוּרִין, *quemadmodum Jerem.* 3. 8. *Libelli divortii exemplar vide apud Majemonidem* הלכות גירושין *cap.* 4. *Plur.* גִּטִּין Divortia. *Extat in Talmude Tractatus* גִּטִּין Gittìn *inscriptus de Divortiis agens.*

גטש גְּטָשָׁא Sordes. Levit. 1. 16. *in Talmud Hierosolymitano.*

גיב *Vide in* גבב.

גִּיד, גִּידָא Nervus. Genes. 32. 32. absynthium. Prov. 5. 4. coriandrum. Exod. 16. 31. *Plur.* גִּידִין nervi. Ezech. 37. 6. *Sumitur* גִּיד *etiam pro* membro virili, *ut* nervus *apud Latinos.*

גין, גֵּיזָא *Vide in* גֵּז.

גִּיל, גִּילָא Stipula, festuca. Job 13. 25. *Plur.* גִּילִין Exod. 5. 12. *Constr.* גִּילֵי stipulæ. Job 41. 19. 20.

גִּין, בְּגִין Propter. Gen. 18. 28. בְּגִין כֵּן, בְּגִין כַּךְ Propterea, quapropter, idcirco, ideo. Gen. 42. 21. Job 9. 22. בְּגִין דְּ, vel בְּגִין דִּי eo quod, eo ut, propterea ut. Thren. 1. 1. Esth. 8. 7.

גַּיָּס גַּיְסָא Exercitus, turma, cohors, copiæ. Psal. 65. 11. *Plur. cum aff.* גַּיָּסָהָא cohortes ejus. *Fœm.* גַּיָּיסוֹת turmæ.

גֵּיף Ripa, littus. Deut. 4. 48. *in Jonathane.*

גיץ, גִּיצִין Foveæ. Psal. 140. 11.

גִּיר, גִּירָא Jaculum, sagitta. Jer. 9. 8. calx, tectorium ex calce. Amos 2. 1. *Plur.* גִּירִין, גִּירַיָּא sagittæ. 2. Sam. 22. 15.

גֵּית, גֵּת Grex, possessio: pecus. *Plur.* גֵּיתִין, גֵּיתֵי, & גִּתִּין greges. Gen. 26. 14. Amos 1. 1. מָרֵי גִּתִּין domini pecorum, *sc.* pecuarii.

גְּלָא, גְּלָה, גְּלֵי Migrare, demigrare, deportari, captivum abduci: revelare, retegere, manifestare, declarare, exponere. 1. Sam. 4. 21. Prov. 20. 19. Amos 6. 7. Psal. 98. 2. *Ithpehal* אִתְגְּלִי revelari, retegi, manifestare se, apparere. Jerem. 40. *Ithpahel* אִתְגַּלֵּי idem. Jud. 5. 4. *Pahel* גַּלֵּי retegere, revelare. Isa. 26. 21. *Aphel* אַגְלֵי deportare, captivum abducere. Thren. 4. 22. אַגְלֵי פָנִים audacter, impudenter agere.

גַּלְוָתָא, גַּלְתָּא & גָּלוּתָא, גָּלוּת, גָּלוּ Migratio, deportatio, abductio in captivitatem, exilium, captivitas, captiva multitudo. Amos 1. 9. Jer. 28. 6. *Plur.* גַּלְוָן, גַּלְוָתָא exilia.

גְּלַאי Manifestum, apertum, publicum. בִּגְלַאי in publico, publice, aperte, palam, manifeste. Isa. 41. 2. *sine* א, בִּגְלַי palam. Joel. 3. 9.

גְּלוּי Revelatio, retectio, manifestatio. Gen. 6. 2. בְּגִלּוּי בָּשָׂר cum retectione carnis, *sc.* impudenter, proterve. *Item* גְּלוּי litteralis Scripturæ sensus.

גַּלָּב Tonsor. *Plur.* גַּלָּבִין tonsores. Ezech. 5. 1.

גְּלַב Novacula. Num. 6. 5. *Plur.* גַּלְבִין Novaculæ.

Plur.

גַּלְבִּין *Plur.* Squamæ. *Alii legunt* גַּלְכִּין *per* כ, *ſicuti Aruch, & R. David Kimchì.*

מַגְלְבָא Frænum, lorum, corrigia. *Idem ac Hebraicum* מֶתֶג Prov. 26. 3.

גלג גְּלוּגְדַק, גְּלוּגְדְקָא Scabellum, ſuppedaneum, *præcipue, quod Regum, & Principium pedibus ſupponitur.* Exod. 24. 10. *in Jonathane.*

גלד גְּלִיד, גְּלִידָא Gelu, pruina, glacies: *metaphorice* cryſtallum. Gen. 31. 40. Pſal. 147. 16.

גֶּלֶד, גִּלְדָא Pellis, cutis, corium, cortex, cruſta: ſolea: ſaccus coriaceus. *Plur.* גִּלְדִין pelles. Ezech. 27. 24.

גַּלַּח Radere, abradere. Deut. 21. 12. *Ithpahel* אִתְגַּלַּח radi, abradi. Jud. 16. 19. *Hinc* גַּלָּח Raſus. *Hoc nomine Hebræi* Chriſtianorum miniſtros, & Sacerdotes *præcipue vocare ſolent, quia angulos capitis abradunt, & tonſuram geſtant. Plur.* גַּלָּחִים Raſi.

גִּלּוּחַ Raſura, raſio. Iſa. 15. 2.

גלי גּוּלְיָיר Agaſo, præfectus, magiſter equarum. Eſth. 6. 12.

גְּלַל Volvere, convolvere, devolvere, involvere. Cant. 5. 14. *Pahel* גַּלְגֵּל idem. Gen. 29. 10. *Itphahel* אִתְגַּלְגֵּל, *& ex altera forma* אִתְגּוֹלַל volvi, convolvi, devolvi. Job 30. 14. Gen. 43. 20. Hoſ. 11. 8. *Apud Talmudiſtas* aſſare, *quia res aſſanda circumvolvitur.*

גְּלָל Devolutio: *aliis* marmor. אֶבֶן גְּלָל lapis devolutionis *ſc.* maximus, *qui nequit portari, ſed volvendus eſt.* Ezræ 5. 8. *aliis* lapis marmoreus.

גַּל, גַּלָּא Cumulus, acervus convolutus. *Plur.* גַּלִּין, גַּלְלִין, גַּלֵּי acervi: fluctus. Iſa. 25. 2. Zach. 10. 11.

גִּלָּא Species ſalicis. Num. 21. 13. *Plur.* גִּלֵּי. *Alio ſenſu vide infra.*

גּוּלָא, גּוֹלָא, גּוֹלְיָא Toga, pallium, involucrum. Num. 15. 38. *Plur.* גּוֹלִין, גּוֹלְיָתָא togæ. Num. 16. 1.

גּוּלְתָּא Lecythus, lenticula. Zach. 4. 3. fons, ſcaturigo.

גְּלִילָא, גִּלָּא Stercus, excrementum. *Plur.* גִּלֵּי ſtercora. Ezech. 4. 12.

גָּלִיל, גְּלִילָא Galilæa. 1. Reg 9. 1. 2. Reg. 15. 29. tractus, terminus, limes. Ezech. 47. 8.

גְּלִילִי Galilæus. Num. 23. 21. *Galilæi non erant admodum accurati in lingua, ſicuti neque Samaritani. Non diſtinguebant enim inter litteras* א *&* ע, *inter* ח, ע, *&* א. *Hinc Matth.* 26. 73. *& Marc.* 14. 70. *ex locutione collegerunt, Petrum Galilæum eſſe. Uſurpabant enim Galilæi linguam Hebræam, ſed magis rudem, & impolitam, quam Hebræi. Cum igitur locutio Petri indicarit, eum Galilæum eſſe, quæritur ab Interpretibus, utrum alio ſermone ab eo, quo illum allocuta ancilla fuerat, locutus ſit, cum ei reſponderit;* neſcio, quid dicas, *h. e. non intelligo, quid loquaris; an vero alia dialecto? Alii aliter ſentiunt. D. Hieronymus ad illa D. Matthæi verba cap.* 26. Nam & locutio tua te manifeſtum facit, *ſcriptum reliquit.* Non quod alterius ſermonis eſſet Petrus, aut gentis, & terræ: (Omnes quippe Hebræi erant, & qui arguebant, & qui arguebatur:) ſed quod unaquæque provincia, & regio habebat proprietates ſuas, & vernaculum loquendi ſonum vitare non poterat. *Nicolaus vero de Lyra ibidem rem fuſius, & apertius exponit.* Licet enim lingua Hebræa ſit una, tamen aliquo modo variabatur ſecundum varietatem provinciarum; & idcirco illi de Galilæa aliter loquebantur aliquo modo, quam illi,

li, qui erant de Jeruſalem. Sic lingua Gallica una eſt, & tamen aliter loquuntur illi, qui ſunt de Picardia, quam illi, qui habitant Pariſiis, & per talem varietatem poteſt percipi, unde aliquis ſit oriundus. *Galilæorum igitur lingua Hebraica erat, ſed propter dialectum ab Hebraica puriori diverſa admodum, atque adeo illi diſſimilis, quæ Chriſti tempore Hieroſolymis uſurpabatur. Hebraica lingua pura in ſacris peragendis tantum adhibebatur, eamque callebant optime Phariſæi, Scribæ, Rabbini, Magiſtri ſuper Moyſis cathedram ſedentes, populum inſtruentes, Legem, ac Prophetas exponentes, ipſorumque diſcipuli. Audi Talmudiſtas ipſos Galilæos tamquam barbaros increpantes, eorumque impolitum dicendi genus, & ab Hebræo puro diverſum deridentes. Hinc, ut alia Talmudis loca omittamus, Gloſſa in libro* עירובין Eruvin, *in Latinum converſa hæc habet.* De hominibus Galilææ, qui impolita lingua utuntur, quid traditum eſt? quod ſi Galilæus quidam diceret cuidam, Judæo ſcilicet, אמר למאן אמר למאן, reſpondebatur ipſi. Galilæe ſtulte, חמר ad equitandum, aut חמר ad bibendum; עמר ad veſtiendum, aut איתמר ad abſcondendum ad mactationem? *Hæc eſt loci hujus obſcuri, quemadmodum ſolet plerumque eſſe Talmud, ſententia; Galilæos pronunciando varias, ac diverſas litteras, & dictiones inter ſe confudiſſe, ancipitemque, ac dubiam propterea ſermonis ſui ſignificationem reliquiſſe, ex. gr.* אִמַּר agnum *deſignat,* עֲמַר lanam; חֲמָר aſinum, חֶמֶר vinum, *quæ verba ſi male proferantur, idem omnino ſonant, neque inter ſe poſſunt diſtingui. Plura his ſimilia Talmud affert. Itaque cum Judæi Galilæos alloquentes* בִּלְשׁוֹן חֲכָמָה *ut ipſi ajunt, h. e.* ſcite, & docte *loquerentur, a Galilæis non intelligebantur. Barbara nimirum Galilæorum lingua fuit, inconcinna, rudis, & impolita, litteras, voceſque diverſas non ſolum male proferens, ſed etiam inepte conjungens, ut mirum propterea nemini videri debeat, Petri ſermonem ab Ancilla intellectum non fuiſſe, & pro Galilæo eum habitum. Licet autem Chriſtus Galilæus dicatur juxta illud Matthæi 26. 69.* Et tu cum Jeſu Galilæo *eras, numquam tamen hujuſmodi ſermonis objurgationi obnoxium eum fuiſſe legimus. Videtur itaque D. Petrus de induſtria Galilæa dialecto uſus, ut hac ratione quaſi idiota aliquis, & rudis plebejus a præſenti periculo ſe eriperet, neque pro Chriſti diſcipulo agnoſceretur. Animadverte Galileam duplicem fuiſſe, alteram* Superiorem *dictam* גְּלִיל הָעֶלְיוֹן, *alteram vero* גְּלִיל הַתַּחְתּוֹן Inferiorem. Superior *ſita erat ad Jordanis ripas in Tribubus Nephtali, & Aſcer, Cæſareæ Philippi, Capharnao, & Tyro proxima, dicta Matth.* 4. 15. Galilæa gentium, *in qua lingua impurior propter crebra cum gentibus commercia;* Inferior *vero ad lacum Geneſareth, & Tiberiadem collocata in Tribubus Zabulon, & Iſſachar. Ejus ſermo purior, ac politior, & propter terræ ubertatem rebus omnibus ad victum neceſſariis abundantior. Vide Joſephum de Bello Judaico lib.* 3. *cap.* 2.

גִּלּוּלִין Idola, Dii ſtercorei.

גּוּלְלָא, גֻּלְלָא Feretrum: lapis ſepulchralis, ſepulchri operculum. Job 14. 22. *De hoc lapide ſunt intelligendi loci* Luc. 24. 2. & Matth. 28. 2.

בְּגַלַּל, גְּלַל Propter, occaſione, cauſſa. מִן בְּגַלַּל propterea, eo quod, quia. Exod. 19. 18. Eccleſ. 5. 9.

גַּלְגַּלָּא, גִּלְגַּלָּא, גִּלְגַּל Rota, orbis, ſphæra, globus, circulus: rotatio: ſtipula: gluma: pupilla oculi. *Plur.* גַּלְגַּלַּיָּא, גִּלְגַּלִּין. *Conſtr.* גַּלְגַּלֵּי rotæ.

גֻּלְגֹּל Pupilla, *quaſi orbis oculi.* Pſal. 17. 8. *Plur. ex alia forma* גַּלְגִּילֵי pupillæ.

גּוּלְגַּלְתָּא, גֻּלְגַּלְתָּא Calvaria, cranium. 2. Reg. 9. 35. caput: homo, perſona. Exod. 6. 16. *Plur. eliſo* ל, יָהֲבוּ סְלָעָא לְגֻלְגַּלְתָּא dederunt ſiclum juxta capita.

מְגִלְּתָא, מְגַלְּתָא Volumen, ſcheda, epiſtola, litteræ, liber convolutus. Li-

ber in membrana longa, & lata ſcriptus, ut convolvi poſſit, *ſicuti olim in uſu erat*. Jer. 36. 6.

כמת *Abbreviatura. Idem ac* כְּבוֹד מַעֲלַת תִּפְאַרְתֵּךְ Gloria excellentiæ decoris tui. *Ita præstantiores decorantur: ut* לכמת כָּתַבְתִּי Scripsi Excellentiæ tuæ . *Littera* ת *ab Hebræis hodiernis exponitur per* תּוֹרָתוֹ Doctrinæ ejus . *Inseritur etiam* ע , *ut* כמעת.

כִּנָּה Cognominare , cognomine , titulo appellare. כִּנּוּי Cognomen , agnomen, pronomen, epitheton, antitheton, periphrasis,

sis, relativum. *Plur.* כִּנּוּיִם pronomina, affixa &c.

כנ״ל *Abbreviatura. Idem ac* כֵּן נִרְאֶה לִי Sic videtur mihi.

כספ״ *Abbreviatura. Idem ac* כָּל־ סוֹפֵי פְּסוּקִים Omnes fines versuum, *vel in numero singulari* כָּל־ סוֹף פָּסוּק Omnis sophpasùK, *videlicet accentus absolvens versum.*

כָּנַס Colligere, coacervare, congregare: in uxorem ducere. *Niphal* נִכְנַס ingredi, introire, intrare. *Hiphil* הִכְנִיס introducere. כִּנּוּס, כְּנוּס, הַכְנָסָה, כְּנֻסָּת Congregatio, cœtus, conventus, ingressus. בֵּית הַכְּנֶסֶת Synagoga, Ecclesia, domus congregationis.

כָּסַס Manducare, comedere: rodere, erodere.

כע״ *Abbreviatura. Idem ac* כָּל־ עִנְיָן Totus sensus: tota materia: totum negotium: omnis significatio. *Rabbinis frequens.* 2. כָּל־ עוֹלָם *Talmudice*, כּוּלֵי עָלְמָא Totus mundus: אכע״ת Toti mundo, *ubi* א *apud Talmudistas idem est, ac præpositio* ל *apud Hebræos.* 3. כֹּחַ עֶלְיוֹן Virtus suprema, divina, ac cœlestis; *vel* כֶּתֶר עֶלְיוֹן Corona suprema.

כָּעַן Nunc, jam, huc. עַד כְּעַן Hucusque, hactenus. מִכְּעַן Hinc, deinceps.

כָּעַס Indignari, irasci. כַּעֲסָן Iracundus. *Plur.* כַּעֲסָנִין iracundi.

כער, כָּעוּר, מְכוֹעָר Fœdum, turpe, inquinatum. מַעֲשִׂים מְכוֹעָרִים Opera turpia, inhonesta. אִשָּׁה מְכוֹעֶרֶת Mulier fœda, deformis. כִּיעוּר Fœditas, turpitudo.

כפ״ *Abbreviatura. Idem ac* כָּל־פָּנִים Omnes modi. מעכפ״ *h. e.* מֵעַל כָּל־פָּנִים Super omnes modos: שעכפ״ Quod per omnes modos, omnino. 2. כִּי פָלִיגִי Nam dissentiunt. *Talmudistis usitata.*

כָּפָה Incurvare, inclinare, inflectere, invertere, inversa re aliquid tegere, operire. *Item* cogere, adigere, subigere. כְּלִי כָּפוּי Vas inversum. כְּפוּי טוֹבָה Supprimens beneficium, ingratus. נִכְפֶּה Invertens se, subactus, epilepticus, *sic dictus, quia casu subito subigitur, & prosternitur.* בְּנִים נִכְפִּים Filii epileptici. כְּפוּי suppressio, dissimulatio. כִּפָּה Convexitas cœlorum, sublunaris regio.

כָּפָר Pagus, villa, vicus. כַּפְרָנִי, כְּפָרִי Villicus, paganus.

כָּפַר Negare, abnegare. כּוֹפֵר בְּעִקָּר Abnegans fundamentum, *h. e.* Deum, & veram religionem. Ezech. 26. 15. *in R. Salomone. Antiqua est locutio.* כְּפִירָה Negatio, abnegatio. כַּפָּרָן Negator, abnegator.

כֵּיצַד Quomodo? *quasi* כְּאֵיזֶה צַד Secundum quem modum.

כצ״ *Abbreviatura. Idem ac* כֹּהֵן צֶדֶק Sacerdos justitiæ. *Subjicitur Sacerdotis pii, justique nomen.*

כצל״ *Abbreviatura. Idem ac* כֵּן צָרִיךְ לִהְיוֹת Sic necesse est esse; sic oportet esse. *Præfigitur sæpe* ו *copula. Adhibetur, cum agitur de variis lectionibus, aut librorum erratis.*

כ״ק *Abbreviatura. Idem ac* כָּל־קָרְיָא Tota Scriptura.

כְּרְבֵּל Cribrare. כַּרְבֶּלֶת Crista galli.

כְּרוֹז הַכְרִיז כרז Proclamare, promulgare. כָּרוֹז Præco. הַכְרָזָה Promulgatio, præconium, proclamatio.

כרח, הַכְרִיחַ Cogere, urgere. *Hophal* הוּכְרַח Coactus fuit, necesse habuit. מוּכְרָח Coactum, necessarium. כּוֹרַח Coactio, vis, necessitas. הֶכְרֵחַ Idem. בְּהֶכְרֵחַ Necessario, coacte, violenter. עַל כָּרְחֵךְ Per coactionem tui, invito te. בְּעַל כָּרְחִי Invito me. הֶכְרָחִי Necessarius. הֶכְרָחִיוֹת עֲצוּמוֹת Necessitates validæ.

כָּרַךְ Involvere, cooperire, involucro tegere: ligare. תַּכְרִיךְ Involucrum, vestis, indumentum, stola, chlamys: pallium. *Plur.* תַּכְרִיכִין Involucra; vestimenta mortuorum. כְּרִיכָה Involutio: ligatio, fasciculus: manipulus. כָּרֵךְ, כֶּרֶךְ Ligatio, ligamen, ligatura. *Plur.* אַרְבָּעָה כְרָכִים Quatuor ligaturæ, *h. e.* volumina, partes ligatæ diversæ.

כָּרַךְ Urbs, civitas. *Plur.* כְּרַכִּים urbes, civitates.

כַּרְכֶּשָׁא Intestinum rectum.

כֶּרֶס Venter, ingluvies. כְּרִיסָן Idem. כַּרְסְתָּן Ventrosus, magnum ventrem habens.

כרע, הַכְרִיעַ Depressit, prostravit: prævaluit, præponderavit. *Item* solvit argumentum. הַכְרָעָה, הַכְרָעַת Depressio: præponderatio: solutio argumenti, *qua adversarii rationes deprimuntur, & inanes reddùntur.*

כָּרַת Excidere, præcidere. מוּכְרָת Præcisum, *h. e.* nomen formæ absolutæ. *A Grammaticis sic vocatur. Ejus oppositum* נִסְמָךְ & סָמוּךְ conjunctum, *vel* formæ constructæ.

כש *Abbreviatura. Idem ac* כָּל־שֶׁכֵּן Quanto magis, *vel* quanto minus *juxta sensum.* 2. כְּמוֹ שֶׁאָמַר Sicut dicit, *vel* כְּמוֹ שֶׁאָמְרוּ dicunt; *vel* כְּמוֹ שֶׁאָמַרְתִּי Sicut dixi. *Sed tunc sæpius scribitur* כמש, *ut jam antea dictum.*

כְּשֶׁ Cum, quando. *Præfigitur aliis dictionibus, idemque est, ac* כַּאֲשֶׁר.

כִּשּׁוּטִין כִּשּׁוּט Vestes, & ornamenta pretiosa muliebria: mundus muliebris.

כְּשֵׁם Sicut, quemadmodum.

כִּשֵּׁף Præstigiis uti. מְכַשֵּׁף Maleficus, præstigiator. כִּשָּׁפָנִית Malefica. *Plur.* כִּשָּׁפָנִיּוֹת Maleficæ.

כָּשֵׁר Rectus, aptum, congruum, rectum, licitum, legitimum. כְּשֵׁרָה Recta. כְּשֵׁרוּת rectificatio, legitimatio. *Oppositum* כָּשֵׁר *est* פָּסוּל ineptum, non idoneum, illegitimum.

כת״ *Abbreviatura. Idem ac* כְּבוֹד תִּפְאַרְתְּךָ Gloria decoris tui. *Si plures sint,* תִּפְאַרְתְּכֶם decoris vestri. *Apud Rabbinos vulgares est honoris titulus. Alterius abbreviaturæ expositio* וְכִי תֵּימָא Et si dixeris. *Talmudistis frequens.*

כָּתַב Scribere, describere. כְּתִיב Scriptum, *Chaldaice, pro* כָּתוּב. *Est familiare Masorethis, qui usurpant de vocibus, quæ aliter scribuntur, ac leguntur. Ejus*

oppositum קְרִי lectum. הַכָּתוּב Scriptum, Scriptura sacra. כְּתוּבָה Instrumentum dotale, litteræ contractus matrimonialis: dos propter nuptias. כְּתוּבִים Libri Sacræ Scripturæ hagiographi. כָּתָב Scriba, Notarius. *Item* Mercurius Scribarum, & Doctorum præses, *ita dictus, quia scientiis, & scripturæ præest.*

כַּת Secta, societas, congregatio, cœtus, caterva, turma. *Plur.* כִּתִּין sectæ. *Fœm. sing.* כִּתָּה. *Plur.* כִּתּוֹת congregationes.

INCIPIENTIA

A ל

ל *In numeris valet triginta. Ex Infinitivo Gerundium in* dum *efficit, & cum Pronominibus affixis commodum, aut incommodum significat.*

לְא Non, haud. וְלָא Et non, neque. *Cum* ו *in fine* לָאו non. Deut. 33. 3. אַף לָא & non, neque. בְּלָא in non, sine, absque. דְּלָא quod non, ut non, ne, ne forte. *Semel* כְּלָה quasi non, quasi nihilum. *Juxta formam Talmudicam scribitur cum* ו, דְּלָאו quod non. הֲלָא an non, numquid, nonne? לָא אֱנָשׁ non homo, nullus, nemo. עַד־לָא priusquam, antequam. *Cum* ה, *ut* כְּלָה quasi nihil. לָאו *etiam significat* Præceptum negativum *in Lege.*

לְאָה Laborare, fatigari, defatigari, fessum esse, *vel* fieri, ægre ferre. Gen. 19. 11. Exod. 18. 18.

לָאֵי Lassus, fessus, defatigatus. Deut. 25. 18. לֵיאוּ לֵאוּת, לֵיאוּתָא Labor, fatigatio, defatigatio, molestia, perversitas. Gen. 31. 42. Isa. 31. 2. & 40. 28.

לְאָךְ מַלְאָכָא, מַלְאַךְ Angelus, nuncius, legatus. Exod. 23. 20. 1. Reg. 19. 5. *Plur.* מַלְאָכַיָּא, מַלְאָכִין Angeli, legati. Genes. 19. 1.

לֵב, לְבָא, לֵבָא, לְבַב Cor, animus. Deut. 28. 28. Dan. 7. 4. *Plur.* לְבַיָּא, לְבִין corda. Jerem. 12. 3.

לְבְלֵב Germinare, florere, vigere. Psal. 92. 13. *Ithpahel* אִתְלַבְלֵב idem. Psal. 92. 8.

לְבְלְבִין Germina, surculi, flores. Gen. 40. 10. Isa. 53. 2.

לְבַד Villus, vestis villosa. Levit. 13. 55. *in Targum Jonathanis.*

לְבַךְ Apprehendere, continere, retinere, tenere, comprehendere. Prov. 31. 16.

לְבְלָר לבל Libellarius, scriba. *Plur.* לַבְלָרִין scribæ. Esth. 3. 12.

לְבֵן Populus alba, arbor. Gen. 30. 37.

לְבִינְתָא Later, lapis coctus. Gen. 11. 3. *Plur.* לְבֵנַיָּא, לְבֵנִין lateres. Genes. 11. 3. Exod. 5. 18.

לְבוֹנְתָא, לְבוֹנְתָא Thus. Levit. 2. 1. Cant. 4. 14. Exod. 30. 34.

אוּלְבָּנִין, לִיבָּנוֹס, לְבָנוֹנָא, לִיבָּנָן Libanus mons. *Celeberrimus hic mons eſt propter cedros præſtantes, quibus abundat, ex quibus Rex Salomon Templum ædificandum curavit. Hinc factum, ut a Prophetis aliquando Templum* לְבָנוֹן Libanus *appelletur. Habetur in Hebræo*, Zach. 11. 1. פְּתַח לְבָנוֹן Aperi Libane portas tuas, ut conſumat ignis cedros tuas. *Ad hunc locum Talmudici notant in Jomà fol.* 39. למה נקרא שמו לבנון שמלבין עוונותיהן של ישראל Quare vocatur nomen ejus (*Templi*) Libanus? quia dealbat (*h. e. tollit, abſtergit*) iniquitates Iſraelitarum, *juxta illud*: Si iniquitates tuæ fuerint ut coccinum, ſicut nix albeſcent. *Expiabantur enim in Templo peccata, quorum expiatio propterea Templo ipſi tribuitur. Nonnulli Libanum a* לְבוֹנָה thure *dictum arbitrantur, quod thus in eo abunde, & copioſe fluxerit; ſed, quod ſciam, nullibi ipſi thus tribuitur. Potius ita ipſum appellatum exiſtimaverim a* לבן albedine *propter perpetuas nives, quæ in montibus altiſſimis diu conſpiciuntur; ac propterea a Jeremia cap.* 18. 14. Libanus nivoſus *nuncupatur. In Targùm Cant.* 4. 11. *legitur* אוּלְבָּנִין, *& in Targum Jonathanis Num.* 24. 5. לִיבָּנוֹס.

ליבונאה Libbonica: Scriptura Libbonica. Quænam eſt Scriptura Hebræa? Reſpondit R. Chaſdà, כתב ליבונאה Scriptura Libbonica. *In Sanhedrìn fol.* 21. *R. Salomon intelligit Litteras majuſculas, quas in ſchedis membranaceis, collo appenſis, aut ſuperliminaribus* (מזוזות *dictis*) *incluſis adhibent. In* תוספות Toſephòt *autem legitur, Libbonicam dici a quodam loco ita appellato.*

לְבַרְנְיָא, לַבַּרְנְיָא Liburna, Liburnæ, Liburnica: *genus navigiorum leviſſimorum, ac velociſſimorum, quæ a Liburnis populis, qui iis utebantur, ſic appellantur. Melius* לְבַרְנְיָא.

לְבוּרְנְקְיָא Ventralia.

לָבַשׁ Induere, veſtire: veſtire ſe, indutum eſſe, indui. Job 7. 5. *Ex Puhal Particip.* מְלוּבָּשִׁי induti. Cant. 6. 7. *Aphel* אַלְבֵּישׁ induere fecit, induit, veſtivit alium. Gen. 3. 21.

לְבוּשָׁא, לְבוּשׁ Veſtis, veſtimentum, indumentum. Eſth. 6. 8. *Item* gluma, folliculus grani frumentarii. 2. Reg. 4. 42. *Plur.* לְבוּשַׁיָּא, לְבוּשִׁין veſtes. Levit. 6. 4.

הַלְבִּישׁוּשׁ *Vide in littera* ה.

לַגְלֵג לגג Irridere, jocari, ſubſannare. Gen. 34. 31. *Ithpahel* אִתְלַגְלֵג irrideri, contemni, ſperni. Eſth. 1. 17.

לְגִיוֹן, לֶגְיוֹן Legio. *Plur.* לְגִיוֹנִין legiones. Gen. 15. 1. *in Jonathane.* Job 15. 24. *Ita etiam una perſona appellatur pluribus præfecta, veluti legioni:* dux exercitus. *Hinc Diabolus, ſpirituſque malignus Marci* 5. 9. *ait*, λεγεὼν ὄνομά μοι, *h. e.* Legio eſt nomen meum, *quia nimirum plures Dæmones ſecum habebat.*

La-

לָגִינָתָא, לָגִין לגן Lagena, hydria, uter. Gen. 24. 14. *Plur.* לָגִינִין lagenæ. Thren. 4. 3.

לְדָנָא, לְדַן Vagina. Jer. 47. 6. *Plur.* לְדָנִין vaginæ.

לְהָה, לְהָא Laborare. Isa. 42. 4. *Aphel* אַלְהֵי defatigare, defatigare se. Mal. 2. 17.

לָהֵי Defessus, defatigatus. *Plur. fœm.* לָהַיִן defessæ. Deut. 25. 18.

לַהֲבָא, לַהֲבֵי להב Flamma. Exod. 3. 3.

לַהֲבוּתָא, לְהוֹב Idem. Nah. 3. 3. Psal. 106. 18.

לְהַט Flammare. *Pahel* לַהֵט inflammare, accendere.

לְהֵן Quamobrem, itaque. Dan. 2. 6. 9. nisi, præterquam. Dan. 6. 6.

לְוָה, לְוָא Adhærere, adjungere se alicui, comitari, deducere aliquem. Gen. 28. 12. *Pahel* לַוִּי idem. *Aphel* אַלְוִי idem. Gen. 24. 59.

לְוָאי, לְוָי Butyrum. Gen. 18. 4.

לֵיוָאָה Levita. Exod. 4. 14. *Plur.* לֵיוָאֵי & לֵיוָא Levitæ. Esdr. 6. 16. *Ex Tribu Levi originem traxerunt Levitæ. Levitarum autem nomine veniunt tum Pontifices, & Sacerdotes, tum reliqui, qui Sacerdotibus inserviebant. Proprie tamen Levitæ nuncupantur Sacerdotum ministri. In locum primogenitorum suffecti sunt, & Sacerdotibus assignati, ut ipsis ministrarent.* אֵפוֹד Ephod *lineo induebantur, ipsisque datæ quadraginta octo urbes, ut a populo sejuncti viverent. Stante Templo, sicuti Sacerdotum erat Altari ministrare, ita Levitarum canere, & excubias agere. Canebant autem in* דּוּכָן suggesto *saltem duodecim singulis vicibus, quibus adjungebantur alii musica instrumenta pulsantes non tantum ex Levitis, sed etiam ex Israelitarum primoribus, &* סָגָן Saganis *motum tempore libationis in Sacrificio jugi cantu sequebantur. Dispersi porro erant per cæteras Tribus, ut populum instruerent, ejusque lites, & contentiones dirimerent. Quemadmodum autem Levitæ Sacerdotibus ministrabant, ita* נְתִינִין Nethinæi *Levitis serviebant.*

לִוְיָתָן Balæna, Leviathan. *Quidam nomen hoc Leviathani ideo inditum volunt, quia ejus squamæ, & membra sibi invicem cohærent. In capite* 40. *Jobi habes ad unguem ejus descriptionem. In Sacris litteris Satanam, & Antichristum tamquam typus refert, & quemadmodum per allegoriam maris nomine Mundus intelligitur; ita Leviathanis, & magnorum piscium ejus Principes veniunt. Hinc Isaiæ cap.* 27. *per Leviathanem Rex Assyrius, & Ægyptius designantur, & Psalmo* 74. *proceres Pharaonis per capita Leviathanis indicantur.*

לְוֵי, לְוַאי Si: utinam. *Interdum ei præponitur* ה, הַלְוַאי. *Quandoque etiam ipsi subjungitur* כִּין. Jos. 7. 7.

לְוָיָה Comitatus, deductio. *Est unum ex tribus officiis præstandis hospitibus peregrinantibus, quorum primus omnium auctor fertur Abraham Patriarcha. Sunt autem*

ci-

אֲכִילָה, שְׁתִיָה, לְוָיָה cibus, potus, commeatus, *ſeu* in viam deductio. *Id inferunt nonnulli ex illo Geneſ.* 21. 33. וַיִּטַּע אֹשֶׁל Et plantavit nemus. *Per* אֹשֶׁל *enim hoſpitium intelligunt ad peregrinantes excipiendos, ipſiſque tria ſupra dicta præſtanda. Hinc litteræ vocis* אשל *ad tria illa ſignificanda adhibitæ ſunt.*

לוג Sextarius, *liquidorum menſura minima, pars vigeſima quarta Seæ, vel Sati, continens ſex ova.*

לוד Lud, Lydda civitas, *non procul ab Hieroſolyma ſita, de qua mentio* Actor. 9.

לוד, לודי, לוד Lydius. *Plur. conſtr.* לודאי Lydii. Ezech. 27. 10.

לודין Pulli aſinorum. *Forſitan legendum* ולדין. Gen. 32. 15. *in Targum Hieroſolymitano.*

לוז Amygdalus, amygdala. *Plur.* לוזא, לוזין amygdalæ. Gen. 43. 10.

לוח לוחא Tabula, aſſer. Prov. 3. 3. *Plur.* לוחי, לוחין tabulæ, & לוחי. Hoſ. 8. 6. Deut. 9. 9. Exod. 26. 15.

לוט Maledicere, execrari, blaſphemare. Num. 23. 8. *Cum affixis* ו *interdum fit mobile, ut* לוטני maledixit mihi. 1. Reg. 2. 8. *Interdum imitatur formam Quieſcentium tertia radicali* ה, ut דלטיה cui maledixit, *quaſi a* לטא. Gen. 5. 29.

ליט Maledictus. *Plur.* ליטי, ליטין maledicti. *Fœm.* ליטא maledicta.

לוטא, לוטתא Maledictio, execratio, diræ. Num. 5. 21. *Plur.* לוטיא, ולוטין maledictiones. Deut. 30. 1. Gen. 27. 3.

לוע, לועא Maxilla: guttur, gula, fauces. Deut. 18. 3.

לוץ *Hebraice.* Deridere, irridere. *Hinc*

ליצנותא Irriſio, ludibrium, ſubſannatio. Eccleſ. 2. 2.

לוקין לוקרין Pulli aſinarum. *Videtur legendum* ולדין. Gen. 32. 15. *in Jonathane.*

לוש Depſere, ſubigere maſſam. Gen. 18. 6. Jerem. 7. 18. Hoſ. 7. 4.

לישא Maſſa farinacea. Exod. 12. 34.

מלושא Subactum, intinctum. Iſa. 9. 5.

לות Ad, apud, verſus. *Cum aff.* לותי ad me, apud me, mecum. לותן apud nos, nobiſcum. לותכון ad vos, apud vos, vobiſcum. מן לות, מלות, מלותי a, ab. מלותיה ab eo. מן לותן a nobis. לותך ad te. לותיה ad eum. לותהון ad eos.

לחד בלחוד, לחוד Tantum, tantummodo: ſolum, ſolummodo: ſolus, ſola, ſolum: ſeorſim, ſeparatim, privatim: etiam, quoque. Gen. 6. 5. Num. 12. 2.

לחדא Valde, vehementer. Gen. 1. 31. *Geminatum* לחדא לחדא quamplurimum, vehementiſſime. Gen. 17. 20. עד לחדא uſque valde, admodum, penitus, omnino. Pſal. 119. 8.

לחה לחיאתא Maxilla. *Plur. cum aff.* ומוריך בלחיאתהון & relaxat in maxillis eorum. Hoſ. 11. 4.

לוחיא Idem. Deut. 18. 3. *in Jonathane.*

No-

לְחַיַת *Nomen proprium urbis*. Num. 21. 15.

לָחַךְ Lambere, lingere. 1. Reg. 21. 19. *Pahel* לִחֵךְ idem. Num. 22. 4. Iſa. 49. 23.

לָחַם *Hebraice*. Pugnare, oppugnare.

לַחְמָא, לְחֵים, לְחַם Panis, cibus. Gen. 3. 19. *Plur.* לַחְמִין panes.

לְחֵם Convivium, epulum. Dan. 5. 1.

לָחַן לְחֵינְתָא, לְחֵנָא Concubina, pellex. Gen. 35. 22. *Plur.* לְחֵנַן concubinæ. 1. Reg. 11. 3. *Emphat.* לְחֵנָתָא concubinæ. Gen. 35. 6.

לָחַשׁ *Hebraice*. Muſſitare, ſubmiſſe in aures loqui. *Pahel Particip.* מְלַחְשִׁין muſſitabant. 2. Sam. 12. 19.

לַחֲשָׁא Incantatio. Jer. 8. 17. *Plur. cum aff.* בְּלַחֲשֵׁיהוֹן incantationibus ſuis. Exod. 7. 11.

לְחוֹשׁ, לְחוּשׁ Fuſcum, nigrum. Gen. 30. 32.

לָחֵשׁ Ardens. *Plur. fœm.* לָחֵשָׁן ardentes. Lev. 16. 12. *in Jonathane.*

לָטָא Maledicere. Gen. 5. 29. *Pahel* לַטֵּי idem. Num. 23. 8.

לָטַט Maledicere. Jud. 9. 27. *Pahel* לַטֵּט idem. Job 5. 3. *Ithpahel* אִתְלַטַּט maledici. *Particip.* מִתְלַטְּטִין maledicti. Pſal. 37. 22.

לָטֹם לְטוֹם Maſtiche, ſtacte: caſtanea. Gen. 37. 25. *Reſpondet Hebræo* לוֹט.

לָטַשׁ Acuere, polire. *Pehil* פַּרְזְלָא בְּפַרְזְלָא לְטִישׁ ferrum ferro acuitur. Prov. 27. 17.

לֵיל לֵילְיָא, לֵילָא Nox. Gen. 1. 5. *Plur.* לֵילְוָן noctes. 1. Sam. 30. 12.

לֵילִי Noctu. Pſal. 1. 2.

לִילִית Strix. Iſa. 34. 14. *Plur.* לִילִין. *Conſtr.* לֵילֵי ſtriges. Num. 6. 24. *in Jonathane. Juxta Rabbinos* לִילִית *eſt Dæmoniſſa, ſive Lamia nocturna infantes rapiens, & occidens. Hinc in more poſitum præcipue apud Judæos Germanos, ut in quatuor cubiculi parietibus, in quo puerpera cubat, inſcribant hæc verba* אָדָם, חַוָּה, חוּץ לִילִית Adam, Eva, foris eſto Lilis. *Addunt etiam nonnulli trium Angelorum nomina, quos a Deo incolumitati, & ſaluti hominum præfectos fuiſſe volunt, nimirum* סְנוֹי Senoj, סַנְסְנוֹי Sanſenoj, *&* סַמַּנְגְּלוֹף Sammangeloph. *Si quis originem rei hujus quærat, habetur in libro antiquo Ben Syræ, fuſiuſque fabula deſcribitur. Apud Plinium legitur lib.* 11. *cap.* 39. Fabuloſum arbitror de ſtrigibus, ubera eas infantium labris immulgere. Eſſe in maledictis jam antiquis ſtrigem, convenit; ſed quæ ſit avium conſtare non arbitror. *Ovidius etiam lib.* 6. *Faſtorum ait, infantes ſine nutricum cuſtodia relictos a ſtrigibus e cunis rapi, ipſorumque ſanguinem abſorberi.*

Sunt avidæ volucres, non quæ Phineia menſis
Guttura fraudabant, ſed genus inde trahunt.
Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ,
Canities pennis, unguibus hamus ineſt.

No-

Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactantia viscera rostris,
Et plenum poto sanguine guttur habent.
Est illis strigibus nomen: sed nominis hujus
Causa, quod horrenda stridere nocte solent.

ליס ליסא. *Vide in* לס.

לית Non. *Componitur ex* לָא non, *&* אִית est.

ליתא, **לַיְתָא** Leo, leo vetus, & immanis. Gen. 49. 9. leæna. Ezech. 19. 2.

לְכַד Continere, capere. Prov. 26. 17. *Ithpehal* אִתְלְכַד capi. Eccles. 7. 27.

לכס לְכִיסַיָּא. *Vide in* לפס.

ללב לוּלַב, לוּלַבָּא Ramus, spathula palmæ. *Plur.* לוּלַבִּין, לוּלַבֵּי rami. Levit. 23. 40. *Horum usus fuit apud Hebræos in Festo Tabernaculorum. Hinc* עֲלֵי תְמָרִים folia palmarum Nehem. 8. 16. *explicantur a R. Salomone, & aliis* לוּלַב. *Majemon in* הלכות סוכה cap. 7. *ait*: Sunt rami palmarum quando germinant, antequam a se invicem folia hinc inde separentur, sed dum adhuc sunt instar sceptri: & hoc est, quod vocamus לולב. *Itaque si primam, germanam, strictamque vocis* לולב Lulàu *significationem spectes, proprie est palmæ spathula, cujus folia spinæ dorsi ipsius utrinque inhærent a trunco erumpentia, nondumque maturitatem assecuta. Ut in Festo Tabernaculorum adhiberi possit, multa in* לולב *Lulàu requirunt Rabbini, quorum cognitio curiositatem lectoris potius explet, quam ullam utilitatem afferat, ut patet ex Baal Turim, & Orach Chajim num.* 645. *Adjicit autem Rambàm ritum circumeundi Altare cum Lulàu in* Halacòth Lulàu cap 7. num. 23. *his verbis*: Singulis diebus hebdomadæ solebant (*antiquitus*) semel circuire Altare Lulàu præ manibus ferentes, & dicebant: *Obsecro, Domine, salvum fac, obsecro. Obsecro, Domine, secundus esto, obsecro.* In die autem septimo circumibant Altare septem vicibus.

לְמָא Nihil, nihilum, vanitas, inanitas. Judic. 5. 16. כִּלְמָא quasi nihil. Psal. 39. 6. לְמָא אִנּוּן nihili sunt. 2. Sam. 13. 21.

למב לַמְבַרְנְיָא Lombardia. Numer. 24. 24. *in Jonathane.*

לָמַד *Hebraice.* Discere. *Hinc Chaldaice Participium* לָמֵד discens. Esth. 1. 2.

תַּלְמוּדָא Talmud. *De Talmude vide pag.* 241. *nostri Lexici editi typis Seminarii Patavini* 1732. *& Disputationem huic Lexico præmissam.*

תַּלְמִיד, **תַּלְמִידָא** Discipulus, *h. est, qui ex docentis ore doctrinam percipit, qui ab Hebræis dicitur* הלומד מזולתו discens ab alio, לא מעצמו non a seipso, *qui dicitur* שׁוֹנֶה discens, *quia sæpe errat, cogiturque studium iterare, ac mutare. Plur.* תַּלְמִידִין, תַּלְמִידַיָּא discipuli. Num. 3. 2.

Flam-

לַמְפָּד, לַמְפִּיד Flamma, lampas, fax. Exod. 20. 2. *in Jonathane.*

לְסָם, לְסָא, לְסָתָא Maxilla, gena. Mich. 5. 1.

לִסְטִים, לִסְטִיס Latro, ficarius, prædo. *Græce* λῃστής. Gen. 21. 13. *Plur.* לִסְטִין, לִסְטַיָּא, & לְסָטְסִין latrones. Job 4. 11. & 5. 5.

לסת לסתא. *Vide in* לס.

לְעָא, לְעֵי, לְעָה Fatigari, laborare. Thren. 5. 5. Prov. 16. 26. & 26. 5. Job 9. 29.

לֵיעוּתָא, לֵעוּת, לֵיעוּת Labor, molestia, fatigatio, defatigatio. Job 4. 8. Psal. 107. 12.

לעב אִתְלַעַב Subsannare, ridere, irridere, illudere, insanire. Jud. 19. 25. *In Part. & Futuro reperies interdum punctatum ad formam Pahel, ut* מִתְלַעְבִין, מִתְלַעֲבִיָּא *pro* מִתְלַעֲבִין. Psal. 5. 6. & 73. 3.

לְעֵיב Subsannatio, sanna, irrisio, ludificatio. Jer. 20. 7. Ezech. 22. 4.

תִּלְעֲבָא, תֻּלְעֲבָא Idem. Isa. 28. 11. Jer. 10. 15.

תַּלְעוּבָא Idem. Psal. 123. v. ultimo.

לעג לַעֲגִ Subsannare, irridere, illudere. *Aphel* אַלְעִיג idem. Jerem. 8. 28. Isa. 28. 11.

לַעַג Subsannatio, ludificatio, illusio, irrisio. Jer. 20. 8.

לעז לוּעַז Barbarus, *linguæ, & sermonis ignoti, ac peregrini. Hoc nomine apud Hebræos olim vulgo designabantur Græci, quia magna cum iis consuetudo, & familiaritas intercedebat. Cæterum quicumque Hebraico sermone non loquitur,* לוּעַז Barbarus *etiam hodie ab Hebræis dicitur. Hinc R. Salomonis glossa ad* מגלה *cap. 2. in initio.* כל שאינו לשון הקודש נקרא לעז *h. e.* quidquid non est Linguæ Sanctæ, vocatur לעז; *quemadmodum etiam Chaldæi* Barbarum *nuncupabant ipsorum Lingua non utentem. Id fuit in usu etiam Græcis, ut* barbaros *appellarent Linguam Græcam non usurpantes. Hinc Apostolus ad Romanos* 1. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί. Græcis, barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum. *Sic a Romanis dicti diversa a Lingua Latina loquentes. Hinc Cicero in Verrem lib. 6.* Lingua, & natione barbarus. *Itaque Judæi præsertim Itali ab aliis Judæis* לוּעֲזִים barbari *appellantur, vel quia a Romanis originem trahunt, vel quia illi, qui primi post Templi secundi eversionem Romam se contulerunt, propter Linguæ Hebrææ ignorationem juxta R. Eliæ opinionem in Tisbi tamquam barbari sunt existimati.*

בְּלַעַז Lingua barbara, *nimirum familiari, vernacula, quæ non est Hebræa. Vertentes itaque dictiones Hebræas Judæi Galli, Hispani, Itali per vocabula sibi vernacula, & loci, quem incolunt, propria, adjicere solent* בְּלַעַז, *aut* בִּלְשׁוֹן לַעַז lingua barbara, *videlicet lingua terræ suæ vernacula,*

& *usitata. Hæc eadem vox duobus apicibus interdum superne signatur* ב״ לעז, *tuncque* ב *significat per abbreviaturam* בִּלְשׁוֹן lingua. *Sic vocem ipsam barbaram, sive peregrinam explicationis gratia allatam duobus apicibus insigniunt, ut admoneant, eam esse extraneam, & peregrinam, non Hebræam. Judæi autem Germani in hoc ab aliis differunt. Hebræas enim dictiones Germanica Lingua exponentes addunt* ב״ לא, *h. e.* בִּלְשׁוֹן אַשְׁכְּנַז Lingua AsKènas, *nimirum* Germanica. *Sentiunt enim, gloriantur-que Rabbini Germanici ad cap. Genes.* 10. אַשְׁכְּנַז AsKènas *Germanorum patrem extitisse.*

לָעַס Edere, comedere, manducare, mandere. Eccles. 12. 3.

לָפָא, לְפָה *Idem ac* לַפַּף Addere, adjungere, conjungere. *Aphel Futurum* וְיוֹלֵפֵי & addet. Levit. 6. 5. *in Jonathane.*

לוּפֵי Conjunctio, commissura. Exod. 26. 4.

לֶפֶס Lebes, olla, cacabus: *vas carnibus, & oleribus coquendis inserviens. Plur.* לְפָסַיָּא lebetes. Numer. 11. 8. *in Targum Hierosolymitano. Sic enim legendum pro* לְפָרְיָא: *& cum prothesi* אַלְפַסַיָּא, *in Targum Jonathanis, pro quo male scriptum est* לְאַפְיסְיָא. *Sic Num.* 31. 23. *in Targum Jonathanis male legitur* לְכִיסַיָּא *pro* לְפִיסַיָּא.

לָפַף Jungere, conjungere, componere, compingere. Exod. 36. 10. convolvere, involvere fasciis. Exod. 15. 2. *Ithpahel* אִתְלַפַּף conjungi. Exod. 28. 7.

לְפוּפָא Junctura, commissura. Exod. 26. *in Jonathane.*

לְפַר. *Vide in* לפס.

לְפַתָּא Rapa. Ruth 3. 8. *Placet monstrosam rapæ magnitudinem ob oculos ponere, de qua in Talmude Babylonico Tractatu* כתובות *cap. ultimo mentio fit. Legitur in eo, in terra Israelis rapam tantæ magnitudinis fuisse, ut in ea vulpes nidum fecerit, h. e. excavarit, sibique lustrum constituerit, & quod reliquum fuit, sexaginta librarum Tzipporiensium pondus æquarit.*

לָקָה Vapulare, cædi, percuti. Exod. 5. 14. *Aphel* אַלְקֵי cædere, percutere. Isa. 60. 10.

לָקֵי Percussus. לָקֵי בִּרְגְלוֹהִי percussus pedibus suis, *sc.* claudus, claudicans. 2. Sam. 4. 4. לָקֵי בְּחוֹטְמֵיהּ percussus naribus, simus. Lev. 21. 18. *Item* gracilis, tenuis. *Plur. fœm.* לָקִין tenues, graciles. *Fortasse pro* דַּקִּין. Gen. 41. 23.

מַלְקוּת Percussio, flagellatio, plaga. 2. Sam. 7. 17. *Olim Flagellatio duplex fuit, altera virgis, altera flagello inflicta. Utramque Romani usurparunt, Judæi tantummodo ultimam. Hinc Cicero pro Rabirio.* Porcia lex virgas ab omnium civium corpore amovit, hic misericors flagella retulit. *Ex quibus verbis colligitur, flagellationis pœnam fuisse graviorem virgarum pœna. Extra fines terræ Chanaan aliam pœnam ba-*

cu-

culis exactam fuisse legimus, nullumque in ea plagarum numerum definitum, ut in flagellatione, atque adeo Judicis arbitrio aliquando ad necem usque irrogatam. Pœna autem flagellationis, seu verberum apud Orientales quemadmodum olim, ita etiam hodie sæpissime usurpatur. His additur alia pœna gravissima per scorpiones aculeis, tribulisque instructos, de qua fit mentio lib. 1. Reg. 12. v. 11. אָבִי הֶעֱמִיס עֲלֵיכֶם עֹל כָּבֵד וַאֲנִי אוֹסִיף עַל עֻלְּכֶם אָבִי יִסַּר אֶתְכֶם בַּשּׁוֹטִים וַאֲנִי אֲיַסֵּר אֶתְכֶם בָּעַקְרַבִּים h. e. Pater meus posuit super vos jugum grave, ego autem addam super jugum vestrum: pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. Hoc autem pacto flagellatio apud Judæos peragebatur. Reus flagellandus non stans juxta vulgarem pictorum consuetudinem puniebatur, sed, ad columnam ligneam altitudinis sesquicubiti terræ infixam manibus alligatis, humi procumbebat. Scissis ejus vestibus, & corpore ad femora denudato, carnifex lapidem ascendebat post sontem erectum, ut commodius ipsum inter scapulas flagello tribus loris instructo percuteret. Certant, ac digladiantur inter se Rabbini de materia, ex qua flagelli lora constarent. Alii enim volunt fuisse lora vitulina; alii vero duo breviora vitulina, tertium vero longius asininum. Ideo autem asininum lorum fuisse adjectum ajunt, quia Isa. 1. 3. habetur. יָדַע שׁוֹר קֹנֵהוּ וַחֲמוֹר אֵבוּס בְּעָלָיו יִשְׂרָאֵל לֹא יָדַע עַמִּי לֹא הִתְבּוֹנָן h. e. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. Quasi diceret. Veniat asinus, & vindictam sumat ab eo, qui non agnoscit præsepe domini sui. Tredecim vero ictibus carnifex triginta novem plagas infligebat, ne numerum quadraginta plagarum Lege præscriptum excederet. Porro de numero plagarum infligendarum in flagellatione hæc habentur Deuteronomii 25. v. 2. 3. וְהָיָה אִם בֶּן הַכּוֹת רָשָׁע וְהִפִּילוֹ הַשֹּׁפֵט וְהִכָּהוּ לְפָנָיו כְּדֵי רִשְׁעָתוֹ בְּמִסְפָּר: אַרְבָּעִים יַכֶּנּוּ לֹא יֹסִיף h. e. Si impius sit dignus, qui vapulet, dejiciat eum Judex, & cædat ipsum juxta impietatem ejus cum certo numero. Quadraginta plagis verberet eum, & non addat verberare eum. De hoc numero plagarum quadragenario in loco Deuteronomii citato גמרא Gemarà ait. Si scriptum esset quadraginta in numero, dicerem intelligi quadraginta numero: nunc vero quia scriptum est, cum numero quadraginta, intelligo numerum, qui numerat quadraginta, h. e. usque ad quadraginta, ac propterea triginta novem plagas tantummodo Judæi in flagellatione infligebant. Hinc in משנה Misnà Tractatu מכות cap. 3. sect. 10. quot verberibus afficitur sons? quadraginta una minus, q. d. numero quadragenarii, h. e. numero, qui proximus est quadragenario. Falluntur tamen Judæi detrahentes unam plagam, cum Lex intelligat quadraginta plagas. Duæ enim voces במספר ארבעים

in numero quadraginta *simul in Textu non connectuntur, sed per accentum Soph PasuK, sive pausam majorem separantur, hoc modo:* Cum certo numero. Quadraginta plagis verberet eum. *Hic autem accentus Soph PasuK periodum integram in Hebraica Lingua absolvit. Male itaque Judæi connectunt dividenda contra Legis mentem. Placet responsum ad plagarum numerum spectans referre, quod Rabbinus quidam Buxtorfio dedit, habeturque in ejusdem Synagoga cap. 25. Interrogatus igitur Rabbinus de flagellandi ratione respondit, in usu fuisse apud veteres Judæos, ut sontem flagellandum tribus loris percuterent, duobus brevioribus, tertio vero ea longitudine, ut totum sontis corpus cæderet. Iis loris ter decies tantum eum fuisse percussum, non amplius, ne, si vel una percussio tribus loris addita fuisset, quadraginta plagarum numerus a Moyse definitus excederetur. Peragebatur autem flagellatio coram tribus Judicibus, quorum prior lictorem ad cædendum excitabat; alter ictus recensebat; tertius vero post varios Scripturæ textus versiculum trigesimum octavum Psalmi septuagesimi octavi ex tredecim vocibus constantem sensim recitabat, ut post singulas dictiones lictor ictum incuteret, ne erraret. Porro verba a Judice prolata erant hæc:* וְהוּא רַחוּם יְכַפֵּר עָוֹן וְלֹא יַשְׁחִית וְהִרְבָּה לְהָשִׁיב אַפּוֹ וְלֹא יָעִיר כָּל־חֲמָתוֹ *h. e.* Sed ipse misericors expiabat delicta, & non destruebat, & sæpius revocabat iram suam, & non excitabat totum ardorem suum. *Ita sonant verba Hebraica, si verbum verbo reddatur. Animadvertendum est, dictionum Hebraicarum, quæ sunt numero tredecim, rationem habendam esse, non in Latinum sermonem versarum, quæ talem numerum excedunt. Cæterum de loco, in quo flagellationis pœna inflicta fuerit, variant Auctores. Alii in Synagogis tantummodo peractam fuisse volunt innixi textu Matthæi* 10. v. 17. Παραδώσουσι ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς. *h. e.* Tradent vos in Conciliis, & in Synagogis suis flagellabunt vos, *& hi Synagogas proprie intelligendas esse contendunt, in quibus tum excommunicatio, tum flagellatio incuteretur. Alii vero flagellatos fuisse sontes in quolibet loco censent, in quem Judices, & Seniores populi judicaturi convenirent.*

לָקַט Colligere. Exod. 16. 22. *Pahel* לִקֵּט idem. Jer. 7. 18.

לָקוּט Collectum. 1. Reg. 7. 19.

לְקָטָא Collectio, collectaneum, sordes in ingluvie collectæ. *Plur. constr.* לְקָטֵי collectiones. Lev. 1. 16. *in Jonathane.*

מַלְקָט, מַלְקָטָא Forceps, emunctorium. *Plur.* מַלְקְטַיָּא, מַלְקָטִין forcipes. Num. 4. 9.

לקן לַקְנָא Simpulum: lagena. Jud. 6. 38.

לוּקִינַת. *Vide in* רקן.

לקש לְקִישָׁא, לְקִישׁ, לַקִּישׁ Serotinum, pluvia serotina. Deut. 11. 14. *Plur. masc. emphat.* לְקִישַׁיָּא serotina.

na. Exod. 9. 32. ſerotinæ pecudes, *vel* oves. Gen. 31. 42. imbres ſerotini. Deut. 32. 2. *in Jonathane.*

לְקִישָׁן Serotini fructus. Exod. 9. 32. *in Jonathane.*

לְקִישׁוּת Tardatio, ſerotinatio. Gen. 30. 42.

מַלְקוֹשָׁא, מַלְקוֹשׁ Pluvia ſerotina. Deut. 32. 2. Jerem. 3. 3.

לשך לִשְׁכְּתָא, לִשְׁכָּא Cubiculum, cella, conclave. Jerem. 35. 4. *Plur.* לִשְׁכָּן cellæ. Ezech. 40. 17. *De variis cellis, & conclavibus Templi Hieroſolymitani vide Tractatum Talmudicum* מִדּוֹת Middòth.

לשן לִשְׁנָא, לִשָׁנָא, לִישָׁן, לִשָׁן, לְשָׁן Lingua. Exod. 4. 10. Joſ. 7. 21. לִישָׁן תְּלִיתָאי lingua tertia; lingua tertia loqui, *ſc.* calumniari. Gen. 49. 23. *Apud Chaldæos eſt phraſis uſitatiſſima. In libro Muſàr cap.* 13. *in quo agitur de* לשון הרע calumniis, & ſycophantia קראו הרכילות לשון שלישי מפני שהוא הורג לשון שלושה וכו *h. e.* vocant delationem לשון שלישי linguam tertiam, quia tres occidit, deferentem, recipientem, & eum, de quo dicitur. *Sic in Tractatu Talmudis* Erachìn *fol.* 15. לשון תליתאי קטיל תלתא למספרו ולמקבלו ולאומרין עליו *h. e.* Lingua tertia occidit tres: occidit ipſum loquentem, accipientem, & eum, de quo dicitur. *Exemplum habes in Doeg Idumæo, qui ob delationem e Sacerdotum ordine ejectus fuit, Sacerdotes ipſi morti traditi, & Rex Saul, qui Doeg criminationem receperat, graviter mulctatus. Sic in Eccleſiaſtico cap.* 28. *v.* 16. γλῶσσα τρίτη Lingua tertia multos commovit, & diſperſit illos de gente in gentem. *Apud Grammaticos* לְשׁוֹן כְּלָל vox generalis. לְשׁוֹן מִשְׁנָה vocabulum Talmudicum. לְשׁוֹן הַמִּקְרָא vocabulum Biblicum, locutio Biblica. בְּזֶה הַלָּשׁוֹן in hac ſignificatione, in hoc loquendi modo. *Per metaphoram* לָשׁוֹן lingua *accipitur pro quavis re linguæ figuram exhibente. Sic* לְשׁוֹנוֹת שֶׁל אַרְגָּמָן linguæ purpuræ, *h. e. particulæ lanæ tinctæ, & carminatæ ad netum, linguam referentes. Sic* לָשׁוֹן שֶׁל זְהוֹרִית lingua coccinea, *h. e. particula lanæ coccino tincta.* לְשׁוֹן אֵשׁ lingua ignis, *h. e.* flamma ignis. *Huc reſpexiſſe videtur Apoſtolus Act.* 2. 2. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis. *Plur.* לְשׁוֹנַיָּא, לִישָׁנִין, לְשָׁנִין linguæ. Eſth. 2. 22.

אַלְשֵׁן *Aphel.* Lingua detrahere, calumniari. Prov. 30. 10.

מַלְשִׁינָא Detractor, ſycophanta, calumniator. Pſal. 120. 3. *Judæi in precibus ſuis, quas quotidie recitare tenentur, habent* וְלַמַּלְשִׁינִים אַל תְּהִי תִקְוָה Et delatoribus non ſit ulla ſpes, *videlicet vitæ æternæ. Eorum mens, & conſilium eſt malum contra Judæos a Religione Judaica deſciſcentes his verbis imprecandi, qui ad Chriſtianos tranſeuntes Judaicam perfidiam ipſis produnt.*

מַלְשִׁינוּתָא Detractio, ſycophantia, proditio, delatio, calumnia. Pſal. 52. 4.

DICTIONES EX RABBINIS.

ל *Abbreviatura. Idem ac* לֵית Non eſt; non extat amplius. *Adhibent Maſorethæ de voce ſemel in Sacris litteris uſurpata. Hujuſmodi vox in Maſora notatur littera minori* ל *cum puncto ſuperne, hoc pacto* ל. *Quod ſi vox eadem in triginta locis reperiatur, id admonent per dictionem integram* לָמֶד.

לא *Abbreviatura. Idem ac* לָשׁוֹן אַחֵר Sermo alius; interpretatio, *vel* ſignificatio alia. *Chaldaice* לִישָׁנָא אָחֳרָנָא. 2. לָשׁוֹן אַשְׁכְּנַז Lingua Germanica. *Ut plurimum tunc ei* ב *præfigitur, ut* בלא In lingua Germanica, Germanice.

לא, *Chaldaice* לָא, *Talmudice vero* לָאו. Non, nec, haud, nequaquam. *Item* לָאו *præceptum Legis prohibitivum, quale* non furaberis. *Porro Præcepta jubentia a Rabbinis vocantur* עֲשֵׂה Fac, *ex eo, quia hoc, vel illud facere jubent; quæ præcepta ſunt* 365. *prohibentia vero* לֹא תַעֲשֶׂה Non facies, *utpote quę hoc, vel illud vetant, ſuntque numero* 268. *Quemadmodum autem Hebręi ſuo* לֹא *ſæpe inſerunt* ו, *ut* לוֹא, *ſic Talmudici idem Vau fini adjiciunt, ut* לָאו. *Significat etiam* לא *apud Talmudicos idem ac* הֲלֹא *ſicuti apud Hebręos*, nonne? *Plur.* לָאוִין: *ut* לֹא מָנוּ לָאו זֶה בִּכְלַל הַלָּאוִין Non numerant præceptum prohibitivum in genere negativorum. *In Aruch habetur* לָאִי, *quod explicatur per* fili mi; *ſed Talmud cum unico* י *ſcribens* לאי *indicat uſurpari pro* לא non.

לאא *Abbreviatura. Idem ac* לַאדֹנִי אָבִי Domini parentis mei. *Sæpe præcedit* בֵּן Filius. *Interdum fini additur* מ, *pro* מוֹרִי Doctoris mei.

לאך, מַלְאָךְ Angelus, legatus, nuntius. מַלְאָכוּתִי Angelicus. *Fœm.* מַלְאָכוּתִית Angelica. *Rabbini decem Angelorum nomina ex Sacris litteris enumerant.* מְלָאכָה Opus, ars, artificium. מְלָאכִית Artificiale. דְּבָרִים מְלָאכוּתִיִּים Res artificiales. *Eis opponuntur* טִבְעִיִּים Naturales.

לְאַפּוֹקִי Contra, præter, e diverſo.

לַבְלָר Libellarius, ſcriba. *Plur.* לַבְלָרִין ſcribæ, tabellarii.

לג *Abbreviatura. Idem ac* לֵית גִּרְסָא Non eſt lectio, doctrina, ſtudium. 2. לָא גָּרְסִינָן Non legimus, diſcimus.

לְגַם Guſtare, comedere. לְגִימָה Guſtatio, comeſtio, comeſſatio. *Aliis* res, negotium.

לד *Abbreviatura. Idem ac* לְדַעְתִּי Juxta ſententiam meam. 2. לַמֵּבִין דַּי Intelligenti ſatis. *Dicitur etiam ordine mutato* דל *h. e.* דַּי לַמֵּבִין. 3. לֵית הָכָא דָּא Non eſt, quod ipſi ſimile ſit: nullum aliud ipſi ſimile occurrit. *In Maſora.*

לרא *Abbreviatura. Idem ac* לְדַעַת אוּנְקְלוֹס Juxta ſententiam OnKeloſi. *De OnKeloſo vide Diſputationem huic Lexico præmiſſam.*

לְרַעַת אַבֶּן עֶזְרָא *Abbreviatura. Idem ac* לר״ע Juxta ſententiam Abèn Ezrà.

לְרַעַת יוֹנָתָן *Abbreviatura. Idem ac* לרי״ Juxta ſententiam Jonathanis.

לְרַעַת קְצָת *Abbreviatura. Idem ac* לרק״ Juxta ſententiam quorumdam. *Alii exponunt per* לְרַעַת קַבָּלָה Juxta Cabbalam; *alii per* לְרַעַת קִמְחִי Juxta ſententiam Kimchì. *Prima expoſitio omnium optima cenſetur.*

לֵיאָמַר הַכִּי *Abbreviatura. Idem ac* לה״ Dicendum: dicere ſic. *Talmudiſtis uſitata.*

לַהַב Flamma. *Nipbal* הִלָּהֵב incendere, inflammare. *Hithpabel* הִתְלַהֵב inflammari, incendi, accendi.

לְמָה הַדָּבָר *Abbreviatura. Idem ac* להד״ה Cui res hæc ſimilis eſt: cui aſſimilatur. *Rabbinis frequens. Ut plurimum præcedit* מָשָׁל Simile.

לָוָה Adhærere, adjungere ſe, ſocium ſe præbere, comitari. *Hiphil* הִלְוָה Deducere, comitari. *Pihel* לִוָּה Idem. *Hinc ex Pihel geminato* נְלַוְלֵוִי, *alii* נְלַבְלֵבָה conjungamus. לְוָיָה, לִוּוּי Comitatus, deductio. *Officia hoſpitibus peregrinantibus debita tria ſunt*, שְׁתִיָּה, אֲכִילָה, לְוָיָה deductio in viam, cibus, potus.

לוּץ, הֵלִיץ Irridere, deridere. *Item* ornate, oratorie loqui, interloqui. מֵלִיץ Orator, Rhetor, interpres linguæ. *Plur.* רֹאשׁ הַמְּלִיצִים Princeps Oratorum. לִיצָנוּת irriſio. הֲלָצָה Oratio proſa. בַּעַל הֲלָצָה Rhetor, Orator, eloquens, dicendi peritus. טַעַם הֲלָצִי Oratio Rhetorica. מְלִיצָה Oratio, interpretatio. מְלִיצוּת Eloquentia. מְלִיצָה נִמְרָצָה Oratio vehemens, Proſopopœja.

לָשׁוֹן זֶה *Abbreviatura. Idem ac* לז״ Sermo hic: vocabulum hoc: *ut* וְהוּא הֵבִיא לז״ Et ipſe adducit verba hæc. *Uſurpatur, cum alterius verba majoris claritatis gratia in medium adducuntur.*

לְוֹאת אָמַר *Abbreviatura. Idem ac* ולוא״ Propterea dicit, *vel* אָמְרוּ dicunt: Et idcirco dicit.

לַח Virens, humens, humidum, recens. *Plur.* לַחִים virentia. לֵיחָה, לֵיחוּת Humor, humiditas. לֵיחוּת שָׁרְשִׁי Humidum radicale, *aliter* לֵיחַת תּוֹלֶדֶת humor ingenitus. לֵיחָה סְרוּחָה Humor fœtens. *Plur.* לֵיחוֹת humores. לְחָלוּחִית Idem. לַחְלַח Humectare. הִתְלַחְלַח Humectari, recreari, revireſcere.

לְחוֹר לְחַד Tantum, tantummodo, ſolum; ſeorſim, ſeparatim: etiam, quin etiam. *Cum Pronominibus ſignificat* ſolus, ſola, ſolum, *adjecto* ב, ut בִּלְחוֹדִי ſolus ego. בִּלְחוֹדָךְ ſolus tu. בִּלְחוֹדוֹהִי ipſe ſolus. בִּלְחוֹדָהּ ſola ipſa. בִּלְחוֹדֵיהֶן ſolæ ipſæ.

לַחְדָּא Valde, vehementer, majorem in modum. *Reſpondet* מְאֹד *apud Hebræos.* לַחְדָּא לַחְדָּא *repetitum* vehementiſſime.

לָחַשׁ Muſſitare, ſuſurrare, muſſitando benedicere. *Item* verbis ſacris incantare. לְחִישָׁה, לַחַשׁ Benedictio ſuperſtitioſa, muſſitatio.

לִשְׁנָא יְתֵרָה *Abbreviatura. Idem ac* לי״ Sermo reſiduus; doctrina amplior.

Ab-

ליקו *Abbreviatura. Idem ac* לִישׁוּעָתְךָ קִוִּיתִי יְהוָה Salutare tuum expecto, Domine. *Ex Geneſ.* 49. 18.

לכא *Abbreviatura. Idem ac* לָכֵן אָמַר Idcirco dicit; *vel* לָכֵךְ *quod idem. Si adjicias ſerviles* ולכא Et idcirco dicit. 2. לְכָל־אֶחָד Unicuique.

לכלך לְכַלֵּךְ Polluere, inquinare: contaminare. מְלוּכְלָךְ Pollutum, inquinatum, contaminatum. *Hithpahel* הִתְלַכְלֵךְ inquinari. לְכְלוּךְ Inquinatio, inquinamentum. לְכְלוּכִית Idem.

לכס לוּכְסָן Obliquum, incurvum, tranſverſum, inflexum.

אֲלַכְסוֹן Idem. *Apud Geometras* Diameter. אֲלַכְסוֹן חֲמֻרוּבָּע Diameter quadrati. בַּאֲלַכְסוֹן Oblique.

ללב לוּלָב Ramus, ſpathula palmæ, palmæ folia, *quæ ſolent Judæi adhibere in Tabernaculorum Feſto.*

למ *Abbreviatura. Idem ac* לְשׁוֹן מִקְרָא Sermo Scripturæ, ſermo Biblicus, *vel* לְשׁוֹן מִשְׁנָה ſermo Rabbinicus. *Uſurpatur, quotieſcumque vocis alicujus ſignificatio vel ex ſermone Biblico, vel Talmudico, vel Rabbinico explicatur.*

למד *Abbreviatura. Idem ac* לְמַאן דְּאָמַר Ei, qui dicit. *Sæpe ei præfigitur* ו, *ut* ולמד. *In Talmude ſæpiſſime occurrit.*

לָמַד Diſcere. *Hithpahel* הִתְלַמֵּד ſtudere. לְמוּדִי Diſcibilis, doctrinalis. *Plur. fœm.* לְמוּדִיוֹת Scientiæ, artes: artes Mathematicæ. תַּלְמוּד doctrina, Liber complectens univerſum jus, & omnem ſcientiam Judæorum. *Vide Diſputationem huic Lexico præpoſitam.* תַּלְמוּד לוֹמַר doctrina vult dicere, doctrinæ mens eſt. אִלּוּ בַּעֲלֵי תַּלְמוּד Illi ſunt ſtudioſi Talmud.

הִתְלַמְּדוּת Studium, diſciplina.

למנמ *Abbreviatura. Idem ac* לְמַאי נָפְקָא מִינָּהּ Quid egreditur ex eo, quid inde ſequitur? Quorſum id? מַאי *idem eſt, ac* מָה. *Talmudiſtis uſitata.*

לנ *Abbreviatura. Idem ac* לָכֵן נֶאֱמַר, *vel* לָכֵךְ Idcirco dicitur, *vel* dictum eſt. 2. לִי נִרְאֶה Mihi videtur. ולנ Et mihi videtur.

לסט לִסְטִים Latro, ſicarius, prædo. *Plur.* לִסְטִין & לִסְטִין Latrones. לִסְטֵס Latrocinari, occidere, interficere more latronum. לִסְטוּת Latrocinium, præda.

לער *Abbreviatura. Idem ac* לַעֲנִיּוּת דַּעְתִּי *vel* לְפִי לַעֲנִיּוּת דַּעְתִּי Pro tenuitate ingenii, *aut* ſcientiæ meæ. *Aliquando fini additur* ן, *ut* לערן, *tuncque* נ *valet* נִרְאֶה videtur.

לעט *Abbreviatura. Idem ac* לֵב, עַיִן, Cor, oculus, lien. *Cum ſervili* אַסְפַּרְגוּס ללעט בָּאָה לרמת קָשֶׁה Aſparagus, *h. e.* vinum aſpargicum cordi, oculis, lieni conducit: capiti, viſceribus, poſterioribus grave eſt. *In Talmudis Tractatu* ברכות Berachòt *fol.* 51. *Altera abbreviatura* לרמת *idem eſt, ac* לְרֹאשׁ, מֵעַיִם, תַּחְתּוֹנִיּוֹת, *h. e.* capiti, viſceribus, poſterioribus.

לעל *Abbreviatura. Idem ac* לָעֲתִיד לָבוֹא Ad futurum venire, *h. e.* in ſæculo futuro. *Cum ſervili* ולעל.

Man-

לָעַס Manducare, mandere. לְעִיסָה Manducatio. לְעִיסַת גְּרִיסִין שֶׁל פּוּל Manducatio fabarum contuſarum.

לעת *Abbreviatura. Idem ac* לְעֵת עַתָּה Ad tempus nunc, ad tempus præſens: hoc tempore. *In Epiſtolis uſitata.*

לעש *Abbreviatura. Idem ac* לְעֶרֶב שַׁבָּת Ad veſperam Sabbati.

לְפִי Secundum, juxta, ut, eo ut. לְפִיכָךְ idcirco.

לפל *Abbreviatura. Idem ac* לֵית פָּלִיג לֵיהּ Nemo eſt contrarius ipſi; nemo diſſentit ab ipſo; nemo adverſatur illi. *Talmudiſtis frequens.*

לְפֵף Involvere: compingere, conjungere, componere. *Hinc* מְלַפְּפִין אֶת־הַוָּלָד involvunt faſciis infantem. לְפוּף involucrum, faſcia: conjunctio, commiſſura.

לפק *Abbreviatura. Idem ac* לִפְרָט קָטוֹן Ad ſupputationem minorem. *Cum annos ab orbe condito numerant, numero majore omiſſo, videlicet millenario, ita loqui ſolent: ut* שנת תריג לפק Anno 613. ſupputationis minoris.

לצ *Abbreviatura. Idem ac* לָא צָרִיךְ *Hebraice, vel* לָא צָרִיכָא Non eſt neceſſe. *Talmudice.*

לק *Abbreviatura. Idem ac* לָא קָרֵי Non legitur. *Cum littera aliqua in voce non eſt legenda, Maſorethæ admonent, litteramque illam adjiciunt: ut* לקב Non legitur ב, *vel* לקו Non legitur ו &c. 2. לָא קַשְׁיָא Non eſt objectio. *A Talmudicis adhibetur, cum objectionem aliquam rejiciunt, idemque valet, ac* Locus iſte nihil ad rem facit; locus iſte nobis non adverſatur.

לָקָה Vapulare, cædi, percuti, flagellari. לְקוּי, לִקּוּת Percuſſio, Eclipſis, defectus Solis, *vel* Lunæ.

הַלְקָאָה Percuſſio. מַלְקוּת Flagellatio: plaga, percuſſio. *Uſurpatur apud Rabbinos de pœna judiciaria* 40. *plagarum.*

לקמ *Abbreviatura. Idem ac* לָא קָשֶׁה מִידֵי Non adverſatur quidquam. *Talmudiſtis uſitata.*

לש *Abbreviatura. Idem ac* לָא שַׁיָּךְ Non convenit; non quadrat; inconveniens eſt. 2. לָא שְׁנוּ Non docent, *vel* לָא שָׁנָא Non docet, *vel* non didicit, non obſervavit, *juxta loci ſententiam. Talmudiſtis frequens.*

לְשׁ Eo ut, ut. *Aliis vocibus præfigitur.* לְשֵׁם Propter. לְשָׁמוֹ propter eum.

לשי *Eſt abbreviatura, pro* לְשֵׁם יִתְבָּרַךְ Deo benedicto.

לָשׁוֹן Lingua, ſermo: locutio, loquendi modus, ſignificatio, vox, vocabulum. *Apud Grammaticos* לָשׁוֹן זָכָר Vocabulum generis maſculini. לָשׁוֹן נְקֵבָה Dictio generis fœminini. לָשׁוֹן יָחִיד Vocabulum numeri ſingularis. לָשׁוֹן רַבִּים Vocabulum numeri pluralis. לָשׁוֹן הֹוֶה Tempus præſens. לָשׁוֹן עָבָר Tempus præteritum. לָשׁוֹן עָתִיד Tempus futurum. *Plur.* לְשׁוֹנוֹת Linguæ: dictiones, vocabula.

לשש *Abbreviatura. Idem ac* לְשֵׁם שָׁמַיִם Ad nomen Dei; ad nominis divini gloriam. *Uſurpatur præcipue a Rabbinis.*

לא״ת *Abbreviatura. Idem ac* לֹא תַעֲשֶׂה Non facies. *Præcepta negativa, sive prohibentia Decalogi ita a Rabbinis solent appellari, ut* מצוות לת״ Præcepta prohibentia: בין עשה בין ללת״ Inter præceptum jubens, & vetans. *Præcepta enim jubentia dicuntur* מִצְוֹת עֲשֵׂה.

INCIPIENTIA

A מ

מ *In numeris valet quadraginta. Est littera modo servilis, modo radicalis. Habet duplicem figuram,* ם *clausum in fine, quod significat in numeris sexcenta,* & מ *apertum in aliis locis. Usurpatur pro* מן e, ex, de. *Post adjectiva,* & *Verba comparativum efficit. Inter duo substantiva est loco adjectivi. Sæpe pleonastice adhibetur.*

מָא, מָה Quæ, quod, quid? Jud. 2. 2. מָאי מָה רָא quid hoc rei est? טַעַם quæ ratio? מָה הַנָּיָא quæ utilitas? אַמָּא cur, quare? וְאַמַּאי & quare? Esth. 2. 7. בַּמַּאי propter quid? בַּמָּה in quo? כְּמָה, כִּמָּה quemadmodum, sicut: quam. Dan. 2. 33. quamdiu? Psal. 35. 17. בְּמָה quatenus, in eo, de eo. מָהוּ quid illud est? מָאי quid? בְּמָא quantus, quanta, quantum. בַּמָּה וְכַמָּה quanto magis. Deut. 31. 27. *in Targum Hierosolymitano. Cum præfixo* ל, לְמָה, לְמָא quorsum, quare? Gen. 26. 27. Jud. 5. 16. דִּלְמָא ne, ne forte. לְמָא דִי de eo, quod. Esdræ 6. 8. עַל מָה propter quid? Esdræ 7. 15.

מָהוּת Quantitas. *Vocabulum Logicum.*

מָאָה, מְאָה Centum. Gen. 11. 10. *Dual.* מָאתַיִן ducenta. Genes. 32. 14. & מָאתַיִן ducenti. Esræ 6. 17. *Plur.* מַאָתָן, מַאוֹתָא centeni. 1. Sam. 29. 2. 2. Reg. 11. 9. 19. *Etiam* מָאתָן: *ut* נְפָקוּ לְמָאתָן וְלַאלְפִין Egrediebantur per centenos, & millenos. 2. Sam. 18. 4.

מְאָחָא Butyrum. Esth. 1. 2. *in Targum secundo. Videtur esse pro* חֲמְאָה *litteris transpositis.*

מְאַךְ Humiliari, attenuari. Jud. 19. 11. Isa. 17. 4. sternere, substernere, deprimere, subigere. Job 17. 13. *Aphel* אַמְאִיךְ attenuare, humiliare, dejicere, deprimere. Psal. 44. 20. *Pahel Fut.* תְּמָאִיךְ deprimes. Isa. 25. 5.

מָאִם, מָאֵם Fortassis, forte, si forte. Jonæ 1. 6. si, utinam. Job 6. 2. Num. 22. 6. *Ex* מַה quid, & אִם si.

מָן, מָאנָא, מָאן. Vas, instrumentum. *Plur.* מָאנַיָּא, מָאנִין vasa, instrumenta. *Scribitur etiam sine* א.

מָאנִי Mane. *Est nomen proprium viri Persæ Hæresiarchæ, cujus sectatores Manichæi di-*

dicti fuere. A Græcis dictus fuit μάνης. *Quare Historici eum vulgo* Manes *appellant. Ex D. Epiphanio cum prius* Cubricus *nuncuparetur, & ex D. Augustino* Urbicus, *nomen* Manis *ipse sibi imposuit non ex Græca, sed ex Babylonica lingua desumptum, in qua* מָאן *Man* vas, organum *significat, quod gloriaretur, se esse vas, seu organum electum ad Dei doctrinam disseminandam. At ex eventu ita dictus est potius a* μανία insania, & furore. *Vim summam, quasique incredibilem auri, & argenti a quadam vidua hæreditario jure acquisivit, cujus diu famulus extiterat. Manichæorum hæresim ab eo originem traxisse testatur etiam Eusebius Hist. Ecclesiasticæ lib. 7. cap. 27.* Quo tempore Manes quidam, secundum nomen suum insaniens, & instinctu Dæmonis agitatus, invisam, & execrabilem omnibus hæresim docet. Hic autem Manes, gente Perses, vita, & moribus barbarus fuit, tam acer ingenio, ut insanire videretur &c. Ex hoc ergo Manichæorum hæresis usque in hodiernam diem diffunditur, eo tempore exorta, quo Felix primus in urbe Roma præerat. *De hoc Mane faciunt mentionem D. Augustinus Tom. 6. in Catalogo Hæreseon, Epiphanius contra Manichæos hæres. 66. SchiKardus in Historia Persica fol.* 111. *Elias in Tisbì in radice* מין, *Rabbì Abraham in Cabbala fol. 9. aliique. Jussu Saporis Regis Persarum excoriatus dicitur, quod ejus filium ægrotantem pristinæ incolumitati non restituerit, cum id se facturum, temere patri promisisset. Itaque Epiphanius scriptum reliquit.* Hinc ubi cognovisset Rex Persarum Manis refugium, missis eo suis, captum illum in prædicto castello ignominiose in Persidem pertraxit, & cutem ipsius arundine excoriari jussit, & sic de ipso pœnas sumpsit. Unde & excoriatum arundine, utrem ipsius paleis expletum, etiam hodie in Perside habent. Atque sic vitam finivit.

מאס Spernere, aspernari, fastidire, respuere, contemnere, rejicere. Levit. 26. 43. *Item* madefacere, liquefacere: computrescere. Psal. 38. 6. & 58. 9.

מבן מְבִינָא Everriculum, scopæ. Isa. 14. 23.

מגד *Hebraice*. Pretiosa res. *Plur. emphat. Chald.* מְגַדְיָא res, fructus pretiosi. Job 9. 26. *absolute* מַגְדִין Deut. 33. 14. *in Jonathane.*

מַגְדְנִין, מַגְדָנִין Idem. Gen. 24. 53.

מַגִיד Maghìd. *Dictio est a Rabbinis in ritibus cœnæ Paschalis adhibita, quæ significat* indicans. *Paterfamilias enim, dimidia placenta inter integras reposita, singulorum cyathos iterum impleri imperat, postea omnes, simul sublato canistro, elata voce canunt:* הא לחמא עניא וכו *h. e.* Hic est panis afflictionis &c. *Post hæc amoto canistro, & in mensæ extremitate collocato, Paterfamilias prosequitur:* מה נשתנה הלילה הזה מכל הלילות *h. e.* Quænam est differentia inter hanc, & alias noctes? *Filiis autem petentibus, quare hac nocte ante cœnam tot insolentes cæremoniæ adhibeantur,*

juxta præceptum Exod. 12. v. 26. & seqq. וְהָיָה כִּי־יֹאמְרוּ אֲלֵיכֶם בְּנֵיכֶם מָה הָעֲבוֹדָה הַזֹּאת לָכֶם *h. e.* Et cum dixerint filii vestri: quæ est ista religio &c. *pater ritus rationem explicat, & hac nocte majores suos ab Ægyptiaca servitute summo Dei beneficio liberatos ostendit. Liberis deficientibus, uxor virum, discipulus magistrum, omnino alter alterum interrogat, atque adeo si unus sit Paterfamilias, ipse se interrogat, & in memoriam revocat miracula, & prodigia in Ægypto ob incolumitatem populi Israelitici a Deo patrata.*

מַגָּל, מַגָּלָא Falx messoria, falcula. Deut. 23. 26. *Plur.* מַגָּלִין falces. Isa. 2. 5.

מַגָּן Gratis, frustra, immerito, sine caussa. Exod. 21. 2. Isa. 52. 3.

מגס מַגִּיסְתָּא, מַגִּיסָא, מַגִּיס Scutella, paropsis. Num. 7. 17. thuribulum, lanx, acetabulum. *Plur.* מַגִּיסִין, מַגִּיסַיָּא scutellæ. Num. 4. 3. & 7. 84. *Respondet Hebræo* קְעָרָה.

מגר *Pahel* מַגֵּר Detrudere, dejicere, deturbare, devolvere, depellere, præcipitare. 1. Reg. 20. 21. exscindere. Psal. 143. 12. *Ithpahel* אִתְמַגַּר succidi, exscindi. Job 6. 17.

מַגִּירַיָּא, מַגִּירִין Serræ. Isa. 7. 20. *Ita transfertur in Bibliis Regiis.*

מגש מַגּוּשָׁא, אַמְגּוּשָׁא Magus, incantator. Exod. 7. 15. & 8. 16. *in Targum Jonathanis.*

מדד *Hebraice.* Metiri, dimetiri.

מִדָּה, מִנְדָּה Mensura: tributum, *in Daniele, & Esdra.* Mos, consuetudo, proprietas, conditio. Levit. 16. 3. *in Jonathane.* הָעוֹמֵד עַל מִדּוֹתָיו Qui insistit proprietatibus suis, *h. est, qui indulget pravis animi motibus, neque eos in officio continet;* pertinax. *Hinc in Tractatu* מְגִלָּה Megillà שלשה הקבה אוהבן מי שאינו כועס ומי שאינו משתכר ומי שאינו מעמיד על מידותיו *h. e.* Tres Deus amat; eum, qui non irascitur, qui non inebriat se, & qui non insistit proprietatibus suis, *nimirum, qui non est pertinax, nimiumque sententiæ suæ indulget.*

מדה מָדָתָא *Idem ac* מְדִינָה. Regio, provincia, terra. Esth. 1. 2.

מדי מִדֵּי Quidquam, aliquid. Job 6. 6. *in Targum altero.*

מָדַי Medus. Dan. 11. 1. מָדָיָא Dan. 6. 1. & מָדָאָה. *Fœm.* מָדוֹכָה מָדִית Mortarium Medum. *Plur. fœm.* נָשִׁים מָדִיוֹת Mulieres Medæ.

מדם Aliquid, quidquam. *Idem ac* כָּל־מִידֵם · מִדַּעַם Omne. Prov. 27. 7.

מדן מוֹדְנָא Statera, bilanx, trutina. Exod. 1. 5. *in Targum Jonathanis. Plur. fœm.* מוֹדְנָן trutinæ. Levit. 19. 36. *in Jonathane. Mascul.* מוֹאזְנִין Eccles. 2. 8.

מדע מִדַּעַם Quidquam, aliquid. Deut. 13. 18. *Idem ac* לָא : מְדֵם כָּל־מִדַּעַם nihil omnino. Gen. 19. 8.

omne,

omne, omnia, quodcumque. Num. 31. 23. שׁוּם מִדַּעַם Quidquam omnino. Esth. 6. 3.

מדד מוֹדְרוֹן, מִדְּרוֹן Descensus, locus declivis. Psal. 83. 14.

מהל מְהוּלְתָּא Circumcisio. Exod. 4. 26. Cant. 2. 9. *Talmudicis* vannus, cribrum pollinarium.

מהר מוֹהֲרָא Dos. *Plur.* מוֹהֲרִין dotes. *Constr.* מוֹהֲרֵי dotes. Genes. 34. 12. *in OnKeloso, & Jonathane*. Exod. 22. 16.

מוג *Ithpahel* אִתְמוֹגֵג Liquefieri, solvi, dissolvi. Psal. 107. 26.

מוז, מוּזָא, מוֹזָא Stipula, gluma. Psal. 35. 5. *Rabbinis* מוֹזָא pugillus. 2. Sam. 14. 3.

מוח, מוֹחָא Cerebrum, medulla. Deut. 28. 35. 2. Sam. 14. 25.

מוט Moveri, dimoveri, nutare, vacillare, declinare. Lev. 25. 35. *Ithpahel* אִתְמוֹטֵט Idem. Psal. 46. 3.

מול Circumcidere. *Ithpahel* אִתְמוֹלֵל succidi, exscindi. Job 18. 16. Psal. 90. 6.

מִילָה Circumcisio. Cant. 3. 8.

מוּלְיְתָא. *Vide in* מלא.

מום, מוּמָא Vitium, macula, labes, nævus. Prov. 9. 7. *Plur.* מוּמִים vitia, maculæ. *Apud Talmudicos* מום שבך אל תאמר לחבירך Vitium, quod est in te, ne exprobres proximo tuo. *Etenim* turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.

מוץ, מוֹצָא Palea, stipula, gluma. Isa. 41. 15.

מוק Deridere, irridere, illudere. Prov. 19. 28. *Pahel* מֵיק idem. *Aphel* אֲמִיק idem. 2. Reg. 19. 21.

מְמִיקָא Derisor, irrisor.

מְמִיקְנָא, מְמָקְנָא Idem. Prov. 9. 8. & 20. 1. *Plur.* מְמִקְנִין, מְמִקְנַיָּא irrisores. Psal. 119. 51.

מְמִקְנוּתָא Derisio. Psal. 44. 14.

מוֹקָא Soccus, crepida. *Plur.* מוֹקִין socci. Esth. 8. 15.

מור, מֵירָא, מוֹרְיָא, מוֹרָא Myrrha. Exod. 30. 23. & 34.

מוש Palpare, contrectare. Gen. 27. 22. *Aphel* אֲמִישׁ palpare facere. Judic. 16. 26.

מְמוּשׁ Tactus, contrectatio. Genes. 27. 22. *in Targum Hierosolymitano*.

מות, מוֹת Mori. Gen. 44. 20. *Aphel* אֲמִית occidere, interficere. Gen. 5. 24.

מֵית, מִיתָא, מִית Mortuus. Deut. 4. *Plur.* מֵיתִין mortui. 2. Reg. 19. 35. *Emphat.* מֵיתַיָּא. Num. 17. 13. *Sæpe in Rabbinorum libris occurrit* מֵת מִצְוָה mortuus præcepti. *Itaque* mortuus præcepti *is dicitur, qui mortem oppetiit, nec habet, qui eum sepeliat, veluti interfectus in agro, alienus, & peregrinus. Is igitur ex præcepto divino sepeliendus est, & licet non habeat ex suis, qui eum sepulturæ mandet, pietatis tamen caussa, & vi præcepti vel pii viri, & religiosi, vel magistratus legitimam sepulturam*

ei

ei præſtare tenentur. *Per Synecdochen* מוֹת *ſignificat* membrum virile languidum, quaſique mortuum. *Huc ſpectat illud Apoſtoli ad Rom.* 4. 19. Οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης πῦ ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας. *h. e.* Nec conſideravit (*Abraham*) corpus ſuum emortuum, cum jam fere centum eſſet annorum, & emortuam vulvam Saræ. *Sic Ovidius*. Noſtra tamen jacuere, velut præmortua, membra. *Fœm.* מֵיתָא mortua. Geneſ. 35. 18.

מוֹתָא, מוֹת Mors; peſtis. Ezech. 38. 22. מוֹתָא תִנְיָנָא Mors ſecunda. Jerem. 51. 39. 57. & 65. 6. 15. Pſal. 49. 11. *in Bibliis Regiis*. *Ex R. David Kimchì* mors ſecunda *eſt* בְּעוֹלָם הַבָּא in futuro ſæculo. מַלְאָכָא דְמוֹתָא Angelus mortis. *De eo ſæpe in Targum mentio injicitur, qui vulgo ab Hebræis appellatur Sammael*. *In Tractatu Talmudis* עבודה זרה *fol.* 20. מלאך המות כולו מלא עינים Angelus mortis totus plenus eſt oculis. *Rabbini ad* Exod. cap. 34. v. 29. וּמֹשֶׁה לֹא יָדַע כִּי קָרַן עוֹר פָּנָיו בְּדַבְּרוֹ אִתּוֹ *h. e.* Et Moſes ignorabat, quod cornuta eſſet facies ſua; dum loqueretur cum eo, *ut more ſuo mordicus propriam, & litteralem Verbi* קָרַן *ſignificationem tueantur, comminiſcuntur, a Moſe cornuto oculos Sammaeli fuiſſe erutos. Itaque hunc Sammaelem tamquam alterum Argum oculorum plenum eſſe affirmant, ægrotiſque morti proximis adeſſe, ut in eorum ora guttam fellis ex gladio pendentem, quem manibus tenet, infundat, ex qua moriantur: ad ejus aſpectum mortem ſtricto gladio minitantis ægrotos totis artubus contremiſcere, pavere, trepidare, atque os aperire, in quod gutta prolapſa mori, totumque corpus flavo colore circumfuſos fieri putridos, & contabeſcere. Sed quis non videt hæc, & his ſimilia eſſe meras Talmudiſtarum nugas, & commenta? Addunt in* Jelammedènu *ſectione* קח את המטה, *eum fuiſſe creatum ſecunda die, quia dicitur* וחשך על פני תהום Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Gen. 1. v. 2. *cum Sammael Angelus mortis creaturarum oculos tenebris offundat*.

מִיתוּתָא Mors: occiſio. *Per apocopam* מִיחוּ Deut. 32. 1. *in Targum Hieroſolymitano*.

מָמָת Idem. Ezech. 28. 8.

מוֹתָנָא Mors, peſtis, plaga mortifera. *Plur.* מוֹתָנָתָא mortes. Lev. 26. 6. *in Jonathane*.

מוּא מַוְיָא Pilus, capillus, coma. Deut. 21. 12. *in Targum Jonathanis*.

מְזַג Miſcere, diluere, temperare. Pſal. 102. 10. fundere, infundere. Eccleſ. 10. 19. *Pahel* מַזֵּג Idem. Iſa. 65. 11.

מִזְגָא Mixtio, infuſio. Pſal. 75. 9.

מִזְגָא Idem. בֵּית מִזְגָא œnopolium. Prov. 23. 30.

מָזוֹג, מָזוּגָא Pincerna. Eſth. 1. 8. *in Targum ſecundo*. *Plur.* מָזוּגַיָּא pincernæ. Gen. 40. 9. *in Targum Jonathanis*.

מָמְזָג Mixtio, mixtura. Exod. 30. 25. *in Jonathane*.

מזז *In Ithpahel* אִתְמַזְמוּ Vacillare, contremiſcere. Job 26. 5. *in Jonathane.*

מזר מַמְזֵרָא Spurius. Deut. 23. 2. *Triplices ſunt ſpurii,* ממזר ודאי, Spurius certus: ממזר ספק Spurius dubius: & וממזר מדברי סופרים Spurius ex ſententia Rabbinorum. *Judæi impie, & blaſpheme Chriſtum hoc nomine* מַמְזֵר *vocare ſolent. Id vero ſæpe deprehenditur in libro inſcripto* סֵפֶר תּוֹלְדוֹת יֵשׁוּ *h. e. liber generationum Jeſu. Fœmin.* מַמְזֶרֶת Spuria.

מחא מְחָה Percutere, ferire, pulſare, verberare. Num. 35. 16. delere, abolere, abſtergere, expungere: texere, attexere. 2. Reg. 23. 7. cohibere, prohibere. Dan. 4. 32. Eccl. 8. 4. *Ithpehal* אִתְמְחִי percuti: deleri. Gen. 7. 23. abſtergi. 2. Reg. 21. 13.

מַחְתָּא, מְחָא, מַחָא Plaga, percuſſio, cædes: ictus. Iſa. 10. 26. *Plur.* מָחָן, מָחֲתָא, & *maſc.* מַחֲתִין plagæ. Deut. 28. 59. & 29. 21. *in Jonathane.*

מחוך מְחוֹךְ Ornamentum muliebre. Exod. 35. 22. *Hebraice* כּוּמָז. *Plur.* מְחוֹכִין Num. 31. 50. *in Jonathane.*

מַחֲבָיָא Acus, aciaria, fibulæ. Iſa. 3. 32.

מחק מְחַק Radere, abradere, delere, expungere. Num. 5. 23.

מַחְקָא Hoſtorium, raſorium, *quo redundans in modio dejicitur.* Levit. 19. 35. *in Jonathane.*

מחר מְחַר Cras, poſthac, in poſterum. Exod. 32. 5. יוֹמָא דְמָחַר dies craſtinus. Prov. 27. 1.

מחת מַחֲתָא, מְחוּתִית, מַחֲתִית. *Vide in* נחת.

מטא מְטֵי, מְטָה Venire, advenire, appropinquare, pervenire, pertingere, contingere. Eſth. 2. 12. *In proverbiis Ben Syræ habetur* טב לבישא לא תעביד ובישא לא מטי לך *h. e.* Bonum malo non exhibeas, & malum non continget tibi. *Hæc ſententia huic proverbio ſubjecta eſt.* Non eſt inconſulto, & ſine diſcrimine in quemlibet beneficium conferendum, nec quodlibet beneficium cuivis præſtandum. *Ithpehal* אִתְמְטֵי ire, abire, accedere, pervenire, pertingere. Num. 23. 15. Jud. 19. 12. *Ithpahel* אִתְמַטֵי idem. *Aphel* אַמְטֵי applicare, admovere. 2. Sam. 7. 8.

מְטוּ Obſecratio, petitio, rogatio. בְּמָטוּ quæſo, obſecro. Geneſ. 43. 19. *in Jonathane.*

אַמְטוּ Propter. *Idem ac* אַמְטוּל.

מיטטרון מִיטַטְרוֹן Mitatron, *nomen Angeli, de quo mentio* Geneſ. 5. 24. *in Jonathane, in cujus Targum habetur.* Et cultum exhibuit Enoch Domino in veritate, & ecce non fuit amplius cum habitatoribus terræ, quia abreptus fuit, & aſcendit in Cœlum in verbo Domini, & vocatum fuit nomen ejus מִיטַטְרוֹן *Mitatron* סַפְרָא רַבָּא *Scriba magnus. R. vero Salomon in illud*: Nam nomen meum in medio ejus eſt. Exod. 23. 21. *ſcribit.* Rabbini noſtri inquiunt. Ille eſt Metatron,

cujus nomen est sicut nomen Doctoris sui, nempe Dei שדי Omnipotentis. Nam שדי Gematrice 314. totidem מטטרון. *Alii ex Rabbinis alio de significatione hujus vocis inclinant. Ex Reuchlino lib. 1. Cabbalæ apud Cabbalistas* רבו של משה מטטרון Præceptor Mosis fuit Metatron. *Talmudistæ vero scriptum reliquerunt* דאתיהיבא ליה רשותא למיתב למיכתב זכותא דישראל quod data sit ei potestas, ut sedeat, & conscribat merita Israelitarum: rursus quoque ei sit potestas למימחק זכותא delendi merita ipsorum. *In* חגינה Chagigà *fol.* 15. *Itaque propterea appellatur* Cancellarius cœlestis.

מטך מַטַכְסָא Sericum: ornatus sericus. *Plur.* מַטַכְסִין serica. Esth. 1. 6.

מטל מִטַל, מִטוּל, & *cum* א, אַמְטוּלָא, אַמְטוּל Propter. Psal. 1. 5. Job 2. 4. *Cum sequitur* ד, *vel* די, propterea quod, eo quod, quoniam, quia. *Cum sequitur* כֵּן, *vel* אֵיכָכָא propterea, ergo, idcirco, quamobrem. *Cum aff.* אַמְטוּלְתִּי propter me. מְטוּלְתָךְ propter te. הַמְטוּלְתֵּיהּ propter eum. Job 3. 23. מְטוּלְתָנָא propter nos. Psal. 115. 1. מְטוּלְהוֹן propter eos. Psal. 106. 26. & אַמְטוּלְהוֹן Psal. 58. 8. אַמְטוּלְהוֹן צַלֵי pro ipsis oravit. Psal. 99. 6.

מַטְלָנָא Vectis, palus. Job 40. 13. *In Bibliis Regiis* מַטְלוּחָא.

מַטְלַנְיוֹת Frusta lintei, *quibus alluuntur vasa, & instrumenta ad culinam pertinentia.*

מטר *Aphel* אַמְטַר Pluere, depluere, pluviam demittere. Gen. 2. 5. & 19. 24. *in Jonathane.*

מָטָרָא, מָטַר Pluvia. Deut. 11. 14. *Plur.* מִטְרִין pluviæ. Gen. 19. 24.

מַטְרוֹנִיתָא, מַטְרוֹנִית, מַטְרוֹנָא Matrona. *Plur.* מַטְרוֹנְיָתָא matronæ. Esth. 2. 14. *Matrona est fœmina honestior imperandi auctoritate prædita.*

מיה מַיָא, מַיִן, *Constr.* מֵי Aqua. *Hierosolymitane* מוֹהִי, מוֵי, מוִי, מַיִן.

מיל Milliare, *via mille passuum. Plur.* מִילִין milliaria. Exod. 14. 22. Num. 2. 3. *Duplex est milliare, majus, & minus. Majus constat bis mille gressibus, seu cubitis majoribus, aut bis mille passibus minoribus, ex quibus* דרך שבת iter Sabbati *constabat; minus autem capit mille gressus, vel mille cubitos Hebræorum majores:* פרסה *quatuor mille cubitos majores, sive totidem passus minores complectitur. Itaque milliare est quadrans* פרסה, *sive milliaris majoris.*

מִמֵילָא, מֵילָא A seipso. *Vox Talmudistis usitata pro* מֵאֲלֵיהֶם. מִמֵילֵיהֶם a seipsis. Esth. 6. 1. *in Targum secundo.* בְּמֵילֵיהּ a seipso, sponte. Gen. 41. 13. *in Targum Jonathanis.*

מֵילָא *Vide in* מלת.

מין מַיְנָקָא Monile. Esth. 8. 15.

מִינָאָה, מִינַאי. *Emphat.* מִינָאָה Minæus, Hæreticus, *qui vel ex libidine, & arbitrio sine Dei Lege vivit, vel eam ex ingenio suo interpretatur, & docet. Ex R. Elia hæc.*

hæc dictio derivatur a מָאנִי Mane *Hæretico, de quo supra, quasi Minæus idem sit, ac Manichæus. Cum eo consentit liber* עַמּוּדֵי גּוֹלָה, *in quo habetur. Minim* sunt, qui tenent fidem *Mane*, qui fuit Philosophus ex Philosophis Græcorum. *Sic Glossator in Talmudis Hierosolymitani lib.* ברכות Berachòt *cap. 9.* Minim *sunt illi, qui credunt duos esse Deos* (quæ fuit Hæresis Manichæorum.) *Alii ex Hebræis Minæorum originem ad Sadocum, & Baithosum referunt, discipulos Antigoni Sochæi, qui annis circiter ante Christum centum decti fuere* רָאשֵׁי הַמִּינִים Capita, *sive* Principes Hæreticorum. *Quare præcedens etymologia rejicienda, quia Manes longo post Sadocum, & Baithosum tempore vixit. D. Hieronymus in Epistola ad Augustinum incipiente* Tres simul epistolas *de Minæis mentionem facit.* Usque hodie per totas Orientis Synagogas inter Judæos Hæresis est, quæ dicitur Minæorum, & a Pharisæis nunc usque damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Christum filium Dei. *Ideo fortasse Nazaræi vulgo nuncupati sunt, quia in Christum Nazarenum etiam crederent, sicuti hodie nos quoque Christianos* נוצרים Nazarenos *vocant. Cæterum nunc temporis ab Hebræis generatim Hæretici* מִינִים *appellantur, & Hæresis* מִינוּת; *speciatim vero eo nomine nos Christiani designamur, vel quia juxta ipsorum sententiam Dei unitatem negamus, & in SS. Trinitate plures Deos agnoscimus, quemadmodum olim Manes duos Deos finxerat; vel quia sine Lege vivimus, quam sibi solis datam gloriantur; vel quia Traditionem oralem a Sadducæis etiam, vel Karræis rejectam respuimus. Hinc quotidie Judæi* ברכת מינים precationem Hæreticorum, *h. e. contra Hæreticos, & Apostatas recitant, qui Religionem Judaicam relinquentes ad Christianos, vel Turcas deficiunt. Vocatur etiam hæc eadem precatio* ברכת האפיקורוס & ברכת למשומדים.

מוּר *Idem ac* אוֹמֵר Dicens. דַּחֲווּ מָרֵי quam dixerant. Genes. 12. 6. *in Jonathane.*

מָכָא, מָכָה Stillare. Jud. 5. 4. *Ithpehal* אִתְמְכִי attenuari, debilitari, conteri. Psal. 38. 9.

מָכָא Humilis, demissus. Cant. 7. 5.

מָכַךְ Humiliari, dejici, demitti, attenuari, conteri, atteri: sternere. Psal. 13. 9. & 139. 8. *Pahel* מַכֵּךְ humiliare, attenuare, deprimere, demittere, dejicere. Cant. 2. 6. Job 40. 6. *Aphel* אַמֵּךְ idem. Psal. 44. 20. Item sternere, substernere. Job 41. 21. *Ithpahel* אִתְמַכַּךְ humiliari, demittere se. Psal. 42. 7.

מַכִּיךְ, מַכִּיכָא Humilis, mansuetus, contritus, attritus. Isa. 66. 2. *Plur.* מַכִּיכִין, מַכִּיכַיָּא humiles, attriti. Psal. 34. 19. Job 5. 11. *Fœm.* מַכִּיכָא, מַכִּיכְתָּא & מְכֵכְתָּא attrita, mansueta. Prov. 15. 3. & 18. 14.

מַכִּיכוּתָא, מַכִּיכוּתָא Humilitas, depressio, contritio, mansuetudo. Eccles. 10. 18. Malach. 3. 14.

אִתְמַכְּכוּת Idem. Pſal. 136. 23.

מכן מוּכְנָא Machina, fabrica, rota. *Plur.* מוּכְנִין machinæ. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo. Græce* μηχανή.

מכר מַכַּר Vendere. *Hinc in quibuſdam editionibus juxta ſignificationem Syram* Prov. 19. 14. מִתְמַכְּרָא deſponſatur; *quod nunc legitur* מִתְמַסְּרָא traditur. *Elias opinatur ita legendum.*

מלא מְלִי, מְלֵי Plenum eſſe, impleri, repleri, compleri: implere, replere, complere. Gen. 21. 19. Pſal. 107. 9. haurire. Gen. 24. 44. Jud. 5. 11. *Ithpehal* אִתְמְלִי impleri, repleri. Exod. 40. 14. *Pahel* מַלֵּא, מַלֵּי implere, replere. Jerem. 51. 34. *Ithpahel* אִתְמַלֵּי impleri. Prov. 24. 4.

מְלֵי, מָלֵי Plenus, repletus. Deut. 33. 23. *Plur.* מְלֵין pleni. Deut. 6. 11. *Fœm.* מַלְיָא plena. Ruth 1. 21. *Plur.* מַלְיָן plenæ. Ezech. 36. 34.

מְלָאָה, מָלֵי Idem. Deut. 33. 23.

מְלֵיתָא, מְלֵיאָתָא, מַלְיָתָא, מַלְיָא Repletio, plenitudo. Pſal. 50. 13. agger, vallum. Jerem. 6. 9. *Plur.* מַלְיָתָא Jerem. 32. 24.

מוּלְיָתָא Mula. Exod. 14. 7. 19. *in Jonathane. Plur.* מוּלְיָתָא mulæ. Exod. 14. 25.

מלח מְלָחָא Sal. Gen. 19. 26. Lev. 2. 13.

מְלַח Salire, ſale condire. Lev. 2. 13. vaſtare. Eſræ 4. 14. *Ithpehal* אִתְמְלַח ſaliri, ſale condiri. Jerem. 16. 4.

מַלַּח, מַלָּחָא Nauta, nauclerus. Prov. 23. 34. *Plur. emph.* מַלַּחַיָּא nautæ. Pſal. 107. 23.

מַלּוּחַ Urtica. *Plur.* מַלּוּחִין urticæ. Soph. 2. 9.

מלט אִתְמְלַט *Ithpehal* Eripi, liberari, evadere. Proverb. 19. 5.

מַלְטִיתָא Putredo. Prov. 12. 4. & 25. 20.

מלך מְלַךְ Regnare. Gen. 36. 32. conſulere, conſilium inire, conſilium dare, conſilium capere. *Aphel* אַמְלֵךְ regnare, regno præficere, regem conſtituere. Cant. 6. 1. conſilium inire. Eſth. 7. 5. *Pahel* מַלֵּךְ conſulere. Job 26. 3. *Ithpahel* אִתְמַלֵּךְ conſilium inire, vel capere. *Ithpehal* אִתְמְלַךְ idem.

מַלְכָּא, מְלֵךְ, מָלֵךְ Rex. Num. 21. 30. *Plur.* מַלְכִּין, מַלְכַיָּא reges. Gen. 17. 6. 1. Reg. 3. 13. *Fœm.* מַלְכְּתָא, מַלְכָּא regina. Eſth. 1. 9. *Conſtr.* מַלְכַּת 1. Reg. 10. 1. *Plur.* מַלְכָתָא, מַלְכָן reginæ. 1. Reg. 11. 3. *Reges alii apud Hebræos regia poteſtate ſolummodo fuerunt inſigniti, alii præterea fuerunt etiam Prophetæ, alii etiam Sacerdotes. Hinc legimus Melchiſedechum fuiſſe Regem, & Sacerdotem, Davidem fuiſſe Regem, & Prophetam, Saulem autem, & alios fuiſſe tantummodo Reges. Eligebantur autem vel per Synedrium, vel per os Prophetæ, vel per Urim & Tummim. Quamquam aliquando Reges hæreditate, aliquando etiam populi ſuffragiis regnum adepti ſunt. A regno excludebantur fœminæ, Judæi facti, vel Proſelyti, lanii, cerdones, & alii infimæ notæ homines. Porro Athalia mater Ochoziæ vi tyrannica imperium invaſit, David autem, & Saul ſingulari Dei beneficio ad tantam dignitatem evecti ſunt. Præcipuus inaugurationis ritus in unctione conſiſtebat, oleumque, quo ungebantur, ex quatuor aromatum ſpeciebus conſtabat, ſcilicet caſia, calamo, cinnamomo, & myrrha. Induebantur autem ſplendido, aut albo veſtimento, ſicuti apud Romanos purpureo.*

מֹלֶךְ, Molech, Molochus. *Idolum Ammo-*

monitarum. Levit. 18. 21. *quod vocabatur etiam* מֹלֶךְ 1. Reg. 11. 5. & מַלְכָּם Soph. 1. 5.

Alii volunt, hoc Idolum Molochi nomine cultum fuisse Saturnum, alii Martem. Ejus imago concava ex ære erat conflata, facie vitulum referebat, manusque expansas habebat. Ei ignis imponebatur, quod ubi Idolum conceperat, inter ejus manus puer collocabatur, donec ustione absumeretur. Ne autem ejulatus audirentur, interea Sacrificuli tympana pulsabant, a quibus nomen תֹּפֶת Tophet *loco inditum. Alii contendunt, per duas pyras coram Idolo a Sacerdotibus puerum fuisse traductum. De* Tophet *vide dictionem* תֹּפֶת.

מַלְכוּ, מַלְכוּת, מַלְכוּתָא Regnum. Dan. 6. ult. Esth. 1. 14. *Plur.* מַלְכְוָן, מַלְכְוָתָא regna. Psal. 68. 33. Dan. 2. 44.

מְלִיךְ, מְלִיכָא Consiliarius. 2. Sam. 15. 12.

מַלְכָּא, מִלְכָּא, מַלְכָּא, מְלַךְ Consilium, consultatio. *Plur.* מִלְכָת, מִלְכָן, & *masc.* מַלְכִין consilia.

מִלְכָנָא, מִלְכָנָא Idem. Prov. 8. 14.

מַלְכְתָנוּתָא Idem. Prov. 11. 14.

אִתְמְלוּכֵיהוֹן Idem. *Plur. cum aff.* אִתְמְלוּכָא consilia ipsorum. Jerem. 18. 23.

מְלַל Loqui, eloqui, verba facere, effari. Gen. 39. 19. 1. Sam. 4. 20. *Ithpahel* אִתְמַלַּל loqui. Num. 7. 89. dici. Psal. 87. 3.

מִלְּחָה, מִלְתָא, מִלָּה, מִלָּא Verbum, sermo. Dan. 2. 5. 9. *Plur.* מִלַּיָּא, מִלִּין verba, sermones.

מְלוּל Idem. Exod. 4. 10. *Emphat.* מְלוּלָא Isa. 6. 4.

מָלֵל Idem. Esth. 7. 10. *in Targum secundo.*

מִמְלָלָא, מַמְלַל. Verbum, sermo, oratio, loquela, eloquium. Num. 12. 8. Esth. 3. 12.

מְלִילָן Spicæ. Deut. 23. 25.

מלם מְלֵיסָא Olla, cacabus. 1. Sam. 2. 14.

מלפ מְלַפְפוֹנֵיָא Melopepones. Num. 11. 5. *in Jonathane. In Talmud Hierosolymitano habetur* מְלְפָנֵיָא.

מלק מְלַק Ungue secare, discerpere. Levit. 1. 15. & 5. 8.

מלת מֵילָא, מִילְתָא, מֵילְתָא Melote, lana agnina, lana mollissima. *Aliis* sericum. Ezech. 27. 18. Melota non tam pellem ovis significat, quam exuvium, *h. e.* pellem corpori detractam cum lana. *Ita Erasmus in Epistolam ad Hebræos cap.* 11. *v.* 37. *In Ezechiele, & libro Esther mentio fit de lectis, vel cubilibus melotis. Huc alluſit Virgilius lib.* 7. *Æneidos.* Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit. *Sic Pausanias.* Dauniis, vel Calabris in more fuit pellibus incubare, quas melotas dicunt, *h. e.* ovillas, (in Podalirii sepulchro) sicque per quietem Oraculis instrui. Qui Amphiarao sacrificabant, sacris peractis, arietis pellem substernebant, atque ita cubabant captantes somnia.

מכן מָמוֹנָא, מָמוֹן Pecunia, opes, divitiæ, facultates, substantia.

De origine hujus vocis Mamona, *vel* Mammona *varia est Auctorum sententia. Suidas ait*, μαμμωνᾶς πλοῦτος γήϊνος, χρυσός. Mammona significat divitias terrenas, aurum. *Drusius ejus originem deducit ab* אָמַן, *contractione litteræ* א *facta, pro* מַאמוֹנָא, *ut* מֵמְרָא *pro* מֵאמְרָא, *& Hebraice* מָזוֹן *pro* מָאזוֹן, *explicatque per* divitias, *quia homo in divitiis confidit. Quidam derivant a Græco* μαμάω, anxie, sollicite cupio, *quasi* μαμὼν *sit pro* μαμώ, *quod pecunia studiose quæratur, quemadmodum* כֶּסֶף *ab Hebræis* argentum *dicitur a* כָּסַף desiderare, expetere. *Alii a* מָנָה numerare *dictam volunt, quia pecunia numeratur. Cæterum* Mamona *est antiquum Chaldæorum, & Syrorum vocabulum. In Targum modo adhibetur pro* הוֹן substantia, *modo pro* שֹׁחַד munere pecuniario, *modo pro* בֶּצַע lucro, *modo pro* כֹּפֶר lytro pecuniario. *In Bibliis Regiis semper legitur* מַמוֹנָא Mammona. *Syris est* ܡܰܡܳܘܢܳܐ. *Hinc Matthæi 6. 24.* ܠܳܐ ܡܟܶܠ ܐܢܳܫ ܠܡܰܪܝܳܐ ܘܠܡܰܡܳܘܢܳܐ *h. e.* Non potestis Deo servire, & Mammonæ. מָמוֹן דְּעַוְלָא divitiæ iniquitatis. מָמוֹן הִשְׁקָר divitiæ fallaces. *Plur. fœm.* מָמוֹנוֹת pecuniæ, *ut* דִּינֵי מָמוֹנוֹת Judicia pecuniarum, *quæ constant ex tribus Judicibus, quibus opponuntur* דִּינֵי נְפָשׁוֹת Judicia animarum, *videlicet* criminalia, *vitam spectantia, ad quæ viginti tres Judices requiruntur. Sic in Tractatu* סַנְהֶדְרִין Sanhedrìn. *Passim SS. Patres de* Mammona *mentionem faciunt. D. Augustinus de Sermone Domini in monte.* Mammona apud Hebræos divitiæ appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen. Nam lucrum Punice Mammon dicitur. *Cum enim Pœni, sive Phœnices Syris proximi essent, idem vocabulum ad divitias significandas usurpabant. Sic D. Hieronymus in Psal.* 83. Mammona in lingua Hebræa (*h. e.* Syra, & Chaldæa) divitiæ nuncupantur, non aurum, ut quidam putant. *Sic Venerabilis Beda in illud Matthæi 6.* Audiat, (*ait*) hoc avarus, & studeat divitias, quæ Syriaco appellantur sermone, magis ut dominus distribuere, quam ut servus custodire. *Huc illa Rabbinorum, & Talmudistarum referenda* צָרִיךְ הָאָדָם לְמִלַּח מָמוֹנוֹ Opus habet homo salire divitias suas, *nimirum sale eleemosynarum, quibus si liberaliter erga egenos utatur, manent, conservanturque in ejus domo divitiæ, sicuti carnes sale conspersæ. Sic* מִלַּח מָמוֹן צְדָקָה *h. e.* Sal divitiarum est eleemosyna. מִלַּח מָמוֹן חֶסֶד Sal divitiarum est beneficentia, *videlicet erga indigos, & pauperes.*

מֹאמָר מוֹמָר Apostata. *Plur.* מוֹמָרִין מוֹמָרַיָּא, apostatæ. Deut. 28. 68. *in Jonathane.*

מִמָּשׁ Aliquid, quidquam: soliditas, substantia. Deut. 32. 17. *in Targum Hierosolymitano.* אֵין מִמָּשׁ בְּדִבְרֵיהוֹן Nihil solidi est in verbis ejus. *Item* מִמָּשָׁא so-

soliditas, *idem ac* מְשָׁשָׁא. *Sic* מַמָּשׁ revera, vere, simpliciter, proprie, *cui opponitur* עַל דֶּרֶךְ מָשָׁל per modum similitudinis.

מַמְשׁוּת Soliditas, certitudo, entitas, substantia.

מִן A, ab, abs, de, e, ex, inde. מִן בִּגְלַל דְּ propterea, eo quod. Exod. 19. 18. מִן קָדֶם דְּ eo quod. Exod. 19. 18. *in OnKelosо.* *Cum affix.* מִנִּי a me. מִנָּךְ a te, *masc.* מִנִּיךְ a te, *fœm.* מִנֵּהּ ab eo. מִנַּהּ ab ea. מִנְּהוֹן ab eis. *masc.* מִנְּכוֹן *fœm.* a vobis. מִנָּן, מִנָּנָא a nobis. מְהֵילִי præ me, magis quam mihi. *Ita* מִנָּא לָן &c. מְהֵילָן, מְהֵילָךְ, מְהֵילְהוֹן unde nobis? *& conjunctim* מִנָּלָן. *Ita* מִנָּא לָךְ undenam tu? מִנָּא הַנֵּי מִילֵי unde habentur ista?

מָאן, מַן Quis, qui, quæ, quod, *vel* quid. מַן is, qui; לְמַן cujus; מוּן quis? מְנָא ubi. Prov. 4. 19. quid. 27. 1. וּמַן הוּא & quis ille? Dan. 3. 15. וּמַן דִּי & is qui, quisquis. v. 6. *Legitur etiam cum* ו *in medio* מוּן *ex dialecto Hierosolymitana* בַּר מוּן יוֹדִין cujus filius est iste? Esth. 7. 6. *in Targum secundo.*

מְנָא, מָנָא Quid. Prov. 27. 1. בְּמָנָא in quo. Prov. 4. 19. מִטּוּל מָנָא propter quem. Psal. 39. 7.

מַנּוּ Quis? Prov. 20. 6. וּמַנּוּ & quis? Prov. 27. 4.

מנג מַנְגָּנוֹן Machina. Esth. 1. 2. *in Targum secundo.*

מנה מְנָא, מָנָה Numerare, dinumerare, supputare. Num. 1. 19. 2. Sam. 24. 10. *Ithpehal* אִתְמְנִי numerari. Exod. 38. 21. *Pahel* מַנִּי præponere, præficere, constituere, committere, commendare. Dan. 2. 24. *Ithpahel* אִתְמַנָּא præfici, præponi, constitui. Psal. 110. 4.

מְנָנָא, מִנְיָנָא Numerus: supputatio. Gen. 41. 49. auctoritas. *Plur.* מְנָנִין, מִנְיָנֵי numeri. *Rabbinis* גָּדוֹל בְּמִנְיָן magnus numero, *h. e.* magnæ auctoritatis. *Significat etiam* מִנְיָן *numerum denarium decem personarum in conventibus sacris, cum multa sacra Judæi non peragant, nisi numero decem personarum completo. Hinc Fagius in* פִּרְקֵי אָבוֹת *cap.* 3. Est certe numerus denarius admodum sacer Hebræis. Unde puerum non circumcidunt, nulla connubia stabiliunt, libellus repudii non datur, & solemniores quasdam preces non fundunt, nisi decem personæ affuerint. *Verba illius Capitis sunt.* Decem qui sedent, & discunt Legem, Divinitas quiescit inter eos, sicut dicitur: *Deus stat in congregatione Dei.* Psal. 82. 1. עֲדָה non comprehendit pauciores, quam decem.

אִתְמְנִיוּתָא Numeratio, numerus. Nah. 1. 2.

מָנָא, מָנֵי Mina, libra. *Plur.* מָנַיָּא, מָנִין *& fœm.* מָנָן minæ, libræ. 1. Reg. 10. 17. 1. Sam. 25. 18. *Pro* מָנִין Exod. 30. 13. *in Jonathane videtur legendum* מָעִין. Mina duplex fuit, altera antiqua, altera nova. Mina nova, sive Ezechielis dicta, quia ejus mentionem facit, continebat Siclos sacros

sc-

sexaginta, de qua mina intelligendus est D. Lucas c. 19. v. 13. ubi dominus dicitur dedisse servis suis decem minas; mina vero antiqua continebat pondere suo quinquaginta Siclos sacros. De Siclo vide dictionem שֶׁקֶל.

מָנָתָא Pars, portio. 2. Sam. 6. 19. *Plur.* וְיָת מְנוֹתָהָא & portiones ejus. Esth. 2. 9. *in Targum secundo.*

מְמַנָּא Præfectus, præpositus. Jer. 37. 13.

מָנָא Manna. *Ad formam Syram* מַנוֹנָא Deut. 8. 3. *in Targum Hierosolymitano.*

מנח מִנְחָא, מִנְחָה, מִנְחָתָא Munus, donum, oblatio. Dan. 2. 46. tempus vespertinum Sacrificiis offerendis destinatum, ab hora tertia pomeridiana incipiens. 1. Reg. 18. 27. *Plur.* מִנְחוֹת Munera. *Itaque* מִנְחוֹת Menachòt, *sive* נְסָכִים *erant Sacrificia incruenta.* Ferta *autem* Libaminum *vulgo vocantur, quia iis semper vinum adjiciebatur, erantque quasi appendices Holocaustis, & Sacrificiis salutaribus addi solitæ. Alia a Deo jubebantur, alia sponte, & ex voto offerebantur. Quænam autem esse deberet Fertorum, & Libaminum mensura, ex quatuor tesseris constabat, quarum usus erat in Templo. Primæ tesseræ erat inscripta vox* עֶגֶל, *altera tesseræ referebat nomen* זָכָר, *tertiæ inscriptio erat* גְּדִי, *quartæ vero* חוֹטֵא. *Quatuor porro erant Ferta Libaminum. Primum fertum ex oleo, sale, vino, & simila triticea constabat; alterum ex primitiis, nempe ex tritico, hordeo, uvis, ficubus, malis punicis, olivis, & dactylis; tertium ex decimis, quæ Levitis, ac Sacerdotibus pendebantur; quartum ex decimis, quæ in pauperes erogabantur. Has autem decimas non solum Israelitæ, sed etiam Sacerdotes, & Levitæ pauperibus dabant anno tertio, & sexto ab anno Sabbatico, cum nullæ his annis Levitis solverentur. Hoc erat unum ex privilegiis pauperibus concessis; alterum agri angulus non metendus, sed illis relinquendus; tertium spicarum decidentium collectio; quartum uvæ cadentes; quintum manipulus in agro per oblivionem relictus.*

מנט מְנַט Terrere, perterrere. Levit. 26. 6. Deut. 28. 26. *in Jonathane.*

מנך מְנִיכָא, & הַמְנִיכָא Torques, catena aurea. Gen. 41. 42. *Plur.* מְנִיכִין, הַמְנִיכִין catenæ aureæ. Gen. 49. 22. Esth. 2. 9.

מנע מְנַע Inhibere, cohibere, prohibere, impedire, avertere, subtrahere, denegare. Gen. 30. 3. Jerem. 5. 25. *Ithpehal* אִתְמְנַע cohiberi, cessare, desistere, abstinere. Exod. 5. 11. Judic. 15. 7.

מנת עַל מְנַת Eo ut, propterea ut: ea lege, ea conditione. עַל מְנַת כֵּן propterea.

מסא מְסָה, מְסָא Liquescere, liquefieri, dissolvi, tabescere, tabefieri. Num. 5. 21. Psal. 39. 12. 2. Sam. 17. 10. *Ithpehal* אִתְמְסִי, אִתְמְסָא idem. Jos. 2. 11. *Aphel* אַמְסִי liquefacere, dissolvere. Num. 5. 22. Psal. 147. 18.

מַסְתָּיָא Tabes, dissolutio. Job. 6. 7.

Sta-

מסח מִסְחָא, מִסַּחְתָּא, מִסְחֲתָא Statera. Prov. 11. 1. & 16. 11. Job 6. 2.

מסט מַסְטִירִין, מַסְטְרִין Mysteria. Num. 16. 26.

מסך מסכן *Vide in* סכן.

מסן מְסָנָא *Vide in* סין.

מסס *Idem ac* מְסָה Liquefieri, dissolvi. *Ithpehal* אִתְמְסַס idem. *Ithpah. ex prima radicali geminata* אִתְמַסְמֵס dissolvi. Job 9. 23. *in Venetis*.

מַס, מִסָּא Tributum. Prov. 12. 24. *Plur.* מִסִּין tributa. מַסְּקֵי מִסִּין exactores tributorum. 1. Reg. 5. 13.

מסק מַסִּיקִין Oppressores, prædones, raptores. Deut. 28. 42. *in Targum Hierosolymitano*.

מְסַר Dare, tradere, dedere, prodere. Num. 21. 3. *Ithpehal* אִתְמְסַר 1. Sam. 23. 7. *vel* אִתְמַסֵּר *ex Ithpahel*, dari, tradi. *Pahel* מַסֵּר serra secare. 1. Reg. 7. 9.

מַסּוֹרָא, מַסּוֹרְתָּא Traditio. Job 15. 18. *A superiori Verbo* מסר *Hebræi derivant vocem* מָסוֹרָה, *vel* מָסוֹרֶת Masoram. *Est autem* מָסוֹרָה Masora *critica Hebræorum sacra, qua scriptionis, & lectionis varietas per totam Scripturam traditur, quoties, quo loco, & qua forma unaquæque dictio, versus, & littera in ea invenitur, voluntque Hebræi eo consilio a doctioribus excogitatam fuisse, ut vera, ac germana lectio Sacrarum litterarum ab omni corruptione, & mutatione immunis per eam servaretur. A R. Elia liber compositus fuit explicandæ* מָסוֹרָה Masoræ *inserviens*.

מַסְרָא, מְסָרָא, מְסָר Serra. Isa. 10. 15. *Plur.* מְסָרִין serræ. 2. Sam. 12. 31.

מִסַּת, מִסְּתָא Sufficientia, satis, abundanter, liberaliter. Mal. 3. 10. Prov. 30. 15.

מֵעָא, מָעָא Obolus, pecunia. *Plur.* מָעִין oboli. Exod. 30. 13.

מְעָא Venter. Psal. 127. 3. *Plur.* מָעִין, מְעִין, מְעֵי, מְעַיָּא, viscera, venter. Isa. 13. 18. *Ex forma duali* מְעַיִין Isa. 44. 24. & *fœm.* מְעָן Psal. 58. 4.

מַעְיְנָא Idem. Cant. 7. 2. Psal. 22. 11. *in Venetis. Omissum est in Regiis*.

מָעַד Labi, nutare. *Hebraice. Hinc* רַגְלָא מוּעֲדָא pes luxatus. Prov. 25. 19.

מְעַךְ Comprimere, cohibere. Lev. 22. 24. *in Jonathane. Adhibetur proprie de venerea mammarum compressione*.

מָעוּךְ Ornamentum pectoris muliebre. *Plur.* מָעוּכַיָּא Num. 31. 50. *in Targum Hierosolymitano. Scriptum autem per* ח *in medio reperitur in Jonathane, & OnKelo*.

מעל מְעִילָא, מְעִיל Pallium, tunica, toga. 1. Sam. 2. 19. Exod. 28. 31. *Plur.* מְעִילִין pallia, togæ. Ezech. 16. 26. *Vestis* מְעִיל *dicta Sacerdotum propria erat, & veluti pallium cæteris vestibus superinduebatur. Hyacinthina erat, & ad talos demissa; manicis carebat, sed tamen habebat foramina, per quæ brachia extendebantur. Tam a tergo, quam a parte an-*

anteriori dividebatur foramine non in transversum, sed in longum ad pectus descendente. Huic pallio inferne erant appensa septuaginta duo פַּעֲמֹנֵי זָהָב tintinnabula aurea, *& totidem* רִמֹּנֵי תְכֵלֶת mala punica hyacinthina, *eo ordine dispositа, ut inter duo tintinnabula unum esset malum, & vicissim inter duo mala unum tintinnabulum, eo consilio, ut ex sono populus certior fieret de Sacerdotis ingressu, vel egressu ex Sanctuario.*

מִפְּס מֶמְפִּיס Memphis, *urbs Ægypti ad Nilum.* Isa. 19. 13. *Hebraice* נוֹף Jer. 2. 16. *Ab incolis vocatur* Messer. *In Itinerario Hierosolymitano legitur, in ea esse viginti mille Ecclesias.*

מצא אִתְמְצִי Exprimi. Levit. 1. 15. *in OnKelosо. In Talmude Hierosolymitano legitur per syncopam* יִמְצִי. *Item* supereſſe, redundare. Job 4. 12.

מְצוּתָא, מַצּוּ *Vide in* נצה.

מצג מְצוֹג Propago vitis. *Plur.* מְצוֹנָיָא propagines. Gen. 40. 12. *in Jonathane.*

מצד מְצָדְתָּא, מְצָדָא Munitio, arx, propugnaculum. 1. Sam. 24. 1. *Plur.* מְצָדָתָא, מְצָדָן arces, munitiones. Ezech. 33. 27. *& masc.* מְצָדַיָּא Ezech. 19. 9. *Constr.* מְצָדֵי Ezech. 7. 6.

מְצוֹד, מְצוֹדָא, *&* מְצָדַיָּא Idem. *Plur.* מְצוֹדִין munitiones. Eccles. 9. 14. *& fœm.* מְצוֹדְתָא Judic. 6. 2.

מצח מְצָחָא Frons, frontis. *Cum aff.* בְּמִצְחֵיהּ in frontem ejus. Gen. 4. 8. *in Jonathane.*

מצל מְצָלָא Tridens, furca dentata, fuscina. 1. Sam. 13. 21.

מצע, מְצָעָא Medium, intermedium. Psal. 74. 4. *Et cum* א *ab initio,* אַמְצַע. Num. 22. 24. *in Targum Hierosolymitano.*

מְצִיעָא Idem. Num. 35. 5. *Fœm.* מְצִיעָתָא. 1. Reg. 6. 6. *Plur.* מְצִיעָן. *Emphat.* מְצִיעָתָא media. Ezech. 4. 25.

מְצִיעָאָה, מְצִיעָאי Medium, medianum. Exod. 26. 28. *Plur.* מְצִיעָאִין, מְצִיעָאֵי. Jud. 16. 29. *Fœm.* מְצִיעִיתָא media. 1. Reg. 6. 8.

מַצְעָא Medius. Prov. 29. 13.

מְצִיעוּת, מְצָעוּת Medietas, medium, intermedium, centrum. Genes. 1. 6. Psal. 48. 10.

מְצוּעַ Idem. Job 7. 12.

מצץ מְצַץ Exprimere, exsugere. Prov. 30. 33. *Pahel* מַצֵּץ idem. Psal. 75. 9.

מַצָּה Azymum, infermentatum. Num. 6. 19. *Plur.* מַצּוֹת azyma. Exod. 12. v. 18. *Panes azymi* מַצּוֹת *dicti sunt rotundi, tenues, foraminibus pleni, ex farina, & aqua tantummodo constantes. His vescuntur Hebræi spatio septem dierum ante Paschа. Antequam eos conficiant, totam domum religiosissime perlustrant, ne forte alicubi mica panis fermentati relinquatur. Quidquid in lustranda domo inveniunt, sive panis, sive fermentum sit, igni ad id unum sub dio accenso comburendum tradunt. Ex hoc ritu ad nostrates fœminas sine ulla superstitione deductus mos ante festum Paschæ domum, omnemque supellectilem purgandi. Hujusmodi*

di penes azymi licet ex avena, ſpelta, & hordeo ſine Legis fractione confici poſſint, inveterata tamen conſuetudine receptum eſt, ut ex tritico optimo conficiantur. De Azymis plura habebis in Tractatu פֶּסַח Paſchæ, *qui nunc cum aliis Tractatibus alibi ſub prælo eſt.*

In ritibus in cœna Paſchali adhibendis duæ dictiones מוֹצִיא מַצָּה educens placentam, *eductionis placentæ admonent, quæ eductio hoc ritu peragitur. Paterfamilias uno ex domeſticis recitante lectionem* עֲבָדִים הָיִינוּ לְפַרְעֹה וכו Servi fuimus Pharaoni &c. *imperat, caniſtrum in extremitate menſæ collocatum ad ſe afferri, ex quo placentam extrahit, & cum Lector verba illa profert* רבן גמליאל אמר וגו Rabbàn Gamliel dicit &c. *placentam attollit, & omnibus oſtendit; quod iterum facit ad illa:* מצה זו שאנו אוכלים וכו placentam hanc azymam, quam nos comedimus &c. *ſicuti ad illa* מרור זה וכו amaras has herbas &c. *lactucas omnibus diſcumbentibus demonſtrat, qui audientes verba illa,* לפיכך אנחנו חייבין להודות להלל וכו idcirco tenemur confiteri, laudare &c. *uno tempore ſimul omnes cyathum vino plenum attollunt, Pſalmoque* 113. הַלְלוּיָהּ Halleluja Laudate ſervi Domini, laudate nomen Domini &c. *& Pſal.* 114. In exitu Iſrael de Ægypto &c. *recitatis, gratiiſque Deo actis benedictionibus illis* באי גואל ישראל Benedictus tu Domine redemptor Iſrael, & באי אמה בורא פרי הגפן Benedictus tu Domine Deus noſter creans fructum vitis, *in latus læ-*

vum incumbentes alterum poculum exhauriunt. Nonnulli Rabbini volunt, poculo exhauſto, manus eſſe abluendas; in recentibus tamen Italorum Ritualibus de hujuſmodi ablutione mentio ulla non fit. Poſt hæc Paterfamilias mediam placentam, quam ſupra innuimus ab ipſo fuiſſe diviſam, & reſervatam, ex caniſtro educit, & ex ea comedit ad olivæ quantitatem, quod ſupereſt, inter diſcumbentes diſtribuens.

מקד מוּקְדוֹן Macedo, Macedonius. *Plur.* מוּקְדוֹנִין Macedones. Eſth. 8. 15.

מוּקְדוֹנְיָא, מַקְדוֹנְיָא Macedonia. Eſth. 6. 10. *in Targum ſecundo.*

מקק *Ithpehal* אִתְמַקָּק Sternutare. 1. Reg. 17. 21. *in Bibliis Regiis* coarctare ſe. *Ithpahel* אִתְמַקְמַק debilitari, infirmari. Geneſ. 34. 25. liquefieri, diſſolvi. Pſal. 73. 8.

מרא מַר, מָר, מָרֵי Dominus. Dan. 2. 43. & 5. 23. Cant. 7. 5. *Plur.* מָרֵי, מָרֵי, מָרִין Domini. *Fœm.* מָרַת, מָרְתָא domina, hera. 1. Reg. 17. 17.

מָרָן Idem.

מָרוּת, מַרְוָת, מַרְוְתָא, מַרְוָא Dominium, dominatio, dominatus, poteſtas: tyrannis. Nah. 3. 14. Iſa. 28. 20.

מרב מָרִיבָנָא Onychinus. *Lapidis pretioſi nomen.* Cant. 5. 14.

מרג Impellere, propellere. 2. Sam. 6. 6. *Ithpeh.* אִתְמְרַג impelli. Deut. 19. 5.

מוּרְגָּא Tribula. Iſa. 41. 15. *Plur.* מוּרְגִין,

מְרִיגְיָא tribulæ. 2. Sam. 24. 22.

מַרְגְּנִין Scorpiones, flagella. 1. Reg. 12. 11.

מוּרְגָּא, מוּרְגִּיג Palatum. Job 12. 11.

מַרְגְּלָא, מַרְגַּלְתָּא Margarita, gemma, unio. Job 28. 19. *Plur.* מַרְגְּלִין margaritæ.

מַרְגְּלִיתָא, מַרְגְּלִית Margarita. Exod. 28. 10. *Plur.* מַרְגְּלָאוֹן & מַרְגְּלָן margaritæ. Thren. 4. 1. *Emphat.* מַרְגְּלִיתָא Exod. 28. 12.

מָרַד Rebellare, rebellem esse, deficere. 2. Reg. 18. 20. *Aphel Infinitivus* לְאַמְרָדָא ad rebellandum. Gen. 26. 35. *in Targum Jonathanis.*

מָרוֹד, מָרְדָא, מְרוֹדָא Rebellis, contumax. Isa. 48. 8. *Item* rebellio, contumacia, defectio. Psal. 50. 16. *Plur.* מָרְדִין rebelles. Job 24. 13. *Fœm.* מָרְדָתָא rebellis. Esræ 4. 12. onager. Job 6. 5.

מָרָא, מְרִידָא, מְרַד, מֶרֶד Rebellio, contumacia. Psal. 50. 16. *Plur.* מְרָדִין rebelliones.

מַרְוָתָא Idem. 1. Sam. 20. 30. castigatio, disciplina, eruditio.

מַרָה, מַרְוָה Novacula. 1. Sam. 1. 11.

מַרְזְבָא *Vide in* רזב.

מָרִיחַ Audax, protervus. Prov. 14. 14.

מַרְחֶשְׁוָן *Marcheſuan, h. e.* October, *menſis octavus.*

מָרַט Pilos evellere, glabrare, decalvare, calvitium inducere. Jerem. 16. 6. *Ithphehal* אִתְמְרַט Depilari, decalvari. Ezech. 29. 18. *Ex forma Pahel ultima geminata* מְמָרְטַט יְתִי depilat me. *Alii vertunt*, convellit me; *alii* ſcalpit me; *alii* divertens, inclinans me. Job 16. 11.

מָרַט, מְרָט, מָרְטָא Calvitium, depilatio. Deut. 14. 1. *Talmudiſtis* lana.

מַרְטוּטָא, מַרְטוּט Veſtis, pallium, penula, *proprie villoſa*. *Plur.* מַרְטוּטִין veſtes, pallia.

מַרְיוּטָאִין *Populorum nomen*. Gen. 10. 13. *Reſpondet Hebræo* לוּדִים.

מוֹרְכָא Canalis, tubus, aqualiculus: ſitula, hydria. Gen. 24. 20. *in Targum Hieroſolymitano*. *Plur.* מוֹרְכוֹתָא & מוֹרְכִיתָא, מוֹרְכִין & מוֹרְכְיוֹתָא canales, tubi: ſitulæ. Exod. 2. 16. *in Jonathane. Male in Bibliis Venetis pro* כ *eſt* ב.

מַרְמָרָא Marmor. Deut. 9. 9. *in Jonathane. Plur.* מַרְמָרִין & מַרְמָרִין marmora. Eſth. 1. 6. Thren. 3. 9.

מוֹרְנִין, מוּרְנֵי Vermes. Exod. 16. 20.

מוֹרְנִיתָא, מוֹרְנִית Lancea, haſta: ſcipio, baculus. Exod. 21. 19. *in Jonathane. Plur.* מוֹרְנִיתָא, מוֹרְנִין lanceæ, haſtæ; baculi. Pſal. 55. 22. Jerem. 46. 4.

מוֹרְנִין Ulmi: abietes. Iſa. 41. 19.

מָרַס Atteri, conteri, contundi. Levit. 21. 20. & 22. 24.

מוֹרְסָתָא Compreſſio, contritio. Prov. 26. 16.

מַרְסְנָא, מָרְסְ *Nomina propria magnatum*

tum Perſicorum, a conſiliis Aſſueri. Eſth. 1. 15.

מָרַע Ægrotare, ægrotum eſſe. Gen. 48. 1. *Ithpehal* אִתְמָרַע ægrotare, ægritudine affici. 1. Sam. 30. 33. *Ex Pahel Participio* מְמָרְעָא ægra. Jerem. 14. 17. *Sic legendum* Nahum 3. 19. *pro* מְמָרְעָא.

מָרַע, מָרֵיעַ Ægrotus, infirmus. Gen. 48. 1. Malach. 1. 8. *Plur.* מָרִיעַיָא, מָרִיעִין ægroti. Ezech. 34. 4. *Fœm.* מָרְעָתָא ægrota. *Conſtr.* מָרַעַת Cant. 2. 5. & מָרְעִיתָא Cant. 5. 9.

מָרַע, מָרְעָא Morbus, infirmitas, ægritudo. Mich. 6. 14. *Plur.* מַרְעִין morbi. Exod. 23. 25.

מָרְעָא, מָרוֹעָא Idem. Iſa. 47. 2. *Plur. conſtr.* מָרְעֵי ægritudines. Pſal. 116. 3.

מַרְעוּתָא, מַרְעוּת Idem. Pſal. 77. 11.

מַרְעִיתָא Idem. Pſal. 124. 4.

מָרַק Tergere, abſtergere, expolire. Iſa. 21. 5. *Ex Pahel Imperat.* מָרִיקוּ expolite. Iſa. 21. 5. complere, perficere, abſolvere. Levit. 26. 43. *in Targum Hieroſolymitano. Ithpehal* אִתְמָרַק abſtergi, extergi, defricari: fundi, effundi, perfundi. Exod. 30. 32. *in Jonathane. Ex Ithpahel* וְאִתְמוֹרַק & ſternutavit. 2. Reg. 4. 35. *Aphel* אַמְרִיק abſtergere: contemnere, rejicere. Prov. 3. 11.

מוֹרִיקָא, מוֹרִיק Crocus. Cant. 4. 14. croceus, flavus. Lev. 15. 19. *in Jonathane. Plur.* מוֹרְקִין, & מוֹרִיקִין croci. Eſth. 1. 6. *Fœm.* מוֹרִיקָן Num. 31. 18. *in Jonathane.*

תַּמְרוּקָא Aſperſio, defricatio, mundatio. Levit. 16. 29. *Plur.* תַּמְרוּקִין abſterſiones. Levit. 23. 27. *in Jonathane.*

מָרַר Amarum eſſe. Iſa. 24. *Pahel* מָרֵר exacerbare, amaritudine affluere. Ruth 1. 13. *Ex forma geminata* מְמָרְמִיר amaritudine afficit. Prov. 17. 25. *aliter* מַמְרִירוּ exacerbarunt. Gen. 49. 23. *in Jonathane. Sed hic eſt prius* מ *loco* א, *pro* וְאַמְרִירוּ *Aphel* אַמְרַר idem. Ruth 1. 20.

Dictio מָרוֹר Marôr, *h. e.* Amarum, *in ritibus cœnæ Paſchalis apud Italos* lactucas *deſignat. Itaque benedictione* עַל אֲכִילַת מָרוֹר ſuper comeſtione herbarum amararum *præmiſſa, Paterfamilias lactucas leviter in* חֲרוֹסֶת Embamma *immergit, partemque ex illis comedens, reliquas aliis convivis manducandas exhibet.*

Cum autem de חֲרוֹסֶת Embammate *injecta mentio ſit, non erit abre addere, quid ſit. Itaque* חֲרוֹסֶת Embamma muſteum, *vulgo* Moſtarda, *veſpere in cœna Paſchali adhibetur, & apponitur in vaſe, ut Hebræi recordentur cæmenti Ægyptiaci, quod olim ſubigere juſſu Pharaonis coacti ipſorum Majores ſunt, quod* Embamma *ex vaſe extrahentes in patina collocant, ut menſæ accumbentes in eo* מָרוֹר, *h. e.* herbas amaras *intingant. Diverſa ab antiqua ratione hoc* Embamma *ab Hebræis hodie conficitur. Olim enim uvas paſſas, dactylos, & caricas accipientes cum aceto, & condimentis commiſtas ad ſimilitudinem cæmenti compactas conterebant, iiſque in cœna Paſchali ute-*

bantur. Hodie, relictis dactylis, uvis, & ficubus, poma, pyra, castaneas cum saccaro, & aliis condimentis in mortario contundunt, & cum aceto confundentes molem quamdam lutum, vel cæmentum referentem conflant, cui superne cinnamomum adjiciunt, idque eo consilio efficiunt, ut in memoriam revocent, Patres suos olim in Ægypto durissimæ servituti subjectos fuisse, omnesque ad unum ad conficiendum cæmentum, paleasque colligendas, quæ lateribus efformandis inservirent, a ministris Pharaonis compulsos.

מָרִיר, מְרִיר, מְרִירָא Amarus, acerbus, asper: amaritudo. Isa. 38. 15. Prov. 17. 11. *Plur.* מְרִירִין amari. Exod. 15. 2. *Fœm.* מְרִירָא amara. Genes. 27. 34. *Emphat.* מְרִירְתָּא amara. Exod. 23. 25. *Plur.* מְרִירָן amaræ. 1. Reg. 2. 8.

מֶרֶר, מְרָר, מְרָרָא Amaritudo. Isa. 22. 4. *Plur.* מְרָרִין amaritudines. Exod. 12. 8.

מָרוֹר Amaror, amaritudo. 1. Sam. 15. 32. *Plur. cum affixo* מְרוֹרָהָא amaritudines eorum. Thren. 1. 5.

מַר Idem. Isa. 38. 17.

מְרִירוּת, מְרִירוּתָא Amaritudo. Esth. 4. 1. Prov. 14. 10.

מְרָרוּת Idem. Deut. 32. 32.

מְרֵירָא, מְרִירָא, מְרִירְתָּא Fel, bilis: virus, venenum. Isa. 38. 15. Jerem. 2. 19.

מָרָה, מָרַת Idem. Deut. 32. 33.

מרש מָרֵישׁ, מָרֵישָׁא Tignum, trabs magna. 1. Reg. 6. 36. *Plur.* מָרֵישׁוֹת tigna, trabes magnæ. Ezech. 41. 26.

מֵרַת, מֵירֵית, מֵארִיתָא. *Vide in* ורת.

מְשַׁח Ungere, inungere. Genes. 31. 16. metiri, dimetiri. Ezech. 42. 20.

מְשִׁיחַ, מְשִׁיחָא Unctus. Zach. 2. 6. Christus, Messias. 1. Sam. 24. 7. *Plur.* מְשִׁיחִין uncti. *Nomen* מָשִׁיחַ, *vel* מְשִׁיחַ Unctus *in Sacris litteris generale est ab usitata unctione desumptum, qua Reges, Sacerdotes, & Prophetæ ungebantur, ut rite, recteque munere suo fungi possent. Hinc* מְשִׁיחַ יְהוָה Unctus Domini *modo usurpatur de Regibus, modo de Prophetis, modo de promisso Messia, ac Salvatore nostro Christo, qui propterea a Græcis* χριστὸς Christus *fuit appellatus. Per Antonomasiam autem, &* κατ' ἐξοχὴν מָשִׁיחַ, *vel* מְשִׁיחָא Messias *dicitur Christus antiquis Patribus in Sacris litteris sæpe promissus, qui amissam salutem, oblato corporis sui sacrificio, erat recuperaturus, Regnumque spirituale administraturus, cujus typum Sacerdotes, Regesque Veteris Testamenti diu retulerunt. Hinc modo claris, modo obscuris verbis in* מִקְרָא Sacra Scriptura *promittitur, sicuti a Paraphraste etiam Chaldæo animadvertitur, qui ubi Messiæ promissionem subesse intellexit, sibique persuasit, nulla contribulium suorum ratione habita, aperte, & expresse nomen* מְשִׁיחָא Messias *usurpavit, quod nobis Christianis maximum adjumentum affert ad temeritatem Judæorum contundendam pervicaciter negantium, in iis locis de Messia agi. Itaque o-*

pe-

peræ pretium me facturum arbitror, si ea loca in medium attulero, quæ in Targumìn, sive Paraphrasibus Chaldaicis reperiuntur, in quibus Messiæ promissio clare apparet, quibusque nos Christi fideles uti possumus contra Judæos. Textus igitur præcipui sunt sequentes.

In Genesi.

Cap. 35. v. 21. cap. 49. v. 1. & 10. & 11. & 12.

In Exodo.

Cap. 12. v. 42. cap. 40. v. 9. & 11.

In Numeris.

Cap. 11. v. 26. cap. 23. v. 21. cap. 24. v. 7. & 17. & 20. & 24.

In Deuteronomio.

Cap. 25. v. 19. cap. 30. v. 40.

In Samuelis libris.

Lib. 1. Sam. cap. 2. v. 10.
Lib. 2. Sam. cap. 23. 3.

In Regum libris.

Lib. 1. Reg. cap. 4. 33.

In Isaia.

Cap. 4. v. 2. cap. 9. v. 6. cap. 10. v. 27. cap. 11. v. 1. & 6. cap. 15. v. 2. cap. 16. v. 1. & 5. cap. 28. v. 5. cap. 42. v. 1. cap. 43. v. 10. cap. 45. v. 1. cap. 52. v. 13. cap. 53. v. 10.

In Jeremia.

Cap. 23. v. 5. cap. 30. v. 21. cap. 33. v. 13. & 15.

In Hosea.

Cap. 3. v. 5. cap. 14. v. 8.

In Michea.

Cap. 4. v. 8. cap. 5. v. 2. & 18.

In Zacharia.

Cap. 3. v. 8. cap. 4. 7. cap. 6. 12. cap. 10. 4.

In Psalmis.

Psal. 2. v. 2. Psal. 18. v. 32. Psal. 20. v. 7. Psal. 21. v. 2. & 8. Psal. 45. v. 3. v. 8. *in Nebiensis Psalterio.* Psal. 61. v. 7. & 9. Psal. 72. v. 1. Psal. 80. v. 18. Psal. 84. v. 10.

In Canticis.

Cap. 1. v. 8. cap. 4. v. 5. cap. 7. v. 14. cap. 8. v. 1. & 2. & 4.

In Ruth.

Cap. 1. v. 1. cap. 3. v. 15.

In Threnis.

Cap. 2. v. 22. cap. 4. v. 22.

In Ecclesiastico.

Cap. 1. v. 11. cap. 7. v. 25. *& alibi.*

Cæterum id diligenter, & attente animadvertendum, Hebræos non uno Messia contentos esse, sed duplicem ab iis fingi. Alter enim appellatur מָשִׁיחַ בֶּן יוֹסֵף Messias filius Joseph; *alter vero* מָשִׁיחַ בֶּן דָּוִד Messias filius David. *Diversa utrique Messiæ ex ipsorum sententia tribuuntur.* Filio Joseph *quæcumque humilia de Messia in* מִקְרָא *dicuntur, tribuenda censent,* Filio *vero* David *quæcumque admiratione digna, grandia, & glorioſa recensentur. Priorem bella gesturum, & moriturum volunt; alterum regnaturum, & in sæcula victurum contendunt.* Messias filius Joseph *simpliciter appellatur etiam* Ben Ephraim, *&* בֶּן דָּוִד Filius David *dicitur* Messias Ben David, *quemadmodum etiam nuncupatur* Messias Ben Jehudà.

מִשְׁחָן Idem. *Plur.* מְשִׁחָנִין uncti. Esth. 6. 11. *in Targum secundo. Alii* מְשִׁחָנִין טָבִין olea pretiosa *reddunt.*

מִשְׁחָא, מְשַׁחְתָּא, מִשְׁחָתָא Mensura, dimensio: statera, bilanx. Job 31. 6. Prov. 20. 23. *Plur.* מִשְׁחָן, מִשְׁחָתָא Mensuræ.

מְשַׁךְ *Hebraice.* Trahere, extrahere, protrahere. *Hinc Chaldaice* דִּמְשַׁכְיוּהִי quam trahebat. Gen. 9. 20. *in Jonathane.*

מוּשְׁכָא, מַשְׁכָּא, מִשַׁךְ Pellis, cutis, corium. Gen. 39. 21. *Plur.* מַשְׁכִּין. *Constr.* מַשְׁכֵי pelles, coria. Exod. 26. 14.

מָשׁוּךְ Tractus, attractum præputium habens, repræputiatus. *Ille nimirum, qui arte sibi præputium restituit, vel cui naturæ vi quadam singulari iterum crevit. Non erit ab re præcipua ex iis in medium afferre, quæ in Hebræorum libris hac de re plu-*

ri-

rima passim habentur, cum maxime ad locum Novi Testamenti illustrandum 1. ad Corinth. 7. 18. *valeant*. Περιτετμημένος τις ἐκλήθη. Μὴ ἐπισπάσθω. Circumcisus aliquis vocatus est? Ne reducat, *scilicet* præputium. *Qua ratione præputii attractio facta fuerit, innuit R. Salomon in Glossa* גמרא Ghemarà סנהדרין Sanhedrin *fol.* 44. *ubi habetur* עכן משוך בערלתו היה Achan attractus præputio suo fuit, *h. e. habuit præputium attractum, ac propterea pollutus, & impius extitit. Inquit itaque R. Salomon* משך את עור אמתו חמיר עד שנישחרבבה וכיסתה את ראש הגיד כדי שלא יראה מהול *h. e.* Attraxit pelliculam membri sui jugiter, donec augeretur, id est, iterum cresceret, obtegeretque caput membri istius, ut non appareret (*Achan*) circumcisus esse. *Ex Rabbinorum statuto in Misnà in Glossa.* Attractus opus habet, ut denuo circumcidatur. *Sic ibidem.* Qui attrahit sibi præputium perinde habetur, ac si fœdus Dei irritum reddat, ac profanet. *Inter eos autem, qui in sæculo futuro partem habituri non sunt, a R. Moyse Ben Majemonidis recensetur etiam* המשוך ערלתו qui attrahit præputium suum. *Ab Hebræis varia exempla hujusmodi repræputiatorum in medium adducuntur. Sic Achan, de quo mentio* Josue 7. *dicitur fuisse* משוך בערלתו attracti præputii. In JalKut Prophetarum *fol.* 63. *quinque numerantur Ægyptii, qui tempore Josephi fuerant circumcisi, qui eo mortuo, reduxerunt sibi præputium, sicuti dicitur.* Filios alienos genuerunt. Jehudà, id est, Jehojachim Rex Judæ. Edom, id est, Esau. Filii Ammon, quos nempe pepererunt filiæ Loth, & Amputati latere, hi sunt Ismaelitæ &c. *Multi alii in utroque Talmude tales fuisse dicuntur. In Tractatu* יבמות Jevammòt cap. 8. *legitur.* הרבה משוכים היו בימי בן כוזיבא וכולן מלו וחזו והולידו בנים ובנות *h. e.* Multi cum attracto præputio fuerunt in diebus Bencosibæ (*falsi Messiæ, de quo supra pag.* 208.) qui omnes fuerunt denuo circumcisi, & vixerunt, & genuerunt filios, & filias. *Ex Josepho etiam lib.* 12. *cap.* 6. *Judaicar. Antiquit. habetur, Menelaum, & Tobiæ cujusdam filios Regem rogavisse, ut sibi liceret Gymnasium Hierosolymis aperire, patriisque legibus, atque institutis relictis, ad religionem, quam Rex sequebatur, transire, Græcorumque ritus usurpare. Hoc vero a Rege impetrato,* sibi præputia adduxerunt, ut nudi quoque non essent Græcis dissimiles, & contemptis omnibus patriis (*Judaicis*) ritibus, imitabantur mores exterarum Gentium. *De his legitur in lib.* 1. Machab. 1. v. 15. Quamobrem ædificaverunt Gymnasium Hierosolymis secundum Leges Gentium, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας, & fecerunt sibi præputia. *Quærunt porro Interpretes, & disceptant de modo, quo præputium attraxerint, digitis ne, an medicamine, an instrumento aliquo Chirurgico. Alii alio inclinant. Christiani tum medicamentis, tum instrumentis ad id elaboratis hoc factum volunt. Chirurgi manu id actum censet Henricus Stephan. in Thesauro Linguæ Græcæ in themate* σπάω, *cute nimirum ferro adducta, ut glandem rursum operiat. Ex Theophylacto vero habetur in Epist. ad Corinth. cap.* 7. Non adducat præputium. Fieri poterat, ut multi, quos desectæ pelliculæ puduisset, medicamento appositio, & hanc niterentur iterato sancire, & obscænum illud concisum in pristinum statum redigere. *Admiratione majore digna subjicit D. Epiphanius, quæ unde habuerit, & intellexerit, prorsus ignoro.* At hoc adhuc gravius est, quod etiam a circumcisione præputiati fiunt, arte quadam medica, per instrumentum attractorium, σπαθήτηρος appellatum, infernam membri cuticulam attrahi sinentes, futuramque admittentes, & glutinatoriis circumdatis, præputium rursus superinducunt. Hanc autem traditionem Diabolici inventi, Esau fratrem Jacobi reperisse ajunt, ad abnegationem Dei, & ad deletionem characteris patrum ipsorum. Quapropter ajunt, Deum dixisse, את־עשו שנאתי Esau odio habeo, ואהב את־יעקב Jacob vero dilexi. Malach. 1. 2.

Ad rem hanc maxime faciunt tum ea, quæ habentur in cap. 157. *lib.* 4. *Dioscoridis, tum ea, quæ leguntur in cap.* 25. *lib.* 7. *de re Medica Aurelii Cornelii Celsi, ad quos curiosos lectores mitto. Itaque præputii reductio inter Judæos, & Pharisæos erat admodum usitata, non tamen probata, cum Apostolus gravibus, acribusque verbis prohibeat, eos, qui ex Judaismo ad Christia-*

nam

nam Religionem transibant, hujusmodi consuetudinem sequi, maximoque probro ipsis præputium futurum significet. Quare ait in Epist. 2. ad Corinth. 7. 19. Ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio præceptorum Dei. *Licet enim in Veteri Testamento circumcisio veluti præceptum Divinum sedulo servanda esset, quippe quæ tum salutis, tum fœderis inter Deum, & homines signum erat, in Novo tamen Testamento inanis prorsus fuit circumcisio, vel præputium, nulliusque momenti ad vitam æternam consequendam.*

משל מַשְׁלִיָּא Fuscina, fuscinula, tridens. *Plur.* מַשְׁלִיָּן, מַשְׁלִיָּתָא, & מְשִׁלְיָתָא fuscinæ, tridentes, fuscinulæ. Exod. 38. 3. & 27. 3. *in Jonathane; in Targum Hierosolymitano* מִשְׁלְיָתָא.

מֶמְשָׁלָה *Hebraice*. Dominium, dominatus. *Hinc* Esth. 1. 22. *in Targum* מֶמְשַׁלְתִּי dominium meum.

מַשֵּׁשׁ, & מַשְׁמֵשׁ Palpare, contrectare, contrectando explorare. Genes. 31. 34. 37. Exod. 10. 21.

מְשָׁשׁ, מְשָׁשָׁא Contrectatio, substantia, soliditas, firmitas, utilitas. Thren. 2. 14. Job 15. 3.

מַשָּׁשָׁא Idem. Exod. 32. 19. *in Jonathane*.

מתג מִתְגָא Frænum, capistrum. Gen. 26. 31. *in Jonathane*.

Apud Grammaticos מֶתֶג Methegh *est accentus Rhetoricus, sive Euphonicus, qui in eadem voce præmittitur accentui Tonico, & reddit suaviorem pronunciationem, appellaturque hoc nomine, quia, quemadmodum frænum equos regit, ita hic accentus lectionem dirigit. Accentum SilluK refert quod attinet ad figuram, cum sit virgula recta, diversum tamen ab eo usum præstat. Nam SilluK locum habet tantummodo in ultima, vel penultima versuum syllaba, at* מֶתֶג Methegh *ubique, illis duabus exceptis.*

מתה מְתִים Homines, viri, populi: genus humanum, mortales. *Nomen est complectens viros, mulieres, & parvulos. Nonnulli hoc nomen* מְתִים *a Verbo* מוּת mori *derivari contendunt, voluntque propterea significare* mortales, *sed qua ratione ducti, & quo fundamento innixi hanc illi radicem attribuant, prorsus ignoro. Vera, & germana ejus significatio passim ex Sacris litteris apparet, quæ illud de hominibus ejusdem societatis, conditionis, familiæ, Tribus, aut Civitatis usurpant. Sunt qui contendunt, per* מְתִים numerum pusillum *indicari; ideoque plerumque conjungi cum* מְטַע, *vel* מִסְפָּר *ad majorem diminutionem significandam. Hinc arbitrantur, a Christo electos appellari* gregem pusillum.

מְתַח Tendere, extendere, expandere: extendi, extensum esse. Isa. 40. 22. *Ithpehal* אִתְמְתַח extendi, expandi.

מְתִיחַ, מְתִיחָא Extensus. 1. Sam. 2. 3. *Plur. fœm.* מְתִיחָן extensæ. Isa. 5. 28.

מְתַח Extensio, expansio. Psal. 19. 5.

מִתְחִין, מִתְחֵי Clavi, paxilli. Exod. 27. 19. *in Jonathane*. funes, nervi. Numer. 3. 37. & 4. 32.

מָתַי Quando? אֵימָתַי quando, ecquan-

quando? Job 7. 4. לְאֵימָתַי idem. Exod. 8. 9. *per apocopam* לְאֵימָת quando? Prov. 23. 35. עַד אֵימָתַי quousque? usquequo? Psal. 80. 5.

מָתַל Parabola, similitudine uti, parabolice loqui. Ezech. 18. 2. & 12. 23. dominari. Eccles. 10. 4. *Ithpehal* אִתְמְתַל & *per syncopam* אִמְתִּיל assimilari, comparari, similem fieri. Psal. 50. 5. *Aphel* אַמְתִּיל comparare, assimilare: parabolam, ænigma proponere, parabola uti. Ezech. 18. 3. Esth. 1. 3. *in Targum secundo.*

מְתִיל Comparatus, similis. Eccles. 12. 3. *Plur.* מְתִילִין comparati, similes. Eccles. 12. 3.

מְתַל, מַתְלָא Parabola, similitudo, proverbium, ænigma: exemplar. Deut. 28. 37. *Plur.* מַתְלִין, מַתְלַיָּא parabolæ, similitudines, ænigmata: exemplaria. Num. 21. 28. Eccles. 12. 9.

מְתַן Expectare, præstolari, morari, tardare, cunctari. Psal. 130. 5. *Aphel* אַמְתִּין idem. Gen. 31. 28. *in Jonathane. Talmudistis usitatissimum Proverbium* מָתוֹן מְתַן אַרְבַּע מְאָה זוּזֵי שְׁוֵה Expectare expectare quadringentis drachmis valet, *nimirum lentus, & providus majus sæpe lucrum facit, quam qui præceps, & inconsultus agit. Hujusmodi Proverbium a Scaligero in epistola quadam ad Casaubonum commendatur. Hæc Proverbii hujus in Talmude origo traditur. Conspicatus mulierem quamdam peregrinam Rabbinus quidam in foro, cum eam Judæam esse arbitraretur, temere e sella, in qua sedebat, assurgens ei paludamentum surripuit, quo erat obtecta. Id ubi intellectum, ob temeritatem quadringentis drachmis a Judicibus multatus fuit. Itaque cum ab ea postea ejus nomen scisciteretur, ei illudens mulier respondit* מתון מתון, Matòn Matòn, *quod nomen, una littera immutata, idem est, ac* מתין, *quod per* Gematriam *Kabbalæ speciem idem valet, ac* 200. *geminatumque numerum* 400. *efficit. Præterea* מתון Matòn *significat* expectare. *Innuere quippe voluit mulier, tum nomen suum ei ominosum fuisse, propterea quod juxta ejusdem significationem totidem drachmis multatus fuisset; tum* 400. *illas drachmas eum lucraturum fuisse, si diutius expectasset, remque, quam facturus erat, probe, & attente perpendisset. Aliud simile Proverbium apud Rabbinos circumfertur.* קְפוֹץ וְזִבִין אַרְעָא מְתוֹן נְסִיב אִיתְתָא *h. e.* festina, eme agrum: expecta, duc uxorem. *Cum enim ager emptus iterum vendi possit, non multo, ac longo consilio, & cogitatione ad eum emendum opus est; at cum uxoris indoles, & ingenium cito cognosci non valeat, & ubi semel eam in matrimonium duxeris, ad finem vitæ cum eadem permanere cogaris, maxima propterea in deliberando mora est necessaria.*

מְתִינָא Expectatio. Job 17. 15.

מְחוּנִי, מְתִין, מָתוֹן Tardus, lentus. Num. 27. 5. *in Jonathane.* Levit. 24. 12. *in Jonathane male scribitur* מַתְיִין. *Plur.* מְתִינִין, מְתוּנִין ibidem. *Fœm. sing.* תְּנוּעָה מְתוּנִית motus tardus, *cujus oppositum* מְהִירָה celer, rapidus.

מְתַק *Hebraice.* Dulce, suave esse, dulcescere. *Hinc Chaldaice* מְתִיק, מַתִּיק dulce, suave. *Plur.* מְתִיקָן Cant. 5. 16. & מַתִּיקָן Cant. 2. 5.

DICTIONES EX RABBINIS.

מ״א *Abbreviatura. Idem ac* מִשְׁקָל אֶחָד Pondus unum, *h. e.* proportio, forma eadem. *Aliquando* מִשְׁקָל אַחֵר forma alia. *In Meturgeman Eliæ, & apud Grammaticos ſæpe occurrit.* 2. מִן אֶחָד Præter unum. *Solet præcedere* ב *h. e.* בַּר *per pleonaſmum. Nam* בְּמָא, *vel* בַּר מָא *ſignificat* excepto uno, בַּר מִב exceptis duobus. *Maſorethis frequens.* 3. מְדְרַשׁ אַגָּדָה Commentatio myſtica.

מָא, מָאי, מָה Quæ, quod, *vel* quid? לְמָא, *vel* לְמָה *Talmudiſtis peculiare eſt.* אַמָּאי, אַמַּאי Cur, quare? מָאי Quorſum, quare? *Item* nihil, nihilum. כִּלְמָא quaſi nihil, fere. דִּלְמָא Ut non, ne forte, fortaſſis. לִלְמָא In nihilum. מָהוּ Quid illud eſt? מָהוּת Quidditas: quantitas, *vocabulum Logicum.* בְּמָה Quatenus, in eo, in quo, de eo. כְּמָא, כְּמָה ſicut, quemadmodum: quam: quamdiu? בְּאוֹפָן מָה modo quodam. בְּפֵרוּשׁ מָה per explicationem aliquam. כַּמָּה Quot. מָהוּ Quid illud eſt? מָאי לָאו Eſt ne ergo id nihil?

מְאֹד Valde, admodum, vehementer. אַמּוּרִי validum, firmum, vehemens, durabile. *Plur.* מְאוּרִיִּים validi, durabiles.

מאז *Vide in* אז.

מָאִים Quid ſi: forte, fortaſſis, ſi forte. *Ex* מַה quid, & אִם ſi. מָאִים אִכּוֹל Fortaſſis potero.

מאל. מאל *Abbreviatura. Idem ac* מָאי אִיכָּא לְמֵימַר Quid eſt dicendum? *Si addatur alterum* ל, *tunc prius ſignificat* לָךְ tibi. א *etiam exponi poteſt per* אית. 2. מִנָּא אָמִינָא לֵיהּ Unde, *vel* inde dicam ipſi. *Talmudiſtis uſitata.*

מאס *Abbreviatura. Idem ac* מֵאֵין סוֹף Sine fine, infinite. *Interdum* אֵין סוֹף *nomen Dei Cabbaliſticum eſt, ut jam dictum.*

מארז״ל *Abbreviatura. Idem ac* מַאֲמַר רַבּוֹתֵינוּ Oratio Magiſtrorum noſtrorum fauſtæ memoriæ.

מב *Abbreviatura. Idem ac* מַעֲשֵׂה בְרֵאשִׁית Opus Creationis. *Ita appellatur a prima voce libri Moſis* בְּרֵאשִׁית.

מבו *Abbreviatura. Idem ac* מָלֵךְ בָּשָׂר וְדָם Rex caro, & ſanguis, *h. e. ex carne, & ſanguine compactus, qui ſic opponitur Deo Regi immortali. Interdum* א *pro* מ *ſcribitur, ut jam dictum.*

מביא *Abbreviatura. Idem ac* מַתָּן בְּסֵתֶר יְכֻפֶּה אַף Donum in abdito evertit iram. *Ex* Prov. 21. 14. *Inſcribitur hæc abbreviatura arculæ Synagogarum parietibus affixæ ad excipiendam Eleemoſynam; quæ arcula ab Hebræis dicitur* קוּפָּה שֶׁל צְדָקָה.

מבס *Abbreviatura. Idem ac* מְנַחֵם בֶּן סְרוּק Menachèm filius SeroK. *Eſt Nomen Doctoris cujuſdam Hiſpani.*

מבת *Abbreviatura. Idem ac* מְנָשִׁים בְּאֹהֶל תְּבוֹרַךְ Præ mulieribus in tentorio tuo benedicta ſis. *Adhibetur ad laudandas*

mulieres, *ex* Judic. 5. 24. *Idem significat*, *ac* domi tuæ sis omnium mulierum feliciſſima.

מַחְזוֹר גָּדוֹל מג *Abbreviatura*. *Idem ac* Cyclus magnus. *Aſtronomis uſitata*. 2. מָסוֹרָה גְּרוֹלָה Maſora magna. *Aliquando huic abbreviaturæ inſeritur* ס, *ut* מסנ. *Id autem diſcriminis intercedit inter Maſoram magnam*, *& Maſoram parvam*, *quia Maſora parva Textus Biblici margini affixa paſſim eſt*, *Maſora autem magna Bibliorum Venetorum majorum fini adjecta*.

מַגָּן Fruſtra. בְּמַגָּן Gratis, fruſtra, immerito, ſine cauſſa.

מִגַּרְסַת שְׁמוּאֵל מגש *Abbreviatura*. *Idem ac* Ex lectione, vel doctrina Samuelis.

מַאן דְּאָמַר מד *Abbreviatura*. *Idem ac* Is, qui dicit: דמר לְאַר ei, qui dicit: Quia qui dicit: כמר Sicut is qui dicit. *In Talmude*. *Sæpe præcedit* איכא Eſt, *pro*, Eſt qui dicit: Eſt auctor aliquis aſſerens. 2. מַאי דִּכְתִיב Id quod ſcriptum eſt. *Adhibent hanc abbreviaturam Rabbini quoties aliquid Sacrarum litterarum teſtimonio confirmant*. 3. מַהוּ דְתֵימָא Id quod dicis, dixeris, *vel* dicere, *aut* objicere poſſis. *Talmudiſtis uſitata*.

מַה דְאַתְּ אָמַר מרא *Abbreviatura*. *Idem ac* Quod autem dicis.

מָדַד Metiri, dimetiri מִדִּידָה, מִדּוּת *per apocopam* מְדִידוּ menſura dimenſio. מִדָּה Menſura, dimenſio: proprietas, conditio, mos, conſuetudo: virtus. מִדַּת הַדִּין Proprietas judicii, Deus Judex. *Talmudiſtis & Rabbinis phraſis uſitatiſſima*, *cui opponitur* מִדַּת הָרַחֲמִים Proprietas miſericordiæ, miricors Deus. *Plur.* מִדּוֹת Mores, virtutes, qualitates, proprietates. מִדּוֹת טוֹבוֹת Mores boni. מִדּוֹת הַגּוּנוֹת mores decentes: מִדּוֹת מְשׁוּבָּחוֹת Mores laudati, elegantes: מִדּוֹת מְגוּנוֹת Mores turpes: סֵפֶר הַמִּדּוֹת Liber morum, *h. e.* Ethicus. מַעֲמִיד עַל מִדּוֹתָיו Inſiſtit proprietatibus, affectibus ſuis. פְּעוּלוֹת הַמִּדּוֹתִיוֹת Actiones, opera moralia.

מַחְחִיל חִבּוּר מרח *Abbreviatura*. *Idem ac* Incipit ſermo novus, *vel*, incipit ſermonem novum.

שׁוּם מִדַּעַם Quidquam, aliquid. לָא מִדַּעַם Aliquid, quidquam omnino. Nihil omnino. *Syri autem per contractionem uſurpant* מֵדֵם, *& Talmudiſtæ* מֵידֵי Nihil omnino. *Sic in Targum legitur* כְּמָה דְלָא מְחָאֲכִיל מֵידֵי Sicut non comeditur quidquam. Job 65. מָה כָּל־מִדַּעַם Quodcumque.

מָה Quid. מָהוּת Quidditas, quantitas, *vocabulum Logicum*.

מְאוֹר הַגּוֹלָה מה *Abbreviatura*. *Idem ac* Lumen captivitatis. *Hoc nomine inſignitur R. Levi Gerſom*, *qui Epiſtolas obſignatas referentibus anathematis pœnam inflixit*. *In Globo arcanorum male ſcribitur* מאורת. 2. מִדַּת הַדִּין Proprietas, modus, menſura judicii. 3. מַלְאַךְ הַמָּוֶת Angelus mortis, *de quo vide pag.* 250. 4. מַלְכֵי הָאוּמוֹת Reges nationum, populorum, gentium, Chriſtianorum. 5. מִדַּת הָעוֹלָם Proprietas Mundi, mos hominum.

מהד *Abbreviatura. Idem ac* מַתְחִיל הַדִּבּוּר Incipit sermonem, *vel* textum. Initium textus istius. 2. מָהוּ דְתֵימָא Quod autem dicis. *Talmudistis frequens.*

מהמ דתר *Abbreviatura. Idem ac* מִנַּיִן הַנֵּי מִילֵי דְתָנוּ רַבָּנָן Unde sunt hæ res, quas docent Rabbini? *Talmudici adhibent prius dicta confirmantes. Abbreviatura posterior sæpissime legitur tota, & omnino scripta. Aliquando etiam pro priori* מ *scriptum invenitur* מִנַּיִן. *Sæpe etiam altera abbreviatura omittitur. Usurpant quoque per contractionem* הִנְהַנֵּי מִילֵי.

מָהַל Circumcidit. מֹהֵל Circumcisor, abscindens præputium. מָהוּל Circumcisus.

מֵהֶם Ex illis: quidam. *Si repetatur,* מֵהֶם מֵהֶם partim. *Ita usurpatur etiam* מִמֶּנּוּ.

מורנו מוראם *Abbreviatura. Idem ac* מוֹרֵנוּ הָרַב ר׳ אֵלִיָּה מִזְרָחִי Morènu noster R. Elias Mizrachì, *h. e.* Orientalis.

מהריל Maharìl. *Vide in* כמוהרר.

מהרר. מוהרר *Vide in littera* כ.

מורנו מהרשל *Abbreviatura. Idem ac* מוֹרֵנוּ הָרַב ר׳ שְׁלֹמֹה לוּרְיָה Morènu noster R. Salomon Luria. *Hic fuit Rabbinus eximius multorum librorum auctor.*

מו *Abbreviatura. Idem ac* מוֹרִי וְרַבִּי Doctor, & præceptor meus.

מוֹחַ Medulla, cerebrum. מִפַּרְסַת רַגְלֵיהּ וְעַד מוֹחֵיהּ A fissura pedis usque ad cerebrum, *h. e.* verticem ejus.

מוּךְ Tenue, molle, lene esse: tritum, attritum esse. *Plur.* מוּכִין. נָמוּךְ Mollia. Depressus, declivis. נְמִיכוּת Submissio, depressio. נְמִיכוּת הַקּוֹל Submissio vocis.

מוּל Circumcidere, præcidere præputium. מִילָה Circumcisio, præputii præcisio. בְּרִית מִילָה Fœdus circumcisionis. *Sic* בַּעַל בְּרִית מִילָה Dominus circumcisionis, Susceptor infantis circumcidendi. מִילָה, מִילְתָא *apud Talmudistas est* venæ sectio.

מור, הֶמֵר Mutare, commutare, permutare. מוּמָר Mutatus, Apostata, *qui veram religionem mutavit.* תְּמוּרָה Vicissitudo, permutatio: pro, vice; contrarium, oppositum.

מות Mori. מֵת, מִית Mortuus: *per synecdochen* membrum virile languidum, *quasi mortuum.* מִיתָה, מִיתוּת Mors, pestis mortifera.

מזבח *Proprie non est abbreviatura, sed dictio* מִזְבֵּחַ altare *significans, quæ per* Notaricòn *speciem Cabbalæ quatuor sequentes voces designat, nimirum* מְחִילָה Condonatio, זְכוּת Meritum, *vel* Justitia, בְּרָכָה Benedictio, חַיִּים Vita.

מָזַג Miscere, temperare, infundere. *Proprie de vino usurpatur.* יַיִן מָזוּג Vinum temperatum. נִמְזַג Misceri. אֲוִיר מְמוּזָג Aer temperatus. מֶזֶג mixtio, potus infusus: temperamentum corporis ex quatuor qualitatibus. מְזִיגָא mixtio, infusio, vinum infusum. מָזוֹג, מְזוֹגָא Pincerna. *Plur.* רַב מְזוֹגְיָא Præfectus pincernarum. מַמְזָג Mixtura.

מָחָה Percutere, delere, cædere, verberare, impedire, avertere. מוּמְחֶה Proba-

tus, probatæ fidei, excellens.

מָחַל Condonare, remittere, ignoſcere, propitium eſſe. מוֹחֵל Condonans, propitius. מוֹחֲלָן Condonator. מְחִילָה Remiſſio, condonatio, venia.

מ"ח *Abbreviatura. Idem ac* מַאֲמַר חֲכָמֵינוּ לִבְרָכָה זִכְרוֹנָם Oratio Sapientum noſtrorum fauſtæ memoriæ.

מ"ח *Abbreviatura. Idem ac* מְשַׁלֵּם חֲצִי נֶזֶק Perſolvit dimidium damnum. *in Talmud de damnis agente.* 2. מוריים חילתית גבינה

מ"ח *Abbreviatura. Idem ac* מִיתָא חָמֵשׁ פְּרִיוֹן זָרִים *Hæc verba in Ghemarà res varias indicant: ut* מיתה חומש ואין לה פדיון *b. e.* Mors: quinta: ſed non eſt ei redemptio, & prohibita eſt extraneis. שבת Schabbàt *fol.* 25. Mors, *a Deo ſpecialiter pœnæ loco illata*: Quinta, *ſcilicet pars ad cibum ſacrum, quem quis per errorem comediſſet, addenda.* Levit. 22. 14. &c.

מָחַק Radere, eradere, delere, expungere. *Niphal* נִמְחַק Eradi, deleri. מְחוֹת מְחוּקוֹת Menſuræ raſæ. מָחֵק Raſio, expunctio. מְחִיקָה Idem. מוֹחַק Hoſtorium, *lignum raſorium frumenti, quo abundans & ſuperfluum dejicitur.*

מ"ט *Abbreviatura. Idem ac* מַה טַּעַם. *Talmudice* מַאי טַּעֲמָא Quæ eſt ratio? quis ſenſus? 2. מַזָּל טוֹב Fortuna bona. 3. מַעֲשִׂים טוֹבִים Opera bona. למ"ט Ad opera bona.

מָטוּ, מָטוּתָא *Vide in littera* ב. *Etenim ſine ea non adhibetur.* בְּמָטוּ quæſo, obſecro.

מִיטַטְרוֹן, & מִיטָטְרוֹן Metatron. *Nomen Angeli, qui* Gen. 5. 24. *in Jonathane dicitur* סַפְרָא רַבָּא Archicancellarius cœleſtis. *Hæc ſunt Jonathanis verba Latine reddita. Et cultum exhibuit Enoch Domino in veritate, & ecce non fuit amplius cum habitatoribus terræ, quia abreptus fuit, & aſcendit in Cœlum in verbo Domini, & vocatum fuit nomen ejus* מִיטַטְרוֹן Metatron סַפְרָא רַבָּא Scriba magnus. *De hujus nominis etymologia inter ſe digladiantur Rabbini, ajuntque Cabbaliſtæ, Metatronem Moſis præceptorem fuiſſe.*

אַמְטוּלָא, מְטוּל, מטל Propter, pro. *Si ſequatur* דְּ, *vel* דִּי *ſignificat* propterea quod, eo quod, quoniam, quia. *Sequente* אֵיכָנָא propterea, quare, quam ob rem. מִטּוּל כֵּן Idcirco, propterea.

מַטְרוֹנִיתָא, מַטְרוֹנִית, מַטְרוֹנָא מטר Matrona, fœmina honeſtior. *Plur.* מַטְרוֹנוֹת matronæ. *In Targum* נָטִיר מַטְרוֹנִיתָא cuſtos matronarum. Eſth. 2. 14.

מֶטְרוֹפּוֹלִין Metropolis, mater urbium.

מ"י *Abbreviatura. Idem ac* מַנָּא יְדַעְנָן Unde ſcimus. *Talmudiſtis uſitata.* 2. מִלְחֲמוֹת יְהוָה Bella Domini. *Eſt nomen libri a R. Levi Gerſom compoſiti, a quo ſæpe citatur in ſuis Commentariis.*

מִידֵי Quidquam: propterea quod. *Talmudice. Si addas negationem*, nihil, nullus.

מִיל Milliare. *Plur.* מִילִין milliaria.

Spe-

מִין Species: Hæreticus, *qui dicitur etiam* מִינָאי. *Plur.* מִינִין Hæretici. *Hebræi hoc nomine sæpe Christianos indigitant.* מִינוּת Hæresis. מִין אַחֲרוֹן Species infima, specialissima: מִין אֶמְצָעִי Species media, *id est*, subalterna. צוּרָה הַמִּינִית Forma specifica. *Plur.* צוּרוֹת מִינִיוֹת formæ specificæ. בִּרְכַּת הַמִּינִים *est certa quædam Judæorum precatio contra Hæreticos, & Apostatas, qui a religione Judaica defecerunt, & ad Christianos, vel Turcas transierunt. Quotidie eam recitant, dirisque, ac maledictionibus eos devovent. Ei addunt maledictionem contra Regnum* זָדוֹן, *& inimicos, adversariosque suos omnes, quorum præcipuos Christianos esse arbitrantur.*

מכ *Abbreviatura. Idem ac* מַעֲלַת כְּבוֹדְךָ Excellentia gloriæ tuæ. *Honoris causa hoc titulo eximios viros cohonestant. Vel* מַעֲלַת כְּבוֹדוֹ Excellentia ejus.

מכבי *Abbreviatura. Idem ac* מִי כָמוֹךָ בָּאֵלִים יְהוָה Quis sicut tu inter Deos, o Domine? *Hæc fuit belli tessera Judæ ex familia Asmonæorum, qui inde postea dictus* מַכַּבַּאי Machabæus.

מוֹכֵס, מוכס Publicanus, telonarius, nummularius, collybista, nummos commutans.

מכת *Abbreviatura. Idem ac* מַעֲלַת כְּבוֹד תִּפְאַרְתֶּךָ *Titulus paulo dignior titulo, de quo antea in* מכ.

מל *Abbreviatura. Idem ac* מִנַּיִן לָן Unde nobis, *videlicet* hoc nascitur? וּמִנַּיִן Et unde hoc nobis? Unde hoc scire possumus? *Talmudistis frequens.*

מלה *Abbreviatura. Idem ac* מַלְכוּת הָרִשְׁעָה Regnum impietatis. *Hoc nomine Hebræi primis temporibus Antiochi, Græcorumque regnum appellare consueverunt, postea idem nomen ad regnum Romanorum transtulerunt, eoque adhuc utuntur. R. Elias vult adjective legendum* מַלְכוּת הָרְשָׁעָה Regnum impium.

מלהר *Abbreviatura. Idem ac* מָשָׁל לְמָה הַדָּבָר דּוֹמֶה Simile, cui res hæc assimilatur. *Adhibent rem propositam a simili declarantes.*

מִלָּה Loqui, dicere. מִלָּה Verbum, sermo: res, negotium: dictio, vocabulum, aliquid. *Per synecdochen* vox indeclinabilis, *quæ dicitur etiam* מִלַּת הַטַּעַם vox gustus, *quia vocis declinabilis condimentum est. Plur.* מִלּוֹת verba. *Item* verba inania, superstitiosa, magica.

מם *Abbreviatura. Idem ac* מִכָּל־מָקוֹם Attamen, nihilominus. 2. מַרְאֵה מָקוֹם Index loci. *Sic appellatur libri index, & loci Sacræ Scripturæ concordes in margine adducti.* 3. מָאי מַשְׁמַע Quis simplex sensus? quomodo hoc simpliciter, & secundum litteram intelligendum? *Rabbinis frequens.* 4. מַעֲשֵׂה מֶרְכָּבָה Opus quadrigæ, *de quo sermo in principio Ezechielis. Est nomen libri ita appellati mysteria multa complectentis. Hinc fit, ut omnibus sine discrimine ejus lectio non permittatur, sed prudentioribus, religiosioribus, & ætate provectiori-*

ribus. *Hebræi totam Physicam, & Metaphysicam in duobus libris contineri arbitrantur, nimirum in* מַעֲשֵׂה בְרֵאשִׁית Opere creationis, & מַעֲשֵׂה מֶרְכָּבָה Opere quadrigarum.

מֵ״ה *Abbreviatura. Idem ac* מֶלֶךְ מַלְכֵי הַמְּלָכִים Rex Regum. *Hinc* מֵ״ה בְּהֵיכְלֵי הַקְּבָה In palatiis Regis Regum Dei sancti benedicti. *Reperitur in Zohar.*

מָחָה, מָחַח Probatus, exploratus, expertus. רוֹפֵא מוּמְחֶה Medicus probatus, excellens. *Auctor Aruch derivat radicem a Verbo* מָחָה.

מִמֵּילָא A seipso, *id est*, מֵאֲלֵיו. *Sic* מִמֵּילֵיהֶם a seipsis. *Talmudice.*

מָמוֹן, מָמוֹן, מָמוֹנָא Opes, divitiæ, facultates, substantia: pecunia. *In Targum usurpatur pro* lucro, & munere pecuniario.

מַמָּשׁ Aliquid, quidquam: solidum, substantiale. אֵין בּוֹ מַמָּשׁ Nihil in eo est solidi, vel certi. מַמָּשׁוּת idem.

מֵ״נ *Abbreviatura. Idem ac* מִנָּא נַפְשָׁךְ Unde est animus tuus? unde illud censes ita esse? *vel* מִמָּה נַפְשָׁךְ *cui eadem subjecta significatio. Talmudistis frequens.*

מִן A, ex, de, inde, præ, propter. *Sæpe inservit allegandis locis Sacræ Scripturæ*, Ex, *nimirum loco, vel locutione sequenti.* מִנַּיִן unde? *Vide* אַיִן. *Cum aff.* מִנִּי a me. מִמֶּנָּךְ *m.* a te. מִמֵּנִּיךְ *f.* ex te. מִמֶּנּוּ ab eo. מִמֶּנָּה ab ea. מִמֶּנְהוֹן ab eis. מִמֶּנְכוֹן *m.* a vobis. מִמֶּנְכֶן *f.* a vobis. מִמֶּנָּנוּ & מִמֶּנָּא a nobis.

מֵ״נ״ל. *Abbreviatura. Idem ac* מִנָּא נָפְקָא לָן Unde egreditur nobis id? unde id colligimus? *Sæpe abbreviaturæ fini* ן *additur, ut* מֵ״נ״ל. *Et cum* ו *ab initio. In Talmude sæpe reperitur.*

מָנַע Prohibere, vetare. נִמְנַע Prohiberi. הוּא מִן הַנִּמְנָע Illud est de prohibito, *id est*, impossibili, impossibile est. אֶפְשָׁר וְנִמְנָע Possibile, & impossibile. מְנִיעָה Prohibitio. מוֹנָעִים Impossibilia. מוֹנְעִים Impedimenta.

מֵ״נ״ש *Abbreviatura. Idem ac* מְשַׁלֵּם נֵזֶק שָׁלֵם Persolvit damnum integrum. *Prima vox* משלם *aliquando tota scribitur. In Talmude reperies, ubi de damnis illatis sermo instituitur.*

מָנָת *Cum præpositione* עַל מְנָת hoc pacto, hac lege, ea conditione, propterea ut, eo ut.

מֵ״ס *Abbreviatura. Idem ac* מַר סָבַר Dominus existimat. Mar *est nomen honorificum, idem ac* אָדוֹן. וּמֵ״ס Et dominus sensit, hujus est sententiæ.

מֵ״סֶ״ה. מֵ״סֶ״ג *Vide in* מֵ״ג. *Quidam pro* ג *scribunt* ה, *valetque* הַגְרוֹלָה.

מָסוֹרָה קְטַנָּה *Abbreviatura. Idem ac* מֵ״ק Masora parva. *Vide supra* מֵ״ג.

מָסַר Tradere, *veluti de manu in manum. Item* dedere, prodere. מוֹסֵר Proditor. *Plur. forma fœminina* מוֹסָרוֹת Proditores. מַסּוֹרֶת Traditio. *Sic appellantur etiam notæ Grammaticæ, & criticæ circa textum Biblicum. Judæi Apostatam suæ gentis ad Christianam religionem transeuntem dicunt* מוֹסֵר proditorem.

מע *Abbreviatura. Idem ac* מִצְוֹת עֲשֵׂה Præcepta Fac. *Ita appellantur a Rabbinis præcepta Legis Moſaicæ affirmativa, ſive jubentia, quæ ſunt* 248. *quemadmodum totidem ſunt corporis humani membra. Vide* רמח. 2. מְאוֹר עֵינַיִם Lumen oculorum. *Eſt nomen libri inſignis de rebus Chronologicis agentis. In libro Tzemach David ſæpe citatur, ut* בַּעַל מע Auctor libri Meòr henàim.

מֵעָה Obolus, nummulus. מֵעָה, *vel* מָעָה Pecunia. *Plur. f.* מֵעוֹת Pecuniæ, denarii. *Plur. m.* מָעִין Oboli.

מְעַט Parum. מִיעוּט Paucitas. עַל מְעַט raro. זְמַן מוּעָט tempus parvum, exiguum.

מעל *Abbreviatura. Idem ac* מֵעֵת לְעֵת De tempore in tempus, *h. e.* ſtatim, continuo.

מעשי ביצו *Abbreviatura. Idem ac* מְגַדֵּל עֹז שֵׁם יְהוָה בּוֹ יָרוּץ צַדִּיק וְנִשְׂגָּב Turris fortis eſt nomen Domini, ad ipſam curret juſtus, & exaltabitur. *Ex Proverb.* 18. 10.

מעת *Abbreviatura. Idem ac* מַעֲלַת תִּפְאַרְתֵּךְ Excellentia tua. *Titulus eſt, quem honoris cauſſa Hebræi adhibent. Hodie ſolent etiam exponere* ת *per* תּוֹרָתְךָ doctrinæ tuæ, *vel* תּוֹרָתוֹ doctrinæ ejus.

מפ *Abbreviatura. Idem ac* מֻצַּע פָּסוּק Medium verſus Biblici. *In Maſora occurrit.*

מַפָּה Mappa, mantile. *Plur.* מַפּוֹת mappæ. *Hoc nomine etiam vocant Judæi linteа, quibus in Synagogis librum Legis involvunt.*

מפרש *Abbreviatura. Idem ac* מְפָרֵשׁ רַבֵּנוּ תָּם Interpretatur Rabbì noſter Tam. *Eſt unus hic Rabbinus ex celebrioribus Doctoribus Talmudicis.*

מופת *Vide in* יפת.

מצ *Abbreviatura. Idem ac* מוֹרֵה צֶדֶק Doctor juſtitiæ. *Hoc nomine ab Hebræis appellantur inſigniores, & celebriores Rabbini, & Synagogarum Rectores.*

מָצָא Invenire. Poſſe, *apud Talmudicos. Item* ſatis eſſe, ſufficere. נִמְצָא Exiſtens, ens: præſens. *Apud Grammaticos*, perſona ſecunda. *Hinc* כַּף הַנִּמְצָא Caph perſonæ ſecundæ affixum. הוּא לֹא בַּנִּמְצָא Illud non eſt in exiſtentia, *id eſt*, non exiſtit, *vel* invenitur amplius. נִמְצָאִים הַתַּחְתּוֹנִים Entia inferiora. מָצוּי Exiſtens, præſens. מָעוֹת מְצוּיוֹת Pecuniæ præſentes. מְצִיאוּת Exiſtentia, entitas, ſubſtantia. תַּמְצִית Subſtantia. הַמְצָאָה Inventio, res inventa. *Item* entitas, exiſtentia, præſentia.

מְצַע, אֶמְצַע Medium. מְצִיעוּת Medietas. אֶמְצָעִי Mediator. מֵיצַע Medium, medietas, centrum.

מצפץ *Nomen Cabbaliſticum eſt, non abbreviatura, per commutationem* אתבש Atbàs, *quam vide.*

מק *Abbreviatura. Idem ac* מִקְרָא קֹדֶשׁ Convocatio ſanctitatis, *videlicet* ſancta, cœtus ſanctus, celebris Feſti ſolemnitas. 2. מוֹעֵד קָטָן *Eſt nomen Tractatus Talmudici ſic per abbreviaturam citati.* 3. מִסְפָּר קָטָן Numerus minor. *Cabbaliſtis in uſu.* מַחְזוֹר קָטָן Cyclus minor, *apud*

Aſtro-

Aſtronomos. 5. מָסוֹרָה קְטַנָּה Maſora parva.

מָקַח Acceptio, emptio. *Uſurpant Rabbini pro* מִקָּח *a Verbo* לָקַח. *Hinc* מָקַח וּמְמַכָּר emptio, & venditio.

מקמל *Vide in* קמל.

מר" *Abbreviatura*. *Idem ac* מִדְרָשׁ רַבָּא" Gloſſa libri Numerorum magna. *Vide* בר.

2. מָדְרָשׁ רוּת Medràs, *videlicet* Commentarius in hiſtoriam Ruth. 3. מוֹרֵת רוּחַ Indicatio ſpiritus. *De familiari ſpiritu a Rabbinis uſurpatur, a quo cuncta hominibus revelari arbitrantur*. 4. מֹרַנִּי A Rabbi, *ſive* a Magiſtro, ac Præceptore meo. *Sæpe occurrit in* תּוֹסְפוֹת Toſephòt, *ſive* Additionibus Talmudicis, *eoque conſilio adhibetur, ut pateat, Auctorem eam doctrinam a ſuo Magiſtro hauſiſſe. Hinc ſolet addi* זל" fauſtæ memoriæ.

מָרֵי, מָרָא, מָר Dominus, *vox Babylonica pro Hebræo* בַּעַל. *In Targum aliquando uſurpatur pro* אָדוֹן, *aliquando pro* אִישׁ. *Daniel Propheta utitur* מָרֵא *cum* א *in fine. Cum aff.* לְמָרוֹהִי domino ejus. Exod. 22. 7. מָרָנָא dominus noſter. Pſal. 147. 5. *Inſerunt ei Talmudiſtæ etiam* א, *ut* מָאֲרֵי. *Hinc* מָאֲרֵי עָלְמָא dominus Mundi. *Plur. juxta formam Syram* קָלָא דְּמָרְוָתַי vocem doctorum meorum. Prov. 5. 13. *Fœm.* מָרְתָא Hera, domina. *Conſtr.* מָרַת בֵּיתָא Hera domeſtica. מָרָן Dominus. *Plur.* מָרָנָן. *Sed aliis* Dominus noſter, *cum apud Chaldæos idem ſit* אָן, *ac apud Hebræos* נָא. *Hinc originem trahit vox Syriaca* מָרָן אֲתָא Maranatha, *h. e.* Dominus venit. 1. ad Corinth. 16. 22. *per quam Excommunicatio graviſſima deſignabatur, cujus vi excommunicatus ejiciebatur a qualibet ſocietate, & ſoli Divino judicio puniendus reſervabatur. Innuere enim volebant, tanta eſſe alicujus ſcelera, ut nulla in hac vita pœna, nullo ſupplicio ſatis poſſent expiari. Itaque per illam vocem* Maranatha *quodammodo dicere volebant. Veniat Dominus, ſceleſtumque æterno exilio, & exitio addicat. Ad ultimum Chriſti totius mundi Judicis adventum reſervetur, ut æterna ipſius maledictione pereat. Talmudiſtæ autem poſt adventum Chriſti non amplius voce* מָרָן אֲתָא Maranatha *uſi ſunt, ſed aliam ei reſpondentem, eamdemque omnino ſignificationem habentem adhibuerunt, nimirum* שְׁמָאתָא *Scemathà, quæ derivatur a* שֵׁם Deus, & אֲתָא venit, *quod nomen* שֵׁם, *vel* הַשֵּׁם *pro Tetragrammato nomine* יְהוָה Adonai *Rabbini præſertim uſurpant*.

מַרְחֶשְׁוָן October *menſis*. *Interdum* חֶשְׁוָן. *Quidam derivant hoc nomen a* רָחַשׁ eructare, *quia ſolet menſis hic aquas copioſe producere; ſicuti vocatur* בּוּל *a* מַבּוּל diluvio, aquarumque exundantia.

מַרְכּוּ *Vide in* רכו.

מרל" *Abbreviatura*. *Idem ac* מַה רְצוֹנוֹ לוֹמַר Quæ eſt voluntas ejus dicere? quid vult dicere? quæ eſt mens ejus? *Sæpe obvia hæc abbreviatura in libro* מֹשֶׁה חוּאִיל

Vo-

Voluit Moses *ex* Deut. 1. 5. *Hinc librum composuit* ר׳ משה אלפלס R. Moscè Alpeles. *In eo agitur de dignitate, præstantia, & perfectione Legis Divinæ, & contraria argumenta rejiciuntur. Editus est Venetiis in* 4. *anno* הוא משח 357. *Christi* 1597.

מָרַס Atterere, conterere, comprimere, contundere. מוּרְסָן Tritum, furfures posterioris farinæ.

מרע״ה *Abbreviatura. Idem ac* מֹשֶׁה רַבֵּנוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם Moses præceptor noster, qui in pace quiescat. *Præposita servili*, ומרע״ה Et Moses præceptor noster &c.

מ״ש *Abbreviatura. Idem ac* מוֹצָאֵי שַׁבָּת Exitus Sabbati. *Adhibetur de Precibus, vel aliis rebus circa exitum, & finem Sabbati peragendis. Cum servilibus* במ״ש In fine Sabbati; ומ״ש Et finis, exitus Sabbati. 2. מִי שֶׁאָמַר Ille, qui dicit; ומ״ש Et ille, qui dicit. *Est formula objectionis apud Talmudicos usitata. Dicunt etiam* מאן דאמר: *sic* מָה שֶׁאָמַר Id, quod dicit, *nimirum* הַכָּתוּב Scriptura, *vel* שֶׁאָמְרוּ quod dicunt, *scilicet* Sapientes, *vel* Rabbini nostri; *vel* מַה שֶׁכָּתוּב quod scriptum est. 3. מָאי שִׁנָּא Quid mutat, quid diversi docet? *In Talmude frequens.* מ״ש הכא Quid diversi docet hìc? *Passim obvia in Zohar.* 4. מָאי שְׁנָא Quid docet? *Doctrinam certam ex præcedentibus elicientes adhibent Talmudici.* 5. מֵאיר שְׁפִירָא Meir Spirensis. *Nomen est Rabbini cujusdam, de quo mentionem injicit Elias in* Fragmentis Tabularum. *Correctissimum, ac nitidissimum Pentateuchi exemplar habuisse dicitur.*

מ״שה *Abbreviatura. Idem ac* מַהֲלַךְ שְׁבִילֵי הַדַּעַת Aditus semitarum scientiæ. *Ita appellatur Grammatica composita a R. Moscè Kimchì fratre Davidis, in cujus fronte abbreviatura Auctoris nomen indicat.*

מ״שכ *Abbreviatura. Idem ac* מַה שֶׁכָּתוּב כָּאן Id quod hìc scriptum est. 2. מַה שֶׁלֹּא כֵּן Id quod non est sic.

מָשַׁךְ Trahere, attrahere, protrahere. *Niphal* נִמְסַךְ Trahi, sequi. מְשִׁיכָה Consecutio, tractio, attractio; derivatio. מְשִׁיכַת הַיָּדִים tractio manuum, luctatio.

מ״ת *Abbreviatura. Idem ac* מַתַּן תּוֹרָה Datio Legis. Sic מִיּוֹם מ״ת A die datæ Legis; *in cujus traditionis memoriam singulis annis mense* תִּשְׁרִי *h. e.* Septembri *Festum celebratur.* 2. מַכְחִישֵׁי תוֹרָה Abnegantes Legem, Apostatæ. 3. מִשְׁנֵה תוֹרָה Repetitio Legis, Lex iterata. *Apud Masorethas Exod.* 20. *in Decalogo, sive Decem Præceptis, & alibi ita Deuteronomium appellatur.*

מָתָא Urbs, civitas. *Scribunt &* מַתָּא. *Plur. emphat.* מַתְוָיתָא urbes.

מָתַי Quando. *Categoria Logica.*

מָתַן, הִמְתִּין Expectare, præstolari, tardare, morari. מְתִינוּת Expectatio, mora. בִּמְתִינוּת Pedetentim, tarde, lente. הַמְתָּנָה Mora: expectatio. *Ejus oppositum* מְהִירוּת festinatio.

INCIPIENTIA

נ A

נ *In numeris valet quinquaginta. Modo eſt littera ſervilis, modo radicalis. Duplex eſt ejus figura, ſcilicet* נ *contractum, &* ן *extenſum, quod adhibetur ſolummodo in fine dictionis, valetque ſeptingenta. Eſt nota primæ perſonæ pluralis Futuri, & inſervit tamquam characteriſtica formandæ Conjugationi Niphal.*

נאב נִיאוּב Lagena, uter, *vel aliud vas ſimile. In Talmude Hieroſolymitano.*

נאה Pulcrum, jucundum, amænum, decorum, elegans, congruum, decens. אֶתְרוֹג נָאֶה Citrum pulcrum. *Fœm.* אִשָּׁה נָאָה Fœmina pulcra. *Adverbialiter* pulcre, egregie. *Apud Grammaticos* נָאֶה congruum: בִּלְתִּי נָאֶה incongruum. *In* בראשית רבא Bereſchìt rabbà *ſect.* 34. *habetur* נאים דברים מפי עושיהם רב עוּאי נאה דורש ולא נאה מקיים *h. e.* Pulcra ſunt verba ex ore illorum, qui faciunt ea. Rabbì Aſſai pulcre, *videlicet optime* concionatur, ſed non pulchre obſervat ea, *de quibus ſermonem habet, aliiſque præcipit; quem imitabantur olim Phariſæi. Pulcrum eſt alios recta docere; at multo pulcrius iiſdem opere, & exemplo præire; contra reprehenſione dignum aliter a præceptis agere, & juxta illud:* Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.

נְוָאי Pulchritudo. Thren. 2. 15. *Grammaticis* congruitas.

נאף Adulterari, adulterium committere, mœchari. Iſa. 57. 3. *Raro ab Hebræis uſurpatur.*

נאץ *Hebraice.* Spernere, contemnere, irritare, provocare. Prov. 5. 12.

נְאוּצָא, נִיאוּצָא Contumelia, irritatio contumelioſa, rejectio cum contumelia. Iſa. 37. 3. 2. Reg. 19. 3.

נבא Prophetare, prophetam agere, vaticinari. *Ithpahel* אִתְנַבִּי, & הִתְנַבִּי *cum* ה. Idem. Eſdræ 5. 1. Jer. 37. 19.

נְבִיא, נְבִיאָה Propheta, vates. Gen. 20. 7. Deut. 13. 1. *Plur.* נְבִיאִים, נְבִיאַיָּא prophetæ. Num. 11. 29. 1. Reg. 18. 4. *Fœm.* נְבִיאָתָא prophetiſſa. Exod. 15. 20. *Plur.* נְבִיאָן prophetiſſæ. Eſth. 6. 1. *In Bibliis Regiis ex altera forma emphatica legitur* נְבִיאַיָּא. *Interdum reperitur* נְבִיאָתָא, *ut* Judic. 4. 4. *Apud Hebræos dividuntur Prophetæ in* רִאשׁוֹנִים Priores, & אַחֲרוֹנִים Poſteriores. *De prioribus hæc in Tractatu* סוטה *fol.* 48. *habentur*, מאן נביאים ראשונים אמר רב הונא זה דוד ושמואל ושלמה Qui ſunt Prophetæ priores? dixit Rabbi Huna: David, Samuel, & Salomon.

mon. *Mox.* Quare vocantur Prophetæ priores? לאפוקי מחגי וכריה ומלאכי דאחרונים נינהו Ad excipiendum illos ab Haggæo, Zacharia, & Malachia, qui fuerunt posteriores.

נְבוּתָא, נְבוּאָתָא, נְבוּאָה Prophetia. Jer. 23. 33. *Constr.* נְבוּאַת Isa. 1. 1. *In* Medràs Scir *Prophetia decem nominibus appellatur cap.* 3. *v.* 4.

נְבִיאָה Idem. *Plur.* נְבִיאָן prophetiæ. Esth. 6. 1.

נְבִיאוּתָא, נְבִיאוּת Idem. Prov. 30. 1. *Apud Talmudicos obvium passim* כל ששמו ושם אביו בנביאות בידוע שהוא נביא בן נביא *h. e.* Cujuscumque nomen, & patris ejus nomen est in Prophetia, certum est, eum fuisse Prophetam filium Prophetæ. *Porro Prophetis vel in somnis, vel visione, vel Angeli ore futura manifestabantur, quæ varia* נְבוּאָה Prophetiæ *genera vide* Num. cap. 12. *ex quo etiam Capite patet, Mosem cæteris Prophetis longe præstitisse, cum ipsius Dei familiaritate, & colloquio usus fuerit. Præterea futura indicabantur per* אוּרִים וְתֻמִּים Urim, & Tummim, *quod Sacerdos Maximus consulebat. Animadvertendum, Sacerdotes ex Tribu Levi tantummodo originem traxisse, Prophetas vero ex qualibet Tribu extitisse.*

נְבַח Latrare. Exod. 11. 7. *Proverbium in Talmudis Tractatu* עירובין Eruvìn *fol.* 86. נבח בך כלבא עול נבח בך גורייתא פוק *h. e.* Si allatret te canis (*masculus*) intra: si fœmella, exi.

נָבַל *Pahel.* Deturpare, fœdare, dehonestare: abominari, rejicere, abominabile reddere. Jerem. 14. 21. *Hithpahel* אִתְנַבֵּל Abominabile instar morticini fieri. *Apud Rabbinos* הַמְנַבֵּל פִּיו Fœdans os suum, turpiter & obscene loquens: כל הַמְנַבֵּל פִּיו כְּאִלּוּ מַכְנִיס חֲזִיר לְבֵית קָדְשֵׁי קָדָשִׁים *h. e.* Quicumque fœde loquitur, perinde est, ac si introduceret porcum in Sanctuarium ipsum.

נְבֶל, נְבֶלָא Deciduum, fructus deciduus. Jer. 8. 13. *Item* nablium, instrumentum musicum. Isa. 5. 12. *Plur.* נְבָלִין, נְבָלַיָּא, & נְבָלִין. 2. Sam. 6. 5. *Apud Talmudicos* נוֹבְלוֹת Decidui fructus, *de quibus in Tractatu* בְּרָכוֹת *quæritur, utrum benedicendi sint, statuiturque, eos esse benedicendos.*

נִבְלְתָא, נְבֵלָא Cadaver, morticinum. Levit. 22. 8. *In Talmudis Tractatu* פסחים Pesachìm *fol.* 113. פשוט נבלתא בשוקא ושקיל איגרא ולא תימא כהנא רבא אנא גברא רבא אנא *h. e.* Excoriato cadaver in platea (*palam*) neque dicas, Sacerdos magnus ego sum, Vir magnus ego sum. *Cuique nimirum laborandum est, laboribusque victus quærendus, & licet vir magnus & eximius sit, satius ei erit, si vel illiberali arte necessaria vitæ quærat, quam ostiatim panem, & obolum precario inveniat. Huc etiam illud spectat:* אִתְנַרְתָּא לֵיהּ פּוֹץ עַמְרֵיהּ Mercede conductus es (*ad laborem etiam abjectum, & vilem*) excute lanam ejus. *Hoc Proverbio Rabbini significare voluerunt,*

non esse a cœptis recedendum, licet labor vilis sit, merceſque tenuis videatur. Itaque quamvis linum, vel lanam excutere ad fœminas potius, quam ad viros pertineat, exiguumque lucrum ex opere percipiatur, præstabit tamen hujuſmodi munus, & artem exercere, quam in otio, & inertia marceſcere.

מַבּוּל, מַבּוֹלָא Diluvium. Habac. 3. 5.

נָבַע Scaturire, eructare: manare, emanare. Jer. 18. 14. *Usurpatur proprie de fontibus; metaphorice de ſermone*, eloqui, proloqui. Pſal. 119. 171. *Aphel* אַבַּע, & אַבְּיַע Idem. Prov. 15. 18.

מַבּוּעָא, מַבּוּעָא Fons, vena, ſcaturigo, ſcatebra. Prov. 14. 27. *Plur.* מַבּוּעִין fontes. Exod. 15. 27. *Conſtr.* מַבּוּעֵי Iſa. 49. 10. *Cum aff.* מַבּוּעָהָא fontes ejus. Jerem. 51. 36.

נְבַר Fodere, ſuffodere: vaſtare. Pſal. 80. 14.

נִבְרַיָּא Latrones. Job 18. 9.

נְבְרַשְׁתָּא, נְבַרְשְׁתָּא, & נְבַרְשָׁא Lychnuchus, lucerna. Dan. 5. 5.

נְגַב Siccari, exſiccari. Exod. 8. 13. *Ithpehal* אִתְנַגַּב idem. Job 14. 11. Pſal. 106. 9. *Ex Pahel Participium* נְפַשָׁנָא מְנַגְּבָא Anima noſtra arida. Num. 11. 6. *in Jonathane.*

נְגִיב Siccum. *Fœm.* נְגִיבְתָּא, נְגִיבְתָּא arida, ſicca. Gen. 10. 10. *in Jonathane.*

נְגוּבְתָּא Idem. Pſal. 102. 7.

נוּגְבָא Siccitas. Job 30. 30.

נְגַד Trahere, abſtrahere, attrahere, extrahere, protrahere, ſubtrahere, ſubducere, ducere, diducere, extendere, inclinare. Gen. 39. 21. Hoſ. 22. 34. *Ad arcum relatum* jaculari. 1. Regum 22. 34. *ad aquas*, fluere, ſtillare, manare. Dan. 7. 10. Iſa. 30. 25. *ad morientes*, expirare, mori. Gen. 25. 7. *Apud Talmudicos in Imperativo uſurpatur* גּוֹר trahe. *Hinc in* Baſrà *fol.* 13. לית דינא דגור או דינא דאגור *h. e.* Non eſt Judicium trahe, *aut* judicium traham. *Huc alludere volunt. Si negotium inter duos ſocios exiſteret, quod commune eſſet, nullaque ratione dividi poſſet, veluti ancilla, ſervus, aut aliud ſimile, licebat alterutri ex illis partem ſuam alteri proponere, recuſatamque totam rem ſibi vendicare, juſto pretio pro eadem ſoluto, hacque phraſi uſurpata. Itaque alter alteri ajebat* גּוֹר trahe, *h. e.* partem meam a me redime: *ſi renuebat redimere, addebat* אֲנָא גּוֹר ego traham, *æquoque pretio ſtatim dato, rei integræ dominus fiebat. Ithpehal* אִתְנַגַּר abſtrahi, extrahi, ſubtrahi, avelli, evelli. Joſ. 8. 16. expitare. Job 34. 15. extendere ſe. Jud. 4. 6. fluere. Iſa. 44. 3. *Rabbinis* in exſtaſim rapi. *Pahel* נַגֵּד trahere, protrahere: cædere. Cant. 7. 5. *Aliis* exigere.

נְגִיד Tractile, ductile. Exod. 25. 31. Jerem. 10. 5.

נְגוֹדָא, נְגוּדָא, נְגִידָא, & נָגִיד Dux, ductor, princeps, præſul, judex, antiſtes. Jud. 2. 18. *Plur.* נְגִידִין, נְגִידַיָּא, & נְגוּדִין, נְגוּדַיָּא duces. Jud. 2. v. 16. & 18. Job 12. 17. *Proverbium apud Talmudiſtas uſitatum* כְּרַגֵּישׁ רָעֲיָא עַל עָנָא עֲבִיד נְגוּדָא סַמְיָתָא Quando paſtor iratus eſt gregi,

facit

facit (*gregi*) ducem cœcum . *Cum enim paſtor cœcus facile in foveam prolabatur, cum eo grex etiam ſequens præceps ruit . Ita ſolet Deus Regem malum, & ineptum Regno præficere, cui iratus eſt, ut hac ratione ſubjectos ei populos puniat .*

נְגִיד Idem . *Plur.* נְגִידִין duces . Jerem. 7. 29. *pro* נְגִידִין, *vel* נְגִידִין .

נְגָרָא Traha , vehiculi genus : tractio, attractio, acquiſitio. Job 28. 18. protractio, longitudo . Pſal. 21. 5.

נְגָרָא Protractio, longitudo . Pſal. 23. 6.

נוּגְרָא Idem . Prov. 3. 16.

נְגִידוּתָא Idem . Prov. 25. 15.

נְגוּר Protractio , cælatura . *Plur. conſtr.* נְגוּרֵי cælaturæ . Prov. 25. 11.

נְגָרִין, נְגָרִין, נַגְרִין Fluvii , fluenta , flumina , aquæductus , proceſſus aquarum : clivi, colles, loca eminentia . Iſa. 21. 14. Jerem. 17. 8.

נֶגֶד *Hebraice* . Coram , contra , e regione , ex adverſo . Dan. 6. 11.

נְגַהּ, נוֹגַהּ Lux , ſplendor : Lucifer, Stella Veneris . Eſth. 10. 3.

נְגַהּ Idem . Job 18. 5.

נַגְוָא, נַגְוָא Inſulæ . *Conſtr.* נַגְוַת .

נגח Cornu petere , ferire . Exod. 21. 28. *Pahel* נַגַּח Idem . Exod. 21. 31. *Aphel* אַגַּח, & אַגִּיחַ Idem : *item* præliari , prælium , bellum committere , bellum inire , bellare . Ezech. 32. 2. *Ex Ithpehal* Futurum יִתְנַגַּח קַרְנָא Ut inferatur bellum . Exod. 17. 6.

נַגָּח Cornupeta , petulcus . Exod. 21. 29.

נַגְחָן Idem . Exod. 21. 36. *in Jonathane* .

אַגְחוּתָא Prælium , bellum . Job 38. 23.

נגן *Pahel* . Pulſare inſtrumentum muſicum . 1. Sam. 16. 17. Eſth. 5. 14. Pſal. 68. 26.

נְגִינָא Pulſatio fidium , pulſatio muſica . *Plur.* נְגִינָתָא Fidium pulſationes , pulſatilia inſtrumenta . Pſal. 67. 1. *Grammaticis* accentus , modulatio muſica , *quia lectio juxta accentus eſt apud Hebræos loco notarum Muſicarum* .

נְגוֹן Melodia , cantus , concentus , muſica . Ezech. 20. 14. *Grammaticis* accentus , & cantus juxta accentus .

נגע *Hebraice* . Tangere , attingere : lædere ; percutere , plagis afficere . *Chaldaice Ithpahel* אִתְנַגַּע percuti . Iſa. 6. 1.

נגף Cædere , percutere . Pſal. 89. 24. ferire , cornu petere . Exod. 21. 35. *Ithpahel* אִתְנַגַּף lædi , offendi : impingere , offendere . Jerem. 13. 16.

נגר Trahere , attrahere , protrahere . Pſal. 10. 9. fluere *de aquis* . Jerem. 9. 18. jaculari *de arcu* . 2. Sam. 1. 18.

נְגַר, נַגְרָא Fluvius , flumen , torrens ſe volvens .

נַגָּר, נַגָּרָא Artifex , opifex , faber . Iſa. 44. 13. *Plur.* נַגָּרִין, נַגָּרַיָּא artifices . 2. Sam. 5. 11. 2. Reg. 22. 6.

נַגָּרוּת Artificium , opificium . Exod. 31. 5.

נַגְרָא, נַגְרָא, נַגְרָא Vectis , peſſulus . Exod. 26. 28. *Plur.* נַגְרִין, נַגְרִין vectes . Exod. 35. 11. Deut. 3. 5.

Tra-

מְנָרָא Tractus. Hoſ. 11. 4.

נַנַּר טוּרָא Gallus ſylveſtris, montanus. Levit. 11. 19.

נְנַשׁ Ferire, cornu petere. Exod. 21. 28.

נַנָּשָׁן Petulcus. Exod. 21. 29. *in Jonathane.*

נְדָה, נְדֵי Spargi, aſpergi. 2. Reg. 9. 33. *Aphel* אַדֵי ſpargere, aſpergere, conſpergere, inſpergere, perſpergere. Levit. 8. 11. Num. 8. 7.

אַדְיוּתָא Aſperſio. Numer. 19. 20.

נְדַב *Ithpahel* אִתְנַדַּב Sponte agere, dare, vel offerre: ſponte offerri. Eſdræ 7. 15. ſponte incumbere. Pſal. 110. 3.

נְדָבָא, נִדְבַת, נִדְבָתָא Oblatio voluntaria, munus ſpontaneum. Exod. 36. 3. Deut. 16. 10. *Plur. emphat.* נִדְבָתָא ſpontanea. Cant. 7. 3.

הִתְנַדְּבוּת Idem. Eſdræ 7. 16.

נְדַד Vagari, evagari, fugere, profugere, recedere. Dan. 6. 19. Job 7. 4. *Ithpehal* אִתְנְדַד moveri, commoveri: dolere. Eſth. 6. 1. *in Targum ſecundo.*

נִדְדַת Motus, jactationes. Job 7. 4.

נְדַה Recedere *Pihel* נִדַּה Expellere, excludere, procul amovere, ſeparare. *Item* excommunicare, excludere a cœtu.

נִדּוּי Separatio a cœtu Eccleſiæ, Excommunicatio. *Tres ſunt apud Hebræos Excommunicationis ſpecies, quarum leviſma eſt* נִדּוּי Niddùi. *Eſt itaque* נִדּוּי Niddùi *pœna Eccleſiaſtica, qua homines ad diſtantiam quatuor cubitorum triginta dierum ſpatio ab uxore, domeſticis, aliiſque ſeparantur. Hebraice autem* Excommunicans *dicitur* מְנַדֶּה, & Excommunicatus מְנוּדֶּה. *Ad hanc Excommunicationis pœnam leviſſimam D. Paulus 2. ad Theſſalonicenſes 3. 6. videtur reſpexiſſe.* Παραγγέλλομεν ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος. Denunciamus vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ſubducatis vos ab omni fratre, qui inordinate ambulat. *Reſpondet fere* Suſpenſioni *Eccleſiæ Catholicæ Romanæ. Nonnullas cauſſas afferemus præcipuas, ob quas hujuſmodi pœna infligitur. In hanc igitur pœnam incidit offendiculum cœco objiciens, vendens agrum alienigenæ, Rabbinum contemnens, proximum vocans ſervum, & contra Iſraelitam ſtans in judiciis Chriſtianorum. Quod ſi* מְנוּדֶּה Excommunicatus *intra triginta dies non reſipiſcit, pœna ad ſexaginta producitur, & aliquando etiam ad nonaginta; verum neque poſt tam longum tempus ad bonam frugem revertens majori Excommunicatione* חֵרֶם Chèrem *dicta feritur, cujus vi ejicitur e Synagoga cum diris, & execrationibus, excluditur a gymnaſiis, conviviis, conventibus, & a qualibet ſocietate, & conſuetudine. Olim præterea* לִמְנוּדֶּה Excommunicato *vetitum erat ſe tondere, vel lavare, intereſſe convivio trium, aut cum decem orare: nemini licebat ejus filium circumcidere, vel mortuum domeſticum efferre; feretrum, buſtumque ipſius mortui tempore Excommunicationis lapide prægrandi ſignabatur, ut appareret, eum lapidatione fuiſſe dignum. Si quis reliquas* נִדּוּי Niddùi *Excommunicationis cauſſas ſcire deſiderat, legat Lexicum Talmudicum Buxtorfii pag.* 1304. *& Seldenum de Jure Naturali, & Gentium, qui eas ex Majemonide, &* שֻׁלְחָן עָרוּךְ Schulchàn Arùch *deſumptas proponunt. Porro maledictiones, & diræ, quibus Excommunicatus e Synagoga ejiciebatur, deſumebantur ex Deuter. 28. & aliis locis. Hujus exemplum habetur in cœco Joannis 9. v. 28. maledictis laceſſito, & v. 34. e Synagoga ejecto. Licebat autem etiam Excommunica-*

נֶדֶל, Scolopendra; *vermis, ſive reptile multorum pedum*; multipeda, centipeda. Levit. 11. 42.

נֶדֶן, נַדְנָא, נִדְנָא Vagina: *metaphorice* corpus, *quia eſt veluti vagina animi, & ſpiritus*. Dan. 7. 15.

נַדְנָא *Species locuſtæ. Levit.* 11. 22. *in Jonathane.*

נדף נָדִיף Fragrans, ſpargens, diffundens ſe. Cant. 4. 10. & 4. 7. 8.

נדר Vovere. *Pahel* נַדַּר Idem. Iſa. 19. 21.

נֶדֶר, נִדְרָא Votum. Num. 30. 10. *Plur.* נִדְרַיָּא, נִדְרִין vota. Pſal. 76. 14.

נהג Solere, in more habere, conſuescere. Num. 1. 8. Ruth 4. 7. *Ithpahel* אִתְנַהַג Uſitatum, conſuetum eſſe. *Ibidem.* מִנְהַג, מִנְהָגָא Mos, ritus, conſuetudo. Ruth 4. 7.

נהה *Ithpehal* אִתְנְהִי Colligi, congregari, confluere. 1. Sam. 7. 2.

נהם Rugire, *de leonibus*. Iſa. 38. 13. gemere, *de columbis*. Iſa. 35. 14. muſſitare, *de pythonibus*. Iſa. 8. 19. *Pahel* נַהֵם Idem. Iſa. 8. 19. Jerem. 51. 38. *Ithpahel* אִתְנַהֵם Idem. Ezech. 24. 23.

נִיהוּם, נִיהוּמָא Rugitus. *Plur.* נִיהוּמֵי gemitus, rugitus. Iſa. 5. 29.

נהק Clamare, vociferari. Job 24. 12. & 30. 7. *Item* rudere.

נְהִיקָא Rudentiſibilus, *vox, ſeu clamor aſinorum rudentium*. Gen. 30. 16. *in Jonathane.*

נהר Lucere, ſplendere. Gen. 44. 3.

Pa-

is in Templum ingredi, ſed per viam ad ſiniſtram, cum reliqui per viam ad dexteram ingrederentur, unde eos Excommunicatos eſſe omnibus patebat. In Talmudis Tractatu מִדּוֹת Middòth *cap.* 2. §. 2. *Placet hìc exponere, quid ſit* ἀποσυναγωγον *fieri, vel e Synagoga ejici. Cum igitur interdum Synagogæ nomine locus intelligendus ſit, in quem Judæi congregabantur, ut Lucæ 7. v.* 5. Τὴν Συναγωγὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν, Synagogam ædificavit nobis, *vel Cœtus ipſe, qui conveniebat,* ἀποσυναγωγὸν *is dicebatur, qui ex conventu illo, vel loco publico populi Hieroſolymitani expellebatur. Hujus* חֵרֶם Cherem *Excommunicationis exemplum volunt nonnulli haberi* 1. *ad Corinth.* 5. *v.* 5. Παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Ejuſmodi tradatur Satanæ ad exitium carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini Jeſu. *In Veteri autem Teſtamento plerique Auctores contendunt, de hac ſecunda Excommunicationis ſpecie intelligenda verba illa, quæ crebro occurrunt,* exſcindetur vir ille, vel anima ipſius e medio populi &c. *ut Geneſ.* 17. *v.* 14. וְנִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא מֵעַמֶּיהָ Et exſcindetur anima illa de populis ſuis. *Triplex porro ſecundum Interpretes, & Rabbinos dabatur* כְּרִיתוּת exciſio; nimirum corporis, *per quam intelligitur mors præmatura, ut* exſcindetur homo ille e medio populi ſui: Levit. 17. 14. *vel* animæ, *per quam gaudio vitæ æternæ anima privabitur, ut,* exſcindentur animæ ſic facientes de medio populi ſui. Levit. 28. 29. *vel* animæ *ſimul, &* corporis, *cum ſcilicet Verbum* כָּרַת exſcindere *in Sacris litteris geminatur, ut,* exſcindendo exſcindetur anima illa. Levit. 18. v. 30. & 31. *Hæc autem* כְּרִיתוּת Exciſionis pœna *vocatur* כָּרֵת חָמוּר exciſio gravior, *vel* כָּרֵת כָּפוּל exciſio duplex. *Cæterum differentia inter pœnam* מִיתָה Mità, *h. e.* mortis, & כָּרֵת excidii *in eo conſiſtit, quod mortis pœna afficitur tantummodo Reus ipſe, non etiam ſemen ejus; pœna autem* כָּרֵת Cheret, *h. e.* excidii *reus cum ejus ſemine. Vide Sixtini Amamæ Antibarbarum Biblicum, & Fagii notas in Paraphraſim Chaldaicam ad Exod. c.* 12. *n.* 15.

Pahel נַהֵר illuminare, illuſtrare, colluſtrare. Exod. 28. 30. *in Jonathane*. *Aphel* אַנְהַר lucere, illucere. 1. Sam. 14. 36. illuminare, accendere, illuſtrare, colluſtrare. Gen. 1. 15. *Ithpehal* אִתְנְהַר illuminari, illuſtrari. Pſal. 34. 6. *in Bibliis Venetis*.

נְהִיר Splendidus, illuſtris. Pſal. 76. 5.

נְהוֹר, נְהוֹרָא Lux, lumen, luminare, ſplendor. Geneſ. 1. 5. Pſal. 36. 10. *Plural.* נְהוֹרִין, נְהוֹרַיָּא luminaria. Gen. 1. 14. & 16.

נוּהֲרָא, נְהֲרָא Idem.

נַהֲרָא Idem. Gen. 2. 10. Prov. 4. 18.

נַהֲרוּ Idem: *per apocopam*, *pro* נַהֲירוּת Dan. 5. 11.

אַנְהָרוּתָא, אַנְהֲרוּתָא Illuminatio, accenſio lucis, lux, luminare. Exod. 35. 6.

אַנְהוֹרֵי Idem: *per apocopam*, *pro* אַנְהוֹרִית Exod. 35. 6.

נְהַר, נַהֲרָא, נַהֲרָה Flumen, fluvius, rivus. 2. Sam. 8. 3. Gen. 15. 18. *Plur.* נַהֲרִין, נַהֲרֵי flumina. Gen. 2. 10. *Forma fœm.* נַהֲרָן Iſa. 43. 19. *Emphat.* נַהֲרְוָתָא Job 20. 17.

נָהָר *Hebraice*. Fluvius, flumen, amnis, decurſus, *locus*, *curſus aquarum multarum*: *ſic dicitur fluvius a Verbo* נָהַר fluere *a curſu*. Gen. 2. 10. Iſa. 48. v. 18. *Per Antonomaſiam* נָהָר fluvius *abſolute poſitus Euphratem*, *vel Jordanem ſignificat*. *Uter autem intelligendus ſit*, *ex loci circumſtantia facile erit colligere*. *Uſurpatur hæc vox* נָהָר *proprie de fluviis*, *quorum alveus naturalis eſt*, *non manu factus*, *aut deductus*, *ſicuti* יְאוֹר rivus; *nec de iis adhibetur*, *qui æſtatis tempore facillime areſcunt*, *quemadmodum* נַחַל torrens. *Quamquam harum vocum uſus promiſcuus eſt*. *Dual.* נַהֲרַיִם duo fluvii. Geneſ. 24. 10. *ubi* Meſopotamia *dicitur* אֲרַם נַהֲרַיִם, *quia inter duo flumina*, *videlicet Euphratem*, & *Tigrim*, *ſita eſt*, *quaſi dixeris* interamnem. *Nonnulli autem diſcrimen ponunt inter* נָהָר fluvium, עֵמֶק vallem, & נַחַל torrentem. *Volunt itaque* נָהָר *uſurpari de fluvio*, *cujus aqua ſemper defluat*, *neque umquam areſcat*, עֵמֶק *de loco*, & *alveo admodum patenti*, *atque adeo de planitie*, *qua aqua coerceatur*, נַחַל *autem de alveo anguſto*, *per quem pluviæ e Cœlo labentes raptim ferantur*, *aquiſque immiſta virgulta*, *arbores*, *ſaxa glomeroſa*, & *alia volvantur*. *Habebis itaque rationem loci*, *in quo de* נַחַל *mentio fit*, & *modo* alveum, *modo* vallem, *modo* torrentem, *modo* fluvium *vertes*.

נַהֲרוּתָא Idem. Eſth. 1. 3. *in Targum ſecundo*. *Plur.* נַהֲרְוָתָא, נַהֲרָן flumina. Pſal. 137. 1.

נוּב *Hebraice*. Provenire, germinare, fructum proferre, producere. *Hinc*

נוּב Proventus, germen, fructus, flos. Hoſ. 8. 7. & 9. 16. *ubi in Venetis male* גּוּב.

נוּד Vagari; errare, migrare, moveri, agitari. 1. Reg. 14. 15. *Aphel* אֲנִיד movere, commovere, agitare. 2. Reg. 14. 21. dolere: ſibilare. 1. Reg. 9. 8. *Pahel* נַיֵּד condolere. Job 2. 11. & 42. 11.

Uter.

נוֹרָא, נור Uter. Jud. 4. 19. נוד Nod, *videlicet* commotio, vagatio. *Nomen regionis, ad quam demigrabant profugi omnes ad Orientem* עֵדֶן Eden. *Cain locum hunc incoluit poſt necem Abel.* Gen. 4. v. 16. *R. Salomon vult, terram* נוד Nod *ita appellatam, quia quocumque Cain ibat, terra ſubter illum movebatur, dicebantque creaturæ*: recedite: hic eſt, qui fratrem ſuum occidit.

נוּחַ, נִיחַ Quieſcere, requieſcere. Gen. 2. 3. Exod. 31. 17. *Aphel* אַנִיחַ requiem, quietem afferre: reficere. Deut. 25. 19. Joſ. 22. 4. *Ithpehal* נִתְנַחַ quieſcet, habitabit, *cum* נ *ab initio, & duplici* ח *Syrorum more*. Prov. 21. 16. *Apud Talmudicos phraſis* נוח לו *ſignificat* melius eſt illi, ſatius eſt illi. *Hinc in Medràs* קהלת Kohèleth *cap. 9. v. 10.* מאן הוא דכלום ורבר בגרמיה כלום נוח ליה אם לא נברא *h. e.* Qui nihil eſt, & putat ſe aliquid eſſe, ei ſatius eſſet, ſi non creatus, vel natus eſſet. *Huc reſpicit illud ad Galatas 6. 3.* Εἰ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν, ἑαυτὸν φρενατατᾷ, *h. e.* Si quis ſibi videtur aliquid, cum nihil ſit, hunc ſuus ipſius animus fallit. *Itaque hic dicendi modus* נוח ליה אם לא נברא *ſimilis illi eſt, quem Chriſtus adhibet Matth. 26. 24.* καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, *h. e.* Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.

נַיְחָא, נַיָח Quies, requies, tranquillitas. Levit. 25. 4. בְּנַיְחָא facile, leniter, quiete, placide, tranquille. Gen. 33. 14. *in Jonathane*.

נַיְחָא, נַיָח Idem. *Plur. emphat.* מֵי נַיְחַיָא aquæ quietis, *h. e.* tranquillæ. Pſal. 23. 2.

נִיחוּתָא Idem. בְּנִיחוּתָא tranquille, placide, leniter.

מְנָח Idem: *item* aura. Gen. 3. 8.

מְנוּחָא Idem. *Cum aff.* בְּבֵית מְנָחֵיכִי in domo quietis tuæ. Pſal. 116. 7.

נִיחוֹחַ Quies: gratum, acceptum, res grata. *Plur.* נִיחוֹחִין res odoris grati. Dan. 2. 46.

נוּל Fœdare, inquinare, contaminare, turpiter agere. *Apud Rabbinos* texere.

נְוּל Fœditas, turpitudo. Thren. 3. 51.

נְוָלִי, נְוָלִי Sterquilinium: *per apocopam, pro* נְוָלִית, נְוָלִית Dan. 2. 5. & Eſdræ 6. 11.

נְוָל Tela, textura. Iſa. 38. 12.

נוּם Dormire, dormitare, obdormiſcere. Iſa. 56. 10. *Ithpahel ex formæ geminata* אִתְנַמְנַמוּ dormitarunt. Pſal. 76. 6.

נְיוּמְתָא, נְיוּמְתָא Dormitio, dormitatio, ſopor. Job 33. 15. Prov. 23. 21.

נִימְתָא Idem. Prov. 6. 4.

נִימָא *Vide in* נִים.

נוּנָא, נוּן Piſcis. Levit. 11. 17. *Plur.* נוּנֵי, נוּנַיָא, נוּנִין piſces. 1. Reg. 4. 33. Exod. 7. 21.

נוּעַ *Hebraice*. Moveri, commoveri, commovere ſe, agitari. Pſal. 107. 27.

נִיעָא Pectus, *a motu cordis ita dictum*.

Levit. 7. 20. 21. *in Targum Hieroſolymitano.*

נוּף *Chaldaice.* Agitare. *Ex Aphel Imperativo* אֲנִיפוּ יָד agitate manum, innuite manu. Iſa. 13. 2.

נוֹף, נוּפָא, נוֹף, נוּפָא Ramus, palmes, frons, dis. Ezech. 19. 10. Iſa. 37. 31.

תְּנוּפָה Agitatio, motio, elevatio. *In Sacrificiis duplex erat agitatio: altera ſurſum, ac deorſum, dicebaturque* תְּרוּמָה, *altera antrorſum, & retrorſum, dextrorſum, & ſiniſtrorſum, & dicebatur* תְּנוּפָה, *ſervabaturque religioſe hic ritus agitationis Orientem verſus, Meridiem, Occaſum, & Septentrionem, ut populus admoneretur, in toto terrarum orbe Sacrificia uni Deo eſſe offerenda. Omnibus victimis coram Domino conſtitutis ſtatim manus imponebantur. Multæ tamen ante manuum impoſitionem erant agitandæ; quæ agitatio ab Hebræis dicitur* תְּנוּפָה, *qua præter victimas vivas quædam etiam earum membra Sacerdotes agitabant. Hoc ritu autem Sacerdos in agitanda victima utebatur. Supponebat manus ſuas manibus domini victimam tenentis, eaſque verſus quatuor Mundi partes impellebat, primo eas promovendo, deinde reducendo, tum ſurſum elevando, denique deorſum ducendo: quem ritum Hebræi in* מְנָחוֹת Menachòt *his verbis explicant:* מוֹלִיךְ וּמֵבִיא. מַעֲלֶה מוֹרִיד *Animadvertendum, mulieres numquam agitaſſe, præter adulterii ſuſpectam, & Naziræam.*

נוּץ *Aphel* אֲנִיץ Florere, germinare, pullulare. Pſal. 90. 6. & 103. 15. & 132. 18.

נוּר, נוּרָא Ignis. Dan. 7. 9.

מְנָרָא, מְנָרְתָא, מְנַרְתָא Lychnuchus, candelabrum. Num. 4. 9. *Plur.* מְנָרָן candelabra.

נָזָה Aſpergere, aſpergi. *Hiphil* הִזָּה Aſpergere, ſpargere. *Hebraice. Aſperſionis ritus in Sacrificiis erat neceſſarius. Itaque ſanguis victimæ effuſus poſtquam vaſe argenteo a Sacerdote exceptus, & agitatus fuerat, quatuor modis ſpargebatur, primo ad cornu Altaris; ſecundo in Sancto, & in Sancto Sanctorum; tertio ad angulos quatuor Altaris exterioris; quarto ad baſim Altaris. Rabbini volunt, diverſum fuiſſe ritum ſanguinis aſpergendi in victimis piacularibus, holocauſtis, ſalutaribus, & primogenitorum.*

נָזַל Fluere, diffluere, effluere, perfluere. *Hinc*

נוֹזַלְיָא, נוֹזְלִין Fluenta, flumina. Pſal. 78. 16.

מַזָּל, מַזְלָא Influentia cœleſtis, ſydus, aſtrum, ſignum cœleſte: planeta: fortuna, fatum, felicitas, proſperitas. Eccleſ. 9. 3. divitiæ, opes, facultates. Pſal. 119. 14. *Plur. maſc.* מַזָּלַיָּא ſydera. Cant. 5. 14. *Fœm.* מַזָּלָתָא ſydera. 2. Reg. 23. 5. *Conſtr.* מַזְלָת ſydera, ſigna cœleſtia. Iſa. 47. 13. *Rabbinis* חַכְמֵי הַמַּזָּלוֹת Aſtronomi, aſtrorum periti.

הִתְמַזֵּל Bona fortuna uti; bonam fortunam indicare; *in R. Salomone.*

In-

נָזַף Increpare, objurgare, reprehendere, redarguere. Gen. 37. 10. Jerem. 29. 27. Nah. 1. 4.

נְזוּף Increpatio, objurgatio, reprehensio. Eccleſ. 7. 7.

נְזִיפוּתָא Idem. Eccleſ. 10. 12.

מְזוּפִיתָא, מְזוּפְיתָא Idem. Iſa. 23. 19. *item* perditio, exilium. Deut. 28. 20.

נָזַק Nocere, lædere, damno afficere. Pſal. 91. 7. lædi, damno affici. Dan. 6. 2. *Aphel* אַנְזִיק lædere, nocere. 2. Reg. 15. 20. הַמַּזִּיק damnum inferens, nocens. *Ithphehal* אִתְנַזִּיק damno affici. Eſth. 1. 8. *in Targum ſecundo.*

נִזְקָא, נְזָק Damnum. Joſ. 10. 21.

אַנְזָקָא Damnum, detrimentum. Eſth. 7. 4.

מַזִּיקָא Dæmon. Cant. 8. 3. *Plur.* מַזִּיקִין Dæmones, *ita appellati, quaſi nocentes.* כּוֹכָבִים מַזִּיקִין Stellæ nocentes. *Emphat.* מַזִּיקַיָּא Dæmones. Pſal. 91. 5. *Conſtr.* מַזִּיקֵי Dæmones. Pſal. 91. 5.

נָזַר Separare ſe, ſeparari. Num. 6. 2. abſtinere. Num. 6. 3. *Ithpahel* אִתְנַזַּר idem. Num. 6. 3. *Aphel* אַנְזַר ſeparare ſe. Num. 6. 6.

נְזִירָא Naziræus, ſeparatus. Num. 6. 2. *Veneta Biblia* נְזִירוּ Naziræatus. *Plur. cum aff.* נְזִירֵיהָא Naziræi ejus. Thren. 4. 7. *In Talmudis Tractatu* פְּסָחִים Peſachìm fol. 42. *habetur ſententia proverbialis de occaſionibus peccatorum declinandis,* נְזִיר סָחוֹר סָחוֹר לְכַרְמָא לָא תִקְרַב *h. e.* Naziræus es, circum circum ito, ad vineam ne appropinques.

נְזִרָא Naziræatus, ſeparatio: coma, cæſaries, pili. Cant. 5. 2. *Plur.* נְזִרִין.

נְזִירוּ, נְזִירוּת Idem.

נָזִיר Naziræus, religioſus, ſeparatus: abſtemius. Numer. 6. 13. *Plur.* נְזִירִים Naziræi. Amos 2. 11. *Naziræi quaſi ſeparati dicti, ut liberius Legi addiſcendæ, & Religioni ſervandæ vacarent, certo vivendi inſtituto, ac ratione, non opinionibus, ſententiiſque a reliquis Judæis ſejungebantur. Prohibitum quippe ipſis vinum bibere, & res quaslibet e vite originem trahentes, ad cadaver mortui accedere, & caput tondere. Quod ſi quis Naziræus forte pollueretur propter hominem repentina morte correptum, tenebatur ſe expiare, die ſeptimo poſt pollutionem capite raſo, octavo vero Sacerdoti duobus turturibus, aut duobus pullis columbarum oblatis. Porro quamvis* נְזִירִים Naziræi *Deo eſſent dicati, ſacra tamen non tractabant. Eorum* בֶּגֶד indumentum *erat hirſutum, & e pilis conſtans. Hujuſmodi autem veſtis in Veteri Teſtamento erat Prophetis propria, ut ex Zacharia colligitur. Hinc Elias ipſum ad necem quærentibus deſcribitur vir piloſus, & cingulo pelliceo accinctus. Itaque ideo Naziræi præter capillos, & barbam intonſam viliſſimis veſtimentis utebantur, ut, rebus omnibus contemptis, ſe totos pietati, religioni, cultuique divino mancipatos oſtenderent. Porro Naziræi alii erant votivi, qui ſponte, & propria voluntate Deo ſe dicabant; alii vero erant nativi, qui a Deo ſeparabantur ab utero matris, ſicuti Joannes Baptiſta in Novo Teſtamento, & Sampſon in Veteri. Rurſus alii erant Naziræi ad tempus, quorum Naziræatus appellabatur dierum, a Rabbinis ſpatio unius menſis circumſcriptus, fortaſſe juxta conſuetudinem Abſalonis, qui cæſariem trigeſimo quoque die ſibi tondebat; quo tempore præterito, oblationibus præmiſſis, ad oſtium Tabernaculi capillos ſecabant, iiſque in ignem injectis, voto ſe liberabant; alii vero totius vitæ tempore Naziræorum leges ſervabant, vocabanturque Naziræi ſeculi. Tres potiſſimum Naziræi apud Hebræos inveniuntur, ſcilicet Sampſon, Samuel, & Jacobus Juſtus frater Domini. Neque vero putes, Joſephum Geneſeos cap. 49. v. 26. Naziræum inter fratres dictum Naziræum revera*

fuiſſe, certæque vivendi rationi devotum, & addictum. Ita enim Joſephus appellatur propter vitæ ſanctitatem, dignitatem, ac poteſtatem, qua cæteris fratribus longe antecellebat. Hinc Septuaginta verba Sacri textus נְזִיר אֶחָיו *h. e.* Naziræum inter fratres *reddiderunt* δοξασθεὶς ἐπ' ἀδελφοῖς glorificatum in fratribus. *Præterea inter Naziræos, & Nazarenos, ſive Nazaræos maximum diſcrimen interceſſit, cum Nazareni vulgo dicerentur, qui ab urbe Nazareth originem trahebant. Quapropter ex eo, quod Divus Paulus Actor. cap. 24. v. 5. peſtis, & princeps Nazarenorum per contemptum dicitur, non eſt inferendum, Criſti fideles Nazarenos eo loci appellatos, quaſi ſectam aliquam, & ſocietatem peculiari quadam vitæ ratione conſtituerent, ſed tantummodo, quod eſſent a Nazareth. Quamquam progreſſu temporis Nazarenorum nomen impoſitum eſt Moſem, & Chriſtum, Legem, & Evangelium, Baptiſmum, & Circumciſionem eodem vinculo connectentibus, & cum Evangelio leges ceremoniales religioſe admodum, & exacte obſervantibus. Contra hos ab Apoſtolis celebratum Concilium Actor. c. 15. in quo neque circumciſionem, neque cætera legalia neceſſario ſervanda eſſe decreverunt. Animadvertendum, in Vulgata Nazaræum pro Naziræo ſæpe uſurpari.*

De Naziræis vide Majemonidem in הלכות נזירות *part. 3.*

Quærentes multi, utrum Joſephus loco Geneſeos citato נְזִיר אֶחָיו Naziræus inter fratres *dictus proprie Naziræus fuerit, multa afferunt, ut probent, eum revera talem fuiſſe. Alii volunt, eum Naziræum appellatum, quod nullum umquam cum fratribus ſuis commercium habuerit, ſive domum paternam ſpectes, ſive ejus receſſum in Ægyptum, ſive moram in aula Pharaonis. Alii ita dictum contendunt, quod morum innocentia, & probitate a reliquis fratribus ſejunctus fuerit. Alii Naziræi nomen ipſi tributum autumant, quod in carcerem conjectus, ibique diu detentus comam alere inſtar Naziræi coactus fuerit. Verum nulla ex his ſententiis nobis arridet LXX. opinionem ſequentibus.*

נַחַל, נַחֲלָא Vallis. Num. 13. 24. torrens. Iſa. 30. 28. fluvius, flumen. Pſal. 74. 15. *Plur.* נַחֲלִין, נַחֲלַיָּא torrentes. Iſa. 11. 15. Eccl. 1. 7. *Conſtr.* נַחֲלֵי Pſal. 74. 15.

נְחִיל Confluxus, collectio. *Metaphorice* examen apum. *At* Deut. 21. 8. נְחִיל דְּמוֹרָנִין examen vermium, *in Targum Jonathanis.*

נְחִילוֹת *Nomen inſtrumenti muſici, vel carminis, ad cujus melodiam Pſalmus decantabatur.* Pſal. 5. v. 1. *Munſterus* lyram *vertit. Apud Rabbinos* נְחִיל bombum *ſignificat, quem apes edere ſolent, ex cujus ſoni ſimilitudine volunt dictum fuiſſe hoc inſtrumentum. Hoc autem nomen ab Arabibus mutuati ſunt. Apis enim ipſorum lingua dicitur* نحل. *Quare omnes Rabbini, & Philo-Hebræi* נְחִילוֹת *nomine quoddam inſtrumenti muſici genus, aut modulationem deſignari contendunt. Divus autem Hieronymus cum Septuaginta, Auguſtino, & reliquis Sanctis Patribus tum Græcis, tum Latinis exponit* hæreditatem, *ejus ſignificationem ſumendo a Verbo* נָחַל hæreditatem adire. *Et ſane ille Pſalmus decantatus eſt pro recuperanda hæreditate, quia, reverſo David in Jeruſalem, adhuc Siba, aliique contra eum inſurrexerunt.*

נִחַם *Pahel.* Solari, conſolari. Gen. 50. 21. *Ithpehal* אִתְנַחֵם Conſolationem accipere. Ezech. 31. 16. pœnitere. *Ithpahel* אִתְנַחֵם idem. *Apud Rabbinos formula conſolandi lugentes* תנוחמו מן השמים conſolationem accipiatis e Cœlo, *nimirum* Deo; *h. e.* Deus vos conſoletur, ſit ſolatium veſtrum.

נְחָמָא, נֶחָמָא Conſolatio. Iſa. 33. 20. *Plur.*

Plur. נַחֲמָן, נֶחֱמָן, נֶחֱמָתָא consolationes. Joel. 2. 14. Job 15. 11.

נִיחֲמוּת Idem. Pſal. 18. 29.

תַּנְחוּמָא, תַּנְחוּמְתָא Idem. Job 6. 10. *Plur.* תַּנְחוּמִין, conſolationes. Iſa. 57. 18.

נחר נְחִירָא Naſus. *Plur.* נְחִירִין, נְחִירֵי nares. Eſth. 3. 8. *in Targum ſecundo.*

נְחַר Nares diſcindere mactando. Num. 22. 40. *in Jonathane.*

נחש Augurari, conjicere, ominari. 2. Reg. 17. 17. *Pahel* נַחֵשׁ Idem. Levit. 19. 26. *Partic.* מְנַחֵשׁ augur. Deut. 18. 10.

נַחַשׁ, נַחֲשָׁא, נְחָשׁ Conjectio, augurium, omen. Deut. 18. 10. *Plur.* נַחֲשִׁין, & נְחָשִׁין auguria. *Emphat.* נַחֲשַׁיָּא auguria. Num. 23. 23. & נְחָשַׁיָּא Num. 24. 1.

נְחָשָׁא, נְחָשָׁא Æs, cuprum. Dan. 2. 32. Thren. 3. 7.

נְחוּשְׁתָן *Nomen ſerpentis ænei, quem Rex Ezechias confregit.* 2. Reg. 18. 4.

נַחְשַׁרְכָן Otioſus. *Aruch, & Elias legunt* נַחְשַׁדְרָכָן *per* ד. Geneſ. 25. 27.

נחת Deſcendere. Ruth 3. 6. Jonæ 2. 7. *Aphel* אַחֵת Demittere, dejicere, deponere, detrudere, deturbare, deferre, deportare, deducere. Geneſ. 2. 5. 1. Sam. 6. 15. imponere. Ezech. 23. 15. *Cum Cholem ab initio* אוֹחִית. Pſal. 78. 16. *Ex Hophal* הֻנְחַת Deſcendere factus, depoſitus eſt. Dan. 5. 20. *Ithpehal* אִתְּחַת Dejici, deprimi, detrudi, detrahi, deduci. Geneſ. 39. 1. Iſa. 14. 11.

נַחֲתָא, נַחֲתָת Deſcenſus, deſcenſio. Pſal. 110. 3.

אֲנָחוּת Idem. Exod. 16. 14. *in Jonathane.*

מַחֲתָנָא, מַחֲתָן Deſcenſus, declivitas, locus declivis. Joſ. 7. 5.

מַחוֹתִית Idem. Iſa. 15. 15. *Plur.* מַחוֹתִין Deut. 28. 43. *in Jonathane.*

מַחֲתִית Idem. Jerem. 48. 5.

נַחְתּוֹמָא, נַחְתּוֹם Piſtor. Gen. 40. 17. Hoſ. 7. 4. *Plur.* נַחְתּוֹמַיָּא, נַחְתּוֹמִין piſtores. Jerem. 37. 21. *Conſtr.* רַב נַחְתּוֹמֵי princeps, magiſter piſtorum. Geneſ. 40. 2.

נטל Levare, elevare. Gen. 29. 1. Pſal. 102. 11. tollere, attollere, ferre, auferre, portare, deportare, geſtare, imponere. Ruth 1. 4. Iſa. 46. 1. 1. Sam. 16. 21. Dan. 4. 31. proficiſci. *Pihel* נַטֵּל idem. *Ithpehal* אִתְנְטַל levari, elevari, portari, tolli, attolli, extolli, efferri. Jerem. 10. 5. 2. Reg. 20. 27. attollere, extollere ſe: auferri. Job 4. 21. *Ithpahel* אִתְנַטַּל Idem. Exod. 15. 1. *Aphel* אַטֵּיל amovere, transferre.

נְטוּל Pondus. Prov. 27. 3.

נְטִילָא, נַטְלָא, נְטָלָא Gutturnium. Exod. 30. 19. Num. 5. 17.

נְטָלָא Profectio. Pſal. 55. 9. *ubi* מְוֹעֲפָא נְטָלָא *alii explicant* a tempeſtate profectionis; *alii* a vento proficiſcente.

אַטְלוּת Levatio, elevatio. Levit. 20. 12.

מַטְלוֹת Idem. Exod. 35. 2. *in Jonathane.*

מַטַּל, מַטְלָא, מַטָּל Onus, pondus, ſar-

cina: prophetia, *quæ calamitates minitatur*. Isa. 13. 1. & 21. 1. *Nonnumquam scribitur* מַטַל, *ut* Nahum 1. 1. *sed male*.

מַטּוּלָא, מַטּוֹל Onus, pondus, sarcina. Num. 11. 17. profectio. Deut. 10. 11. *Plur.* מַטּוּלִי, מַטּוֹלִין onera. Isa. 46. 1.

מַטְלָן Profectio, discessus. *Plur.* מַטְלָנִין, מַטְלָנֵי profectiones. Num. 10. 28. *Cum aff.* לְמַטְלָנֵיהוֹן juxta profectiones suas. Genes. 13. 3.

נְטַף Stillare, destillare. Psal. 72. 6. *Pahel* נַטֵּף Idem. Prov. 5. 3. *Aphel* אַטִּיף idem. Psal. 68. 9.

נְטוֹפָא, נְטוּפָא Gutta, stilla: stacte, resina, opobalsamum. Exod. 30. 34. *Plur.* נְטוּפִין guttæ. *Emphat.* נְטוּפְיָתָא. *In Tractatu Talmudis* נְטִין Gittin fol. 69. *Ex Dioscoride lib.* 1. Stacte *nihil aliud est, quam pinguedo myrrhæ recentis incisæ, cui modica aqua immiscetur, quæ admodum odorifera sit, deinde in mortario tunditur, ac deteritur, & ex ea unguentum fit. Sic autem dicitur* Stacte *a Verbo* נְטַף stillare, *quia stillat ex arbore cæsa*.

נְטִיפוֹת Myrothecidia, guttatoria, *vasa aurea, in quibus asservabatur* נְטָף Stacte, *sive* opobalsamum, *quæ collo mulierum appendebantur, juxta illud Juvenalis Satyra* 2.

..... Sed tamen unde
Hæc emis hirsuto spirant opobalsama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernæ.

Item torques, *quæ ex margaritis conficiebantur*. *In* מִקְרָא Isa. 3. 19. Jud. 8. 26. monilia *D. Hieronymo*.

נְטַר Servare, conservare, observare, custodire. Genes. 37. 11. Jos. 24. 17. *Pahel* נַטֵּר idem. Psal. 37. 28. *Ithpehal* אִתְנַטַּר servari, conservari, custoditi. Hos. 12. 13.

נָטוֹר, נָטַר Custos, conservator. *Plur.* נָטְרִין custodes. *Constr.* נָטְרֵי, & נָטוֹרֵי & נְטוֹרֵי custodes. Deut. 19. *Fœm.* נָטְרָא conservatrix.

נְטִיר Observabilis. Exod. 12. 42. custodia, conservatio. בִּנְטִיר Cum custodia, clam, secreto. Job 4. 12.

מַטַרְתָּא, מַטְרָא Custodia, vigilia, observatio, carcer. Ezech. 38. 7. 1. Sam. 14. 13. *Plur.* מַטָּרָן, מַטְרָתָא custodiæ. Psal. 63. 7. & 119. 148.

מַטְרוּתָא, מַטְרוּת Idem. Exod. 14. 24.

מַנְטַר, מַנְטָר Pallium. Exod. 24. 31. Levit. 8. 7.

נְטַשׁ Dimittere, deserere, derelinquere. Psal. 94. 14.

נִיב *Plur.* נִיבִין Dentes molares. Deut. 34. 7. *in Jonathane*. *Constr.* נִיבֵי Job 29. 17. *Hebraice* מַלְתָּעוֹת.

נִין Netum. Deut. 22. 11. *in Jonathane*. *Corruptum est a radice Græca νέω*.

נִים, נִימָא Filum, funiculus, nervus, chorda. Psal. 11. 2. pilus *Talmudicis tum capitis, tum barbæ*. *Plur.* נִימִין, נִימַיָּא fila. Psal. 6. 1. & 33. 2. *Constr.* נִימֵי fila. Job 30. 11. *in Bibliis Venetis*.

נִיס, נִיסָא, נְסָא Insula, regio, provincia. Isa. 23. 2. *Plur.* נִיסִין. in-

insula. *Constr.* נִיסֵי insulæ. Amos 9. 3. *Talmudistis* נְסִין insulæ *sine Jod*.

ניר Arare, agrum de novo proscindere. 1. Sam. 8. 12.

נִיר, נִירָא Aratio; jugum. Deut. 21. 3. Jerem. 27. 12. Numer. 19. 2. *Cum aff.* נִירֵיהּ jugum ejus. Genes. 27. 10.

נכל Machinari, dolose, callide, fraudulenter cogitare, *vel* agere. Num. 25. 18. *In Targum solet verti per* חֲשַׁב cogitare. *Pahel* נַכֵּל Idem. Psal. 12. 3.

נָכִיל Fraudulentus, dolosus. Jerem. 17. 9. *Fœm.* נָכִילָא dolosa. Jerem. 9. 3. *Emphat.* נְכִילְתָּא dolosa, *ut* לִישָׁנָא נְכִילְתָּא lingua dolosa. Psal. 120. 3.

נְכָלָא Fraus, dolus, versutia. Psal. 24. 4. *Plur.* נְכָלִין, נְכָלֵי fraudes. Mich. 6. 12.

נְכִילוּת, בִּנְכִילוּ Idem. Isa. 53. 9. בִּנְכִילוּ dolose, fraudulenter. Exod. 21. 14. Jerem. 9. 4.

נְכָלוּתָא Idem. Psal. 10. 2.

נכס Mactare, mactatum immolare, sacrificare, jugulare, occidere, trucidare. Isa. 57. 5. Levit. 9. 15. *Ex Pahel Infinitivo* לְנַכָּסָא ad sacrificandum. 1. Sam. 10. 8. *Ithpehal* אִתְנַכַּס mactari, jugulari, immolari. Levit. 19. 6. *Ithpahel* אִתְנַכֵּס idem.

נִכְסָא, נִכְסְתָּא Victima, hostia, mactatio, sacrificium. Genes. 31. 54. Isa. 34. 6. *Plur.* נִכְסָן, נִכְסָתָא, & *masc.* נִכְסִין victimæ. Exod. 32. 6. *Constr.* נִכְסַת hostiæ. Exod. 18. 12.

נְכַס, נֶכֶס Substantia, opes, facultates. *Plur.* נִכְסִין, נִכְסַיָּא substantiæ. Esdræ 7. 26. Deut. 8. 17. *Constr.* נִכְסֵי Esdræ 6. 8. *Cum aff.* נִכְסֵיהוֹן facultates ipsorum. Mich. 4. 13. *Talmudistis in* בָּבָא בַּתְרָא *fol.* 54. נכסי הגוים הם כמדבר כל המחזיק בהן זכה בהן *h. e.* Omnes facultates gentilium, *videlicet* Christianorum, sunt instar deserti, *nimirum ut communia*, & *publica*; qui primus eas occupat ipsarum dominus est. *Hillel autem in* פִּרְקֵי אָבוֹת Capitulis Patrum cap. 2. מרבה נכסים מרבה דאיגה *h. e.* Qui multiplicat opes, multiplicat curas.

נכר נָכְרִי, נָכְרָאָה, & נוּכְרַאי, נוּכְרִיָּא, נוּכְרָאָה Alienus, extraneus, peregrinus, alienigena. Deut. 17. 15. Prov. 27. 2. Exod. 2. 22. *Plur.* נָכְרָאִין & נוּכְרָאִין alieni. Thren. 5. 2. Obad. 11. *Fœm.* נָכְרָאָה, נוּכְרִיָּא, נָכְרָאָה, & נוּכְרִיתָא aliena, extranea. Exod. 2. 22. Prov. 2. 16. & 6. 24. *Plur.* נוּכְרָן extraneæ. Gen. 31. 15.

נכת Mordere. Eccles. 10. 8. Amos 5. 19. *Ithpehal* אִתְנְכַת morderi. Num. 21. 9. *in Targum Hierosolymitano*.

נוּכְתָא, נוּכְתָא Usura, *a mordendo ita dicta*. Prov. 28 8.

נְכוּתְמָא Operculum vasis, *vel* poculi. Numer. 31. 23.

נלס נִילוּס Nilus, *fluvius Ægypti celebris*. Zach. 14. 18. Gen. 15. 18. *in Jonathane*.

נמס נִימוּסָא, נִימוּס, נִימוּסָא Lex,

Lex, statutum; consuetudo, mos, ritus; jus, judicium, *a Græco* νόμος. Genes. 19. 31. 1. Sam. 8. 6. *Plur.* נִימוּסִין, נִימוּסֵי leges. Levit. 20. 23.

נמף נִמְפָּה, נִמְפֵּי, נִנְפֵּי, נִנְפָּה Nympha, sponsa, *Græce* νύμφη. Cant. 4. 8.

נָמֵר, נְמַר, נִמְרָא Pardus. Jer. 5. 6. Isa. 11. 6. *Plur.* נְמֵרִין, & נִמְרִין pardi. Cant. 4. 8.

נְמוֹר Varium, variis maculis distinctum. Genes. 30. 32. *Plur. masc.* נְמוֹרִין & *fœmin.* נְמוֹרָתָא Genes. 30. 35.

ננס נַנִּיס Nanus, pumilio. Levit. 21. 20. *pro Hebræo* דַּק gracilis.

ננף נִנְפֵּי *Vide paulo ante in* נמף.

נְסָא Attollere, exaltare, extollere. *Ithpahel Infinitivus* לְאִתְנַסָּאָה ut exaltentur. Psal. 60. 6.

נְסַב Accipere, capere, suscipere, assumere, tollere, auferre. 2. Reg. 6. 7. Judic. 17. 12. *Si conjungatur cum voce* אַפָּא, *vel* אַפִּין *significat* personas accipere, vultus, simulare. Isa. 3. 3. *Ithpehal* אִתְנְסַב capi, sumi, assumi, accipi, tolli. *Ithpahel* אִתְנַסֵּב idem. *Aphel* אַסַּב accipere. *Participium* וּמַסִּיב & accipit. Genes. 4. 8. *in Jonathane. Hinc etiam* לְאַסְאָבָא ad dandum, *cum* א *in medio, quasi a* סאב. Genes. 29. 22. *in Jonathane.*

נְסִיב, נְסִיבָא, נְסִיבְתָּא Acceptum, census, vectigal, tributum, pars, portio numerata, & certa. Numer. 31. 28. *Item* promissio, oblatio, donum voluntarium. Levit. 22. 23. *Plur.* נְסִיבָן, נְסִיבָת oblationes voluntariæ. *Cum aff.* נְסִיבַתְהוֹן dona spontanea ipsorum. Levit. 22. 18.

נסה *Pahel* נַסִּי Tentare, probare, experiri, periculum facere. Genes. 22. 1. *Aphel Præteritum* וְאַנְסִיאוּ & tentarunt. Psal. 78. 56. *Participium cum* ה *characteristico*, מְהַנְסֵי tentans. Genes. 22. 1. *Ithpahel* אִתְנַסֵּי tentari, probari; *in Talmud Hierosolymitano.*

נִסָּא, נִסְתָּא, נִסֵּיתָא Tentatio: experientia. 1. Sam. 17. 39. *Item nomen proprium loci.* Exod. 17. 6. Deut. 33. 8. *ubi Israelitæ Deum temere tentarunt.*

נִסָּא Experientia: tentatio, probatio. *Plur.* נִסִּין tentationes. Exod. 15. 25.

נִסָּיוֹן, נִסְיוֹן, נִסְיוֹנָא Tentatio, probatio, periculum, experientia. Exod. 15. 25. *Plur.* נִסְיוֹנִין tentationes. *Rabbinis usitatissimum, ac frequentissimum* בנסיון מצאנו *h. e.* In experientia reperimus, אין חכם כבעל הנסיון nullum esse ita sapientem, sicuti est dominus experientiæ, qui ipsemet rem expertus est. *Plur. fœm.* נִסְיוֹנוֹת tentationes. *In cap.* 5. פִּרְקֵי אָבוֹת Capitulorum Patrum עשרה נסיונות נתנסה אברהם אבינו ועמד בכולם להוריע כמה חבתו של אברהם אבינו *h. e.* Decem tentationibus tentatus fuit Abraham pater noster, & perstitit in omnibus, ut innotesceret, quanta esset dilectio Abrahami. *Ibidem etiam* עשרה נסיונות נסו אבותינו את המקום במדבר שנ׳ וינסו אותי וכו׳ *h. e.* Decem tentationibus tentarunt Deum pa-

patres noſtri in deſerto, ſicut dicitur Numer. 14. 22. Et tentaverunt me per decem vices.

נָסַח Amovere, avellere, evellere, extirpare, transferre. Judic. 14. 11. *Pahel* נִסַּח Idem. *Ithpehal Futurum* אִתְנַסַּח avelletur. Eſdræ 6. 11.

נָסַךְ Fundere, effundere, perfundere, libare. Jerem. 32. 29. *Pahel* נִסֵּךְ Idem. Geneſ. 35. 14. *Ithpahel* אִתְנַסֵּךְ libari. Numer. 28. 7.

נֶסֶךְ, נְסָכָא Fuſio: libamen. *Plur.* נְסָכִין, נִסְכֵי libamina. Joel. 1. 9. *Cum aff.* נִסְכֵיהֶן libamina eorum. Num. 6. 15. *Ab Hebræis* יֵין נֶסֶךְ vinum libaminis *vocatur, quod Idololatriæ inſervit, ac propterea ſecundum ipſorum ſententiam etiam illud, quod Chriſtiani in Sacra cœna Domini adhibent. Qui audet illud apud ipſos bibere, acriter vapulat, cum juxta Deuteron.* 32. 38. *illud vetitum cenſeant* אֲשֶׁר חֵלֶב זִבְחֵימוֹ יֹאכֵלוּ יִשְׁתּוּ יֵין נִסְכָּם *h. e. juxta Vulgatam*, de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. *Generatim etiam Chriſtianorum vinum quodlibet ab iiſdem appellatur* יֵין נֶסֶךְ vinum libaminis, *quia ſuſpicantur, ex eo Idololatriæ libatum eſſe.*

נְסוּךְ Idem. *Plur.* נְסוּכִין libamina. Num. 4. 7.

נָסַס Turbari, conturbari, perturbari, dolore affici. Eſth. 4. 17. *Ithpebal* אִתְנַסַּס & אִתְנְסִיס idem. Geneſ. 34. 7. 1. Sam. 30. 24. *Pahel* נִסֵּס turbare, perturbare. 2. Reg. 4. 28.

נְסִיס Turbatus, perturbatus; indignabundus. 1. Reg. 21. 4. perturbatio, indignatio. Eccleſ. 5. 16. dolor, afflictio. *Plur.* נְסִיסִין perturbati. Gen. 40. 6. *Fœmin.* נְסִיסָא perturbata. Eſth. 5. 2.

נֵס, נְסָא Vexillum, ſignum militare: miraculum. Pſal. 60. 6. *Talmudiſtis etiam* velum, vexillum nauticum. *Plur.* נְסִין miracula. Hoſ. 2. 15.

נְסִין Idem. Numer. 26. 10. *in Jonathane.*

נָסַק Scandere, aſcendere, conſcendere. Geneſ. 32. 24. Judic. 11. 13. *Aphel* אַסֵּיק aſcendere facere, educere, producere, reducere, afferre, efferre, offerre, attollere, extollere. 1. Sam. 12. 6. Iſa. 57. 6. aſcendere. Pſal. 132. 3. adolere, accendere, incendere, ſuccendere. Levit. 9. 10. Hoſ. 2. 13. *Hophal* הֻסַּק educi. Dan. 6. 23. *Ithpahel* אִתַּסַּק offerri. 1. Sam. 2. 15. adoleri, accendi, incendi, comburi. Iſa. 56. 7.

מַסּוּקְיָתָא, מַסּוּקִית Aſcenſus, gradus, ſcala. Iſa. 15. 5. Num. 34. 4. *Plur.* מַסּוּקִין, & מַסּוּקָן ſcalæ, gradus. Deuter. 28. 47.

מַסְקָנָא, מַסְקָן Idem. Joſ. 10. 10. Numer. 34. 4. *Rabbinis* epilogus, concluſio, rei ſumma.

מַסִּיקִין *Vide in* מסק.

נָסַר Incidere, ſecare, diſſecare, ſerrare. Exod. 14. 25. Pſal. 29. 7. *In* ויקרא רבא VajiKrà Rabbà, *hoc eſt* Commentario magno in Leviticum *ſect.* 14. *legitur* ונסרו ונעשה שניהם נביים גב

לזכר וגב לנקבה Et diſſecuit ipſum, & factus eſt duo corpora, corpus unum in maſculum, & corpus alterum in fœminam. *Hujuſmodi præpoſtera, & impia ſententia fuit Rabbinorum quorumdam, qui falſo docuerunt, Adamum primum omnium parentem a Deo androgynum creatum fuiſſe, poſtea ſectione, ſive ſerratione per medium in duo diverſa corpora diviſum. Sed quis umquam temeritatem pervicacium hominum ſine maxima indignatione ferat, cum Sacræ litteræ apertiſſime dicant Geneſ. 1. v. 27.* וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם בְּצַלְמוֹ בְּצֶלֶם אֱלֹהִים בָּרָא אֹתוֹ זָכָר וּנְקֵבָה בָּרָא אֹתָם: *h. e.* Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creavit illum; maſculum, & fœminam creavit eos? *Sexcentas ſimiles fabulas in libris ſuis Rabbini facili, & indoctæ plebi obtrudunt, & propinandas præbent. De Propheta Iſaia ſerra diſſecato vide Hebræorum traditionem in Talmudis Babylonici Tractatu* יבמות Jevammot *fol.* 49. & סנהדרין Sanhedrìn *fol.* 103. & *in* שלשלת הקבלה Schalſcèlet haKabbalà *fol.* 19.

נְסָרָא, נְסָר Tabula, aſſer. *Plur.* נְסָרִין aſſeres. 1. Reg. 7. 30.

נִיסְרוֹי Eſth. 3. 8. *in Targum ſecundo* כְּמַרְעַם דַּעֲבַד מַלְכָּא בְּנִיסְרוֹי. *Legunt nonnulli* בְּנִיסְרוֹי *per* ר, *derivantes a* סור, *voluntque hunc eſſe ſenſum*: Sicut facit Rex in arcano conſiliariorum ſuorum. *Sed melius deduces ab Hebraico* נוסָר conſulere, *rectiuſque leges* בְּנוֹסָרוֹי cum conſiliariis ſuis.

נעא Germinare, florere, efflorescere. Numer. 17. 20. & 23. Pſal. 103. 15. *in Bibliis Regiis.*

נַעֲוָא Torcular, lacus torcularis. *Plur. emph.* נַעֲוָיָא torcularia. Joel. 2. 24. *Cum aff.* נַעֲוָתֵהּ torcularia ejus. Gen. 49. 12.

נעל Calceare. *Hinc* נְעִיל calceatus. Deut. 25. 9. *Hebraice* נָעַל claudere ſera, *vel* peſſulo, peſſulum obdere.

נְעִילָה Obſeratio. *Apud Talmudicos legitur, conſuevisſe Sacerdotes ter ſingulis annis manus ſuas attollere diei tempore, videlicet mane, in* מוסָף *h. e.* auctario temporis matutini, *veſpere,* ובנעילת שערים & in obſeratione portarum, *videlicet Templi, ut nonnulli Rabbini ſenſerunt. Appellatur etiam ita* נְעִילָה *precatio quædam, quam eo tempore Hebræi recitant, vulgo ab iis dicta* תְּפִילַת נְעִילָה precatio obſerationis. *Hinc legitur apud Majemonidem in Statutis* תפילה *cap.* 1. Sic ordinarunt precationem aliam poſt precationem veſpertinam prope occaſum Solis, in die צום *jejunii*, & hæc eſt precatio illa, quam vocant תפילת נעילה *precationem obſerationis, q. d.* Obſeratæ ſunt portæ Cœli Soli, & abſconditus eſt (*Sol;*) ideo ea non utuntur, niſi ad occaſum Solis.

נעם Amænum, jucundum, ſuave eſſe. *Hinc*

נְעִימָא Jucunditas, ſuavitas. *Conſtr.* נְעִימַת Eſth. 1. 2. *in Targum Secundo.*

נַעֲמָא Ulula. *Plur.* נַעֲמִין, נְעַמְיָא ululæ. Mich. 1. 8.

Idem.

נְעַמִּירָא Idem. Levit. 11. 16. Job 30. 29. *Nonnullis* ſtruthiocamelus.

נָעַץ, נָעִיץ Figere, defigere, infigere. Gen. 30. 38. Jud. 4. 21. infigi, transfigi, perforari. *Ithpehal* אִתְנְעַץ idem.

נַעֲצוּצָיָא Virgulta. Iſa. 7. 19.

נָעַר Excutere, dejicere, movere, commovere. *Solet præſertim uſurpari in Conjugatione Pihel. Item* agitare: rudere.

נְעוֹרֶת Excuſſum, ſtupa lini. Iſa. 1. 31. *in Bibliis Regiis legitur* נְעֹרֶת.

נָפַח Spirare, inſpirare, flare, efflare, ſufflare, inſufflare, perflare. Job 41. 11. Iſa. 54. 16. *Pahel* נַפֵּחַ idem. Num. 5. 22. *Aphel* אַפֵּחַ idem. Iſa. 44. 12. *Item* anhelantem reddere. Job 31. 39. *Ithpahel* אִתְנַפַּח inflari. Job 19. 26.

נַפָּח, נַפָּחָא Faber. נַפָּח מְפַרְזְלָא Faber ferrarius.

מַפָּח, מַפָּחָא Sufflatio, inflatio, ſpiratio, inſpiratio, anhelitus. Thren. 3. 10. expiratio, mæror. Job 11. 20. Deut. 28. 65. ventris crepitus. *Plur.* מַפָּחִין ſufflationes. Pſal. 11. 6.

מַפּוּחַ, מַפּוּחָא Follis, uter.

נָפְטָא, נָפְטָא Naphtha. Pix. Exod. 14. 24. *in Targum Hieroſolymitano, & in Targum Eſther.* 1. 3. *In* גמרא Ghemarà *Talmudis Hieroſolymitani* Naphtha *diſtinguitur in* נפט אוכמא Naptham nigram, & חיורא albam. *Plutarchus in Alexandro ſcriptum reliquit*, Alexandrum, cum Babyloniam abiret, cum admiratione ſpectaſſe inter cætera ⸀ τὸ ῥῶμα ⸁ νάφθα λιμνάζοντος διὰ πολλῆς, *vocatque idem Plutarchus* τὸ τ Μηδείας φάρμακον. *Hinc Suidas ait, eſſe vocabulam τεχνικὴν, nempe* ἡ νάφθα, ὁ νάφθας, & τὸ νάφθα: *eſſe in uſu dictionem hanc Medicis, Græcoque nomine appellari* Μηδείας ἔλαιον. *In Verſione Græca LXX. & in Vulgata* Dan. 3. 46. *de eo mentio injicitur, quo in loco D. Hieronymus ſcribit.* Salluſtius ſcribit in Hiſtoriis, quod Naphtha ſit genus fomitis apud Perſas, quo vel maxime nutriantur incendia. Alii oſſa olivarum, quæ projiciuntur cum amurca arefacta, Naphtha appellari putant. Unde & Græce πυθίνη dicitur ab eo, quod πῦρ ignem nutriant. *Hebræi autem per* נָפְטָא, *vel* נַפְטָא *intelligunt olei genus ab Auctore* עָרוּךְ Aruch *appellati* Petroleum, *quod adhibere vetitum Judæis in die Sabbati ex eo, quod tetrum odorem emittat. Cæterum* Petroleum, *Græce dictum* πετρέλαιον, *ex ſaxis emanat. De eo Henricus Stephan. in Theſauro linguæ Græcæ hæc habet.* Πετρέλαιον *Petroleum* dicitur a quibuſdam bitumen liquidum, quod effluat e ſaxis, vel quod eo ad lucernarum lumina olei vice antiqui uterentur. Scribit Platearius fieri, cum pinguedo terræ, & aquæ actione caloris in igneas partes convertitur, & inveniri ſuper lapides, quia per eos reſudet, & ex eis, & ſupra muros inveniri, ſed nigri coloris, poſtea vero per excoctionem fieri album. *Idem confirmat in Itinerario ſuo R. Benjamin, qui iter*

suum Roma Capuam describens, ומשם לפוצול הנקראת סוריינטו העיר הגדולה & inde Puteolos, quod *olim* vocabatur Surrentum, urbem maximam &c. *subjicit* וימצא שם השמן הנקרא פיטרוליו ומלקיטין אותו על פני המים ומשימין אותו רפואות *h. e.* Et invenitur illic oleum, quod vocatur Petroleum, & colligitur in superficie aquarum, & reponitur ad medicamenta. *Plura habentur passim in Ghemarà, in R. Bartenora, & R. Majemonide de Naphtha, quo curiosos lectores mittimus.*

נפך אַפַּךְ *Vide in littera* א.

נְפַל Cadere, concidere, decidere, excidere, incidere, procidere. Num. 14. 32. 2. Sam. 19. 14. dejicere, demittere se, ruere, irruere, corruere. *Aphel* אַפֵּל abjicere, dejicere, ejicere, projicere, prostrare. Psal. 78. 28. Esth. 3. 7. *Talmudicis, & Rabbinis* הִפִּיל abortire.

נְפוּלָא, נִפְלָא, נְפֵלָא Abortus, abortivum. Psal. 58. 9. *in Psalterio Nebiensi* sorex.

מַפָּלָא, מַפְּלָא Casus, ruina. Ezech. 32. 10. & 31. 13. *Constr.* מַפְּלַת. *Cum aff.* מַפַּלְתְּהוֹן ruinæ ipsorum. Prov. 29. 16.

נִפְלָא Orion, Arcturus, sidus cœleste. Job 9. 9. נְפִילִין Oriones. *Plur. cum aff.* ונְפִילֵיהוֹן Et Oriones, sidera eorum. Isa. 13. 10.

נִפּוּלָא Cantharus, *locustæ species*. Levit. 11. 22. *Item* deciduum. *Item* pullus avium *Talmudistis*.

נַפֵּס Excutere linum. Esth. 1. 11. *in Bibliis Venetis; ex Regiis abest.*

נְפַץ Spargere, dispergere: fundere, effundere, profundere. Judic. 7. 19. exprimere, excutere, elidere. Isa. 44. 13. contundere, comminuere dispergendo. *Pahel* נַפֵּץ idem. Jerem. 51. 34. *Ithpahel* אִתְנַפֵּץ Excuti, excutere se. Isa. 52. 2.

נְפַק Exire, egredi, prodire, procedere. Genes. 24. 5. 1. Sam. 18. 6. *Aphel* אַפֵּיק & אַנְפֵּק educere. Deut. 9. 28. producere, proferre, exportare, efferre, ejicere, emittere. Deut. 16. 1. Dan. 5. 2. impendere. Deut. 1. 12. *in Jonathane*. *Ithpahel* אִתַּפֵּק educi, produci. Ezech. 47. 8.

נָפֵק Exiens, egrediens: נָפֵק בַּר egrediens foras, meritorius, cinædus. *Hebraice* קָדֵשׁ. Deut. 23. 17. *Fœm.* נָפְקַת, נַפְקַת בָּרָא egrediens, discurrens, vaga, meretrix, scortum. Deut. 23. 17. *Plur.* נַפְקָת בָּרָא meretrices, scorta. 1. Reg. 15. 12.

נִפְקְתָא, נַפְקָא Sumptus, impensæ, expensæ. Esdræ 6. 4.

נְפַקְתָּא Projectura, prominens ædificii pars. 1. Reg. 6. 6. *Regia Biblia habent* נִפְקְתָא.

אַפּוֹקָא Productio, prolatio. *Plur.* אַפּוֹקֵי productiones. Levit. 26. 5. *Apud Talmudistas* לְאַפּוֹקֵי *significat* contra. Deut. 1. 12. *in Jonathane*.

אַפָּקוּת Idem. Numer. 30. 13.

מַפְּקָא Egestio, stercus, excrementum. בֵּית מַפְּקַת אֱנָשָׁא locus egestionis hominum, *sc.* latrina. 2. Reg. 10. 27. *Plur.* ster-

מַפְקָת, מַפְקַת ſtercora.

מַפְקָנָא, מַפְקָנָא Exitus, egreſſus, progreſſus. 2. Reg. 2. 21. *Plur.* מַפְקָנֵי, מַפְקָנִין exitus.

מַפְקָנוּת Exitus, egreſſus, egreſſio. Job 6. 15. prolatio, productio. Pſal. 107. 33.

נְפַשׁ Augeri, creſcere. Exod. 1. 6. *Ex Aphel Infinitivus ad formam Talmudicam* לְאַפּוּשֵׁי ad multiplicandum. Job 38. 15. *Alii legunt* לַאֲפוּשֵׁי, *quod poteſt etiam derivari a* פּוּשׁ.

נְפִישָׁא, נְפִישָׁא Multus, abundans. Deut. 25. 9. *in Jonathane. Item* multum. *Plur.* נְפִישִׁין multi.

נַפְשָׁא, נַפְשׁ, נַפְשָׁא Anima, animus; vita, corpus animatum. Gen. 1. 20. Levit. 19. 28. *Conſtr.* נַפְשַׁת Geneſ. 9. 5. *Cum affixis conjunctum ſignificat* ego ipſe, tu ipſe &c. *ut* נַפְשָׁךְ te ipſum, אֲנָא נַפְשִׁי ego ipſe &c. *Plur.* נַפְשָׁן animæ. Ezech. 13. 20. *Conſtr.* נַפְשָׁת Geneſ. 36. 6.

נִיפָשׁ Spatium. Geneſ. 32. 16. *in Jonathane.*

נְצָא, נְצָא Niſus, accipiter. *Aliis* ſtruthiocamelus. Job 39. 26. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo.*

נְצַב Plantare, conſerere. Deut. 20. 6. *Ex Aphel Infinitivus* לְאַנְצָבָא וָתֵד ad ſtabiliendum ſtimulum. 1. Sam. 13. 21. *Sed alii rectius a* יְצַב *deducunt, voluntque* נ *eſſe loco Daghes.*

נְצַב, נְצְבָא, נְצְבְתָא Plantatio, planta. Iſa. 5. 7. firmitas, durities. Dan. 2. 41.

נְצִיב Idem. *Plur.* נְצִיבִין plantationes. Pſal. 144. 12.

מַצָּב *Maſc.* Iſa. 5. 2. & מַצַּבַת *conſtr. fœm.* Idem. Mich. 1. 6.

נְצָה, נְצָא Jurgari, rixari, litigare, contendere, certare, decertare. Geneſ. 31. 36. Exod. 21. 22. *Ithpehal* אִתְנְצִי idem. Lev. 24. 10.

מַצָּא, מַצּוּת, מַצּוּ Jurgium, lis, rixa, contentio. Jerem. 15. 10. Geneſ. 13. 10. *Invenitur etiam* מָצוּ *cum Kametz.* Ruth 4. 6.

נְצַח Vincere, ſuperare, prævalere. Exod. 32. 18. Iſa. 9. 2. *Pahel* נַצַּח idem. Numer. 16. 14. *Ithpehal* אִתְנַצַּח, & אִתַּנַצַּח *ex Ithpahel* prævalere, ſuperare. Dan. 6. 3. Ezech. 31. 5.

מְנַצַּח Præfectus, victor, & in re muſica præcentor. *Vox hæc* מְנַצֵּחַ *in titulo* Pſal. 4. *Interpretes in diverſa trahit. Alii nomen, alii Participium eſſe volunt, variamque ipſi ſignificationem tribuunt. D. Hieronymi tamen, & Aquilæ verſio magis arridet, qui* vincentem *expoſuerunt. Itaque ſenſus eſt; Pſalmum hunc canendum citharœdorum peritiſſimo traditum fuiſſe, qui alios cantu vinceret. Ex verſione vero Symmachi, & Theodotionis colligitur, eos ſenſiſſe, Pſalmum hunc poſt partam de Abſalone victoriam a Davide fuiſſe decantatum. Rabbinis nonnullis eſt genus cantus. Apud ipſos autem decem ſunt cantus genera:* נָגוֹן *ſc.* Inſtrumenta muſica, quæ manu, & plectro pulſabantur, *unde deductum* נְגִינוֹת; מִזְמוֹר Pſalmus; הַלְלוּיָהּ Alleluja; הַשְׂכֵּל Inſtructio; אוֹרָאָה Gratiarum actio; בְּרָכָה

Be-

Benedictio; תְּחִלָּה Hymnus; תְּפִלָּה Oratio; שִׁיר Canticum; & נְצוּחַ Victoria, *unde deducitur* מְנַצֵּחַ. *Septuaginta* εἰς τὸ τέλος *vertentes nominis* לְנֶצַח in æternum *rationem habuerunt, quasi perpetuo hic Psalmus canendus esset.*

נִצְחָן, נִצְחָנָא Victoria, triumphus. Judic. 7. 18. גֶּבֶר נִצְחָן vir victoriæ, victor. Job 22. 8. *Plur.* נִצְחָנִין victoriæ. Judic. 5. 16. *Constr.* נִצְחֲנֵי victoriæ. Exod. 14. 12. 25. *in Jonathane.*

נִצְחָנוּת Idem. Deut. 7. 19. *in Jonathane.*

אִתְנַצָּחוּת Idem. Ezech. 31. 5.

נָצַל *Pahel.* Eruere, eripere, liberare. *Aphel* אַצֵּל idem. Dan. 3. 29. *Ithpahel* אִתְנַצַּל eripi, liberari, liberare se. *Apud Rabbinos* defendere se, se excusare.

נָצַף Pipire, mussitare, garrire. *Pahel* נַצֵּף Idem. Isa. 8. 19. *Item* saltare. Isa. 13. 22. *alia exemplaria habent* וְיִנַּפְּצוּן.

נָצַץ Florere, germinare. Psal. 92. 8. *Pahel* נַצֵּץ, & נִצְנֵץ idem. Psal. 72. 16. Ezech. 1. 7. *Item* splendere, scintillare. *Aphel* וְאַנִּיץ & florem emisit. Num. 17. 8. *in Venetis.*

נִיצוּץ Scintilla, coruscatio, splendor. Isa. 1. 31.

נְצָא, נֵץ Flos. Psal. 103. 15. *Item* scintilla. *Plur.* נְצִין, נְצֵי flores. Job 5. 7. *in Targum secundo.* Job 41. 10.

נִיצָן Idem. *Plur. emphat.* נִיצָנַיָּא flores. 1. Reg. 6. 37.

נְצָצָא Accipitur, nisus. *Aliis* struthiocamelus. Levit. 11. 16. *in Jonathane.*

נוֹצִיצִיתָא Idem. Job 39. 10.

נֵצֶר *Hebraice.* Surculus, virgultum, germen. *Plur. Chaldaic. cum aff.* לַבְלְבֵי נִצְרֵי germina surculorum meorum. Job 31. 8. *juxta Biblia Regia.*

נְצוּרִין Subscudes, *retinacula lignea, quibus duæ tabulæ inter se compinguntur, & vinciuntur.* Isa. 44. 13.

נָקַב Perfodere, perforare, transfigere, pungere. 2. Reg. 12. 9. *Pehil* נְקִיב perforatum. Job 40. 19.

נְקָבָא, נֶקֶב Foramen. *Rabbinis* meatus. *Plur.* נְקָבִין foramina. Ezech. 28. 13. *Item* nates.

מַקְבָּא, מַקּוֹבָא Malleus. *Plur.* מַקְבִּין, מַקּוֹבִין mallei. Isa. 44. 12.

נוּקְבְתָא, נוּקְבָא Fœmina. *Plur. masc. emphat.* נוּקְבַיָּא fœminæ. Ruth 2. 11. *Hoc nomen* נוּקְבָא *tam de brutis, quam de hominibus usurpatur.*

נָקַד Punctare, punctis notare; puncta vocalia adscribere. *Hinc* סֵפֶר נָקוּד liber punctatus. *Item* expungere, emundare.

נָקֵה Mundum, purum esse: innocentem esse. *Pahel* נַקֵּי mundare, purum efficere. Isa. 1. 25. *Ithpahel* אִתְנַקֵּי mundari, purificari. Ezech. 16. 4.

נְקִי, נָקֵי Mundus, purus, innocens, insons, innoxius, immunis. 1. Reg. 15. 22. *Cum* א *in fine,* נְקָא. Dan. 7. 9. *Plur. fœm.* נְקִין Deut. 6. 3. *in Targum Hierosolymitano.*

Mo-

נְקַט Moleſtum eſſe: moleſtia, tædio afficere, affligere. Job 33. 20. Eſth. 6. 1. capere, accipere, tenere, retinere. Eſth. 8. 15. *in Venetis Aphel* אַנְקִיט tenere. Eſth. 4. 16. *in Targum ſecundo. Ex Pahel Fut.* תְּנַקְטוּן affligetis. Job 19. 2.

נקל נַקְלְטִין Poſtes, vectes, aſſeres. Eſth. 1. 6. *Proprie* aſſeres lecti inferiores. *Hebræis ſunt* נַקְלְטִין *duo poſtes lecti oblongi, quorum alter capiti, alter pedi apponitur. Superne lignum in longitudinem iis injicitur, ſuper quo ad lectum operiendum velum expanditur, quod tentorium quodammodo efficit.*

נְקַם Ulciſci, vindicare. Levit. 19. 18. *Ithpahel* אִתְנַקֵּם idem. Exod. 21. 20.

נִקְמָא, נִקְמְתָא Ultio, vindicta. Deuter. 32. 35. *in Targum Hieroſolymitano.*

נְקַף Percutere, contundere, cervicem confringere, obtruncare. Job 16. 8. Iſa. 66. 3. impellere, ſupplantare. Pſal. 140. 6. *Ex Pahel Futurum* יְנַקְּפִנֵּה impellet eum. Pſal. 140. 12.

נְקוּפָא Impulſio, lapſus. Pſal. 56. 14.

נקץ נִקְצָא Fragmentum. Prov. 26. 8.

נְקַר Fodere, effodere. Num. 21. 36. *in Jonathane. Pahel* נַקֵּר idem. Judic. 16. 21. *Ex Aphel Particip.* כִּטְלַל בֵּיף מַקַּר ſicut umbra petræ effoſſæ. Iſa. 25. 5.

נְקִירָא, נְקִירְתָא Foramen, caverna. *Plur.* נְקִירָן, נְקִירְתָא foramina, cavernæ. Job 30. 6. *Sic legendum* Numer. 24. 21. *in Targum Hieroſolymitano. In Venetis* נַקָּרָת, *pro* בַּקָּרָת: *maſc.* נִקְרַיָּא *ibidem in Jonathane.*

נְקַשׁ Collidere, concutere ſe invicem. Dan. 6. 5. illidere, incutere, infigere. Judic. 16. 1. *Ex Ithpahel Futur.* אִתְנַקְּשׁוּן collident ſe invicem. Eccleſ. 12. 13. *In Metzià fol. 59. Proverbium legitur* כמשלם שערי מכדא נקיש ואתי תגרא *h. e.* Quando abſumptum eſt frumentum ex modio, pulſat (*illud uxor*) & venit contentio. *Huic proverbio hæc ſubjecta eſt ſententia. Donec mariti, patreſquefamilias domeſticis rebus operam navant, & vitæ neceſſaria abunde ſuppeditant, pax domi, tranquillitas, & quies ſumma vigere ſolet; at ubi neceſſaria vel negligentia curatorum, vel ob calamitatem aliquam deficere incipiunt, ſtatim contentiones, rixæ, diſcordiæ, jurgia oriuntur; uxor clamoribus omnia complet, pueri flent, famuli deſpiciunt dominos, omnino tota domus ſus deque vertitur.*

נִקּוּשׁ Colliſio, concuſſio, ſonus concuſſionis: percuſſio, ictus.

נְרַג, נַרְגָא, נֶרְגָא Aſcia, ſecuris. Balliſta *nonnullis, vel inſtrumentum bellicum, aut tormentum majus, quo antiqui utebantur ad lapides projiciendos, qui muros urbium diruerent. Aliis* malleus. *Plur.* נַרְגִין ſecures. Eſth. 10. 3. *in Targum ſecundo. Emphat.* נַרְגַיָּא, & נַרְגַיָּא aſciæ, ſecures balliſtæ. Job 41. 20. *Occaſione vocabuli* גַּרְזֶן ſecuris, *quod volunt idem eſſe, ac* נַרְגָא, *narrant, atque adeo fabulan-*

lantur nonnulli Rabbini, Iſaiam Prophetam, cum ſibi valde a Judæis metueret, in ventrem arboris cujuſdam proceræ, & magnæ ſe abdidiſſe. Cum itaque Regis Manaſſis miniſtri, ac ſatellites, qui ipſum perſequebantur, mortique ſtatim tradere, ſi inveniſſent, juſſi erant, ad hanc arborem perveniſſent, ſuſpicati in ea Iſaiam latere, נסרוה eam diſſecuerunt. כי מטא נרגא להדי פומא דישעיה נסרוה לפומיה ונח ליה נפשיה: ומשום הכי איעניש לנסורי פומיה משום דקרינהון לישראל עם מטא שפחים *h. e.* Cum perveniſſet ſecuris uſque ad os Iſaiæ, ſecuerunt per os ejus, & quievit anima illius (*videlicet* mortuus eſt.) Propterea autem punitus fuit ferrando per os ejus, quia vocaverat Iſraelitas *populum immundum labiis*. Iſa. 6. 5. *Ita in* יבמות Jevammòt *fol.* 49. *explicatur textus Ghemarà de morte Iſaiæ. Hoc idem repetitur in aliis Talmudis Tractatibus.*

נֶרְגַל Nergal, *Idolum ab Aſſyriis cultum, ſic dictum, quia ejus imago gallum referebat, qui dicitur* תַּרְנְגוֹל. *De eo mentio fit lib.* 2. *Reg.* 17. 30. וְאַנְשֵׁי כוּת עָשׂוּ אֶת־נֶרְגַל Viri autem Cuthæi fecerunt Nergal. *Hottingerus, & Seldenus de hujus nominis origine inter ſe diſſentiunt. Opinatur enim Hottingerus, Nergal eſſe Idolum ignis, vel Solis ſub galli imagine cultum, ſibi perſuadens hujuſmodi vocem* נֶרְגַל *a lingua Samaritana derivari, in qua* תַּרְנְגוֹל gallum *ſignificat; Seldenus autem arbitratur, idem nomen a* נֵר ignis, & גָּלַל volvit, *derivari, ac propterea optime eos ſentire, qui* נֶרְגַל fontem ignis, luciſque, *aut* ignem, & lucem verſatilem *interpretantur. Quidquid de origine, & etymologia vocis ſit, illud inter omnes Auctores convenit,* נֶרְגַל *fuiſſe Idolum ignis, primo quidem a Chaldæis in* אוּר Ur *cultum, poſtea vero a Perſis. Cum enim Chaldæi conſtanter, firmiterque crederent, a Sole omnia gubernari, eoque nullum Deum præſtantiorem eſſe, ignem propterea ſibi adorandum cenſuerunt, tamquam Solis ſignum, ac ſymbolum. De antiquiſſimo ignis cultu ita Majemonides lib.* 3. *cap.* 30. Morè Nevochìm. Notum eſt, Abrahamum in gente natum eſſe, quæ Ignem colebat, & in incredulitate illorum, qui credebant, alium Deum non eſſe, niſi כּוֹכָבִים *Stellas*. Dicebant itaque, Solem & Lunam Deorum maximos eſſe. *Cum itaque Abraham huic opinioni adverſaretur, quippe qui uni Deo Cœli Terræque conditori honorem, cultumque præſtabat, dicitur Regis juſſu bonis omnibus ſpoliatus, & compedibus conſtrictus in ignem comburendus conjectus. Ante Captivitatem Babylonicam Sacella, ſeu Templa* πυραθεῖα, *vel* πυρεῖα *dicta igni conſecrata in uſu fuerunt, quæ Rex Joſias apprime pius, ac religioſus dirui juſſit. Si cultum* נֶרְגַל Nergal *ſcire cupis, in igne communi, ac profano munde, ac pure tractando conſiſtebat. Præterea vetitum eumdem immunditiis polluere, & contaminare. Hinc in Anthologia Dioſcoridis* III. *c.* 4. *legitur, Euphratem quemdam Perſam in teſtamento vetuiſſe, corpus ſuum cremari, ne ignem inquinaret:*

..... πῦρ δὲ μιῆναι
ἡμῖν τῇ χαλεπῇ τοικρότερον θανάτῳ.
h. e.
..... Ignem autem polluere
Nobis amara acerbius morte.

Præterea ei, ut jam innuimus, πυραθεῖα, *vel* πυρεῖα Sacella, *in quibus Idolum ignis* ἀσβέστου inextinguibilis *ſervabatur, dicata erant, de quibus Strabo tamquam oculatus teſtis hæc lib.* 15. *ſcripta reliquit.* In Cappadocia magna eſt Magorum multitudo, qui Pirethi dicuntur. Multa etiam Perſicorum Divum fana..... Sunt etiam πυραθεῖα *ſacraria* quædam memoratu digna. Horum in medio ara eſt, in qua cinis multus. Ignem ibi inextinguibilem ſervant Magi &c.

נֵרְדְּ Nardus. Cant. 1. 12.

Mat-

Matthiolus de nardo ſuaviſſimum odorem effundente ſcribit, eum graviſſime, ac fœtidiſſime olere, ubi ſitum contraxerit, vel computruerit.

נַרְקוֹס נרקס Narciſſus : *aliis* lilium, roſa. Cant. 2. 1. *Reſpondet Hebræo* חֲבַצֶּלֶת lilium, *vel* roſa.

נַרְתֵּק נרתק Narthecium, theca, vagina, chirotheca : ſacculus, arca, *res etiam quælibet, in qua aliquid clauditur*. Ruth 4. 7. *Nonnulli Auctores volunt, olim Reges in urbibus munitis obſidendis conſuevisſe intra urbem projicere* נַרְתֵּק chirothecam, *qua ſignificaretur, eos inde non diſceſſuros, donec vel urbs dederetur, vel funditus armis deleretur. Plur. cum aff.* בְּנַרְתֵּקֵיכֶן in thecis veſtris. Deut. 25. 13. *in Jonathane. Deducitur* נַרְתֵּק *ex Latino* Narthecium. *Ex Cicerone habetur lib. 2. de Finibus*. Jam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de Narthecio premunt.

נָשׁ, נָשָׁא, נָשָׂא Homo, *per aphæreſim* א, *pro* אֱנָשׁ. *Item* נָשָׂא *pulvis, vel arena faciens cadere capillos.*

נָשָׁא, נָשֵׁי Obliviſci, oblivioni tradere. Deut. 8. 19. *Ithpehal* אִתְנַשֵּׁי oblivioſci : oblivioni tradi. Deut. 32. 18. *Aphel* אַנְשֵׁי Oblivioſci : oblivioni tradere. Thren. 2. 6.

נַשְׁיָא Oblivioſus, immemor. גִּידָא דְנַשְׁיָא nervus oblivioſus, loco motus, luxatus, *ſic dictus, quaſi loci ſui oblitus*. Geneſ. 32. 32.

אִתְנַשְׁאָה Oblivio. Iſa. 49. 15.

נָשִׁים Mulieres, *ſicuti Hebraice. Hillel in* פִּרְקֵי אָבוֹת PirKè Avòt, *h. e.* Capitulis Patrum *cap.* 2. מַרְבֶּה נָשִׁים מַרְבֶּה כְּשָׁפִים Qui multiplicat mulieres, multiplicat veneficia. *In Tractatu* שַׁבָּת Schabbàt *fol.* 33. נָשִׁים דַּעְתָּן קַלָּה עֲלֵיהֶן Mulieres habent animum levem. *In* Bereſchìt Rabbà *ſect.* 45. אַרְבַּע מִדּוֹת נֶאֱמְרוּ בַּנָּשִׁים גַּרְגְּרָנִיּוֹת צַיְתָנִיּוֹת עַצְלָנִיּוֹת קַנְאָנִיּוֹת Quatuor proprietates prædicantur de mulieribus : ſunt luxurioſæ, auſcultatrices, pigræ, zelotypia laborantes. *Sic* אֵין סוֹד בַּנָּשִׁים Non manet ſecretum in mulieribus. *In* Jelammedènu *vero Geneſ.* 48. 15. *ad illa verba*, וַתִּכְחַשׁ שָׂרָה Et mentita eſt Sara, *animadvertitur*, מִיכָּן פָּסְלוּ רַבּוֹתֵינוּ אֶת הַנָּשִׁים לְעֵדוּת Hinc illegitimas judicarunt Rabbini noſtri fœminas ad dicendum teſtimonium.

נָשָׂא Ferre, auferre, portare, ſumere, accipere. Dan. 2. 35. *Ex Ithpahel fœmin.* מִתְנַשְּׂאָה extollens ſe. Eſdræ 4. 19.

נָשַׁב Flare, afflare, efflare, perflare, ſufflare. Deut. 32. 2. *Pahel* נַשֵּׁב idem. *Ex Aphel* אַשַּׁבְתְּ בְּרוּחַ flaviſti vento, *pro* אַשַּׁבְתְּ Exod. 15. 10. *in Jonathane.*

מַשַּׁב Sufflatorium, follis. Jerem. 6. 29.

נִשְׁבָּא Laqueus, rete, pedica. *Sic legendum etiam* Proverb. 6. 5. *pro* נִשְׁכָּא.

נָשַׁל *Hebraice*. Decutere, dejicere, ejicere. *Futurum ex Aphel* וַיַּשֵּׁל יִתֵּהּ & ejiciet eam. Deut. 24. 1. *in Jonathane.*

מַשְׁלִיא Fuscina, fuscinula, tridens. *Plur.* מַשְׁלָן fuscinæ. Exod. 38. 3. *Vide* משל.

נשם נִשְׁמָא, נִשְׁמְתָא Anima humana; halitus, anhelitus, spiritus, respiratio, flatus. Genes. 7. 22. Job 26. 4. *Plur.* נִשְׁמָן, נִשְׁמָתָא animæ. Isa. 57. 16. *Apud Rabbinos Talmudicos præsertim in dialecto Hierosolymitana in plurali dicitur* נִשְׁמָתִין.

נשק Osculari, deosculari. Genes. 3. 34. *Pahel* נַשֵּׁק Idem. 1. Sam. 10. 1.

נִשְׁקָתָא *Plur.* oscula. Prov. 27. 6.

נְשִׁיקָה Osculum. *Genus etiam mortis levissimæ.* Deut. 34. 5. *in Jonathane. Apud omnes Orientis nationes osculandi mos, & consuetudo recepta fuit, neque solum privatim, sed etiam publice usurpata. Hinc subjecti civili ratione Præsidibus recens electis oscula figebant tamquam honorem, & cultum exhibentes, & sacro instituto ipsa Deorum simulacra, & imagines osculis venerabantur. Hoc* נְשִׁיקָה osculum *elegantissime ad justitiam, & pacem translatum legitur in* מִזְמוֹר Psalmo 80. v. 11. צֶדֶק וְשָׁלוֹם נָשָׁקוּ justitia, & pax osculatæ sunt. *Hinc ex* מִקְרָא Sacris litteris *passim colligitur ad profitendum amorem mutuum, ad benevolentiam, atque humanitatem ostendendam olim homines osculum adhibuisse. Sic amoris osculum Jacob, & Rachel congressi sibi invicem fixerunt* Genes. 29. 11. *& Laban v.* 13. *& Esau reconciliatus* 33. 4. *Joseph, & fratres* 45. 15. *Jacob, & nepotes* 48. 10. *Moses, & Aaron* Exod. 4. 27. *David, & Absalom lib.* 2. Samuel. 14. 33. *& alii quamplurimi. Cum autem inter consanguineos hæc osculandi consuetudo maxime vigeret,* osculum propinquorum *vocabatur apud Hebræos* נְשִׁיקָה שֶׁל פְּרָקִים, *quod idem altero vocabulo dicebatur* נְשִׁיקָה שֶׁל פִּירוּשׁוֹת osculum separationis, *cum digressuri invicem amici etiam interposito osculo sibi valedicerent. Hinc legimus id fuisse observatum a Labane filiabus, & nepotibus* Genes. 31. 28. *&* 55. *a Noemi, atque Orpha* Ruth 1. 9. *&* 14. *a Jonathane Davidi* lib. 1. Samuel. 20. 40. *a Davide Berzellai* lib. 2. Samuel. 19. 39. *ab Elia parentibus* lib. 1. Reg. 19. 20. *istud amoris, & benevolentiæ signum imprimentibus. In* בראשית רבא Bereschìt Rabbà sect. 70. *ad illa verba,* Et osculatus est Jacob Rachelem, *legitur:* כל נשיקה לתפלות בר מן תלת: נשיקה של גדולה: נשיקה של פרקים: נשיקה של פרישות: נשיקה של גדולה ויקח שמואל את פך השמן ויצוק על ראשו וישקהו: נשיקה של פרקים ויפגשהו בהר אלהים וישק לו: נשיקה של פרישות ותשק ערפה לחמתה ורות דבקה בה: ר תנחומה אמר אף נשיקה של קריבות שנא וישק יעקוב לרחל שהיה קרובתו: *h. e.* Omne osculum est ad fatuitatem (*videlicet* fatuum, stolidum) exceptis tribus, *quæ sunt,* Osculum magnificentiæ, & dignitatis; osculum compitorum, *h. e.* occursus; osculum separationis, vel discessus. Osculum magnificentiæ, & dignitatis, *ut*, Et accepit Samuel lenticulam olei, & effudit super caput ejus, & osculatus est eum. 1. Sam. 10. 1. Osculum compitorum, *vel* occursus, *ut*, Et ivit, & occurrit ipsi in monte Dei, & osculatus est eum. Exod. 4. 27. Osculum separationis, *vel* discessus, *ut*, Et osculata est Orpha socrum suam, & Ruth adhærebat ei. Ruth 1. 14. Rabbì Tanchuma addit etiam osculum propinquitatis, sicuti dicitur; Et osculatus est Jacob Rachelem, quia erat propinquus ejus. Gen. 29. 11. *Animadverte* נְשִׁיקָה לְתִפְלוּת *esse* Osculum fatuum, lascivum. *Nam* תִּפְלוּת *significat* fatuitatem, stoliditatem, stultitiam. *Hinc Glossa explicat per* פְּרִיצוּת proterviam, lasciviam. *Videtur Drusius pro* תִּפְלוּת *legisse*

cum

תְּפִלּוֹת, *cum in* Geneſ. cap. 11. 8. *ſcribat:* Inter oſcula Hebræi numerant oſcula precum, ſive precationum; *& in* Exod. cap. 12. Reperio & oſculum precationis, ſive precum &c. *ſed de eo, quod ego ſciam, nihil omnino in libris Hebræorum reperitur. In eo etiam falſus eſt, quod in* Exod. cap. 12. *per* נְשִׁיקָה שֶׁל פְּרָקִים oſculum propinquorum *intelligit, cum iis verbis ſignificetur* oſculum compitorum, *vel* biviorum, *quo ſe complectebantur, qui ſibi in via occurrebant.*

נֶשֶׁר, נְשַׁרָא Aquila. Deut. 32. 11. *Plur.* נְשָׁרִין, נְשַׁרַיָּא aquilæ. Exod. 19. 4. 2. Sam. 1. 23. *Conſtr.* נִשְׁרֵי Thren. 4. 19. *In Tractatu Talmudis* עֵן *fol.* 11. *legitur* נישרא שבערביא Aquila in Arabia. *Baal Aruch explicat hoc modo locum.* In Arabia eſt ædes Idololatrica, & in ea figura aquilæ lapidi inſcripta, quam adorabant.

נשת נִשְׁתְּוָן Diploma, decretum diplomate comprehenſum, epiſtola, *aut* ſcriptum publicum. Eſdræ 4. 7.

נתב Flare, perflare, ſufflare. Pſal. 129. 6. *Pahel* נִתֵּב idem. Geneſ. 1. 2. *Ex Aphel* יְנַתֵּב flare faciet. Pſal. 147. 18.

נתז Diffluere, diffundi: ſpargi, diſpergi. Deut. 1. 44. Job 3. 24. *Hithpahel* הִתְנַתֵּז, *vel* הִנַּתֵּז ſpargi, diſpergi, diffundi.

נתך *Aphel* אַתִּיךְ, & אַתַּךְ Fundere, conflare. *Proprie de metallis uſurpatur.* Exod. 36. 36. Iſa. 48. 5. Pſal. 66. 10.

מַתְכָּא, מַתַּךְ Fuſio, fuſile, conflatile. Exod. 32. 4. *Cum aff.* וּמַתְכִּי & fuſile meum. Iſa. 48. 5. *Plur.* מַתַּכְתָּ, מַתַּכָּן, & מַתַּכָּוָת. Num. 33. 52. *in OnKeloſo, in Targum Jonathanis, & Hieroſolymitano.*

אַתְכוּתָא, אַתַּכוּת Fuſio, infuſio, fuſura. Levit. 20. 13. *in Jonathane.* Job 37. 10. *Cum aff.* בְּאַתְכוּתֵיהּ In fuſione illius. 1. Reg. 7. 24.

הַנְתוּכִין Cantherii, tigna: ה *pro* א. 1. Reg. 6. 9. *pro Hebræo* גְּבִין. *Aliis* tegulæ concavæ, *quibus tecta tegi conſueverunt.*

נָתַל Dare, tradere. Prov. 26. 7.

נָתַן Dare, tradere, reddere, ponere, imponere. Gen. 4. 12. Deut. 15. 10. Pſal. 89. 28.

מַתָּנָא, מַתַּן, מַתְנָא, מַתָּן Donum, munus. Geneſ. 34. 12. *Conſtr.* מַתְנַת. Exod. 28. 38. Donatio *in materia Teſtamentorum. Plur.* מַתָּנָן, מַתְנָתָא dona, munera. Geneſ. 34. 12.

נְשׁוּרִין Decidua: micæ panis deciduæ a menſa. *In Tractatu* פסחים Peſachìm *fol.* 111. *verbis illis* נְשׁוּרֵי בְּבֵיתָא קָשֵׁי לְעָנְיוּתָא Micæ in domo, grave eſt paupertati, *monentur a Rabbinis Hebræi, micas panis pedibus non eſſe conculcandas, alioquin brevi ſecuturam paupertatem.*

נְתִינָא, נְתִינִין Nethinæi, *quaſi* deditii *dicti. Sicuti Moſis inſtituto Levitæ Sacerdotibus miniſtrabant humeris arcam geſtantes, & alia vaſa curantes, ſic Levitis ſervi publice dati ſunt, ut ligna cæderent, & aquam haurirent ad ſacros Tabernaculi uſus. Joſuæ juſſu primo hoc munus obierunt Gabaonitæ, quia fraudulenter victricia Iſraelitarum arma declinarant, & aſtu vitam ſervarant, ut ex Joſue cap. 9. 26. & 27. col-*

Ligitur. וַיַּצֵּל אוֹתָם מִיַּד בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלֹא אַרְגּוּם: וַיִּתְּנֵן יְהוֹשֻׁעַ בַּיּוֹם הַהוּא חֹטְבֵי עֵצִים וְשֹׁאֲבֵי מַיִם לָעֵדָה וְלִמְזְבַּח יְהוָה עַד הַיּוֹם הַזֶּה אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחָר: *h. e. juxta Vulgatam.* Et liberavit eos *Josue Gabaonitas* de manu filiorum Iſrael, ut non occiderentur. Decrevitque in illo die, eos eſſe in miniſterio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes uſque in præſens tempus, in loco, quem elegiſſet Dominus. *Poſtea temporis progreſſu alii a Davide, & Salomone Gabaonitis adjecti ſunt ex gentibus devictis, ut operam ſuam in muneribus quibuſdam ad res divinas pertinentibus collocarent. His omnibus commune* נְתִינִין Nethinæorum *nomen ſemper manſit, quod dedititios, ſive adſcriptitios Hebraica lingua ſignificat; quod etiam D. Hieronymus obſervat in Traditionibus Hebraicis ad 1. Paralip. 9. v. 2. ubi inquit, Nethinæos fuiſſe ſervos donatos, ſive ſervos datos Levitis, & Tabernaculo, ut in variis illius miniſteriis ſervilem operam exhiberent. Porro* לַנְּתִינִין Nethinæis *interdictum erat duobus decretis, altero a Joſua, altero a Davide conditis connubia cum Iſraelitis jungere. Quod ſi Iſraelita cum Nethinæa, vel contra Nethinæus cum Iſraelitide rem habuiſſe convictus eſſet, ambo* בְּמַלְקוּת flagellatione *puniebantur. Sicut autem Levitæ Diaconi vocari poſſunt, ita* נְתִינִין Nethinæi *Subdiaconi, quia Levitis miniſtrabant. Cæterum ex Capite ſecundo Eſdræ, in quo recenſentur ii, qui ex captivitate Babylonica in Jeruſalem reverſi ſunt duce Zorobabele,* נְתִינִין Nethinæi *Janitoribus adhæſerunt. Rabbini autem volunt, decem hominum genera ex illa captivitate rediiſſe, nimirum Sacerdotes, Levitas, Iſraelitas, Pollutos, Proſelytos juſtitiæ, Manumiſſos, Mamzeros, ſc. natalium vitio laborantes,* נְתִינִין Nethinæos, *Silentes, h. e. patre incerto natos, & Collectos, videlicet ex parente utroque incerto ortos, & ſublatos, cum publice expoſiti fuiſſent. Jam vero Libertinorum nomine Act. Apoſt. c. 6. v. 9. Nethinæos intelligendos eſſe crediderim, quibus erat Synagoga diſtincta, & ab aliis ſeparata, prohibitumque in congregationem Eccleſiaſticam venire, & cum aliis Judæis affinitate, & conſanguinitate jungi.*

נָתַק Avelli, evelli. *Aphel* אַתֵּק evellere, avellere, divellere, diſrumpere. Jerem. 12. 3. *Ithpehal* אִתְנַתֵּק rumpi, diſrumpi. Eccleſ. 4. 12.

נְתָקָא, נֶתֶק Porrigo, *lepræ ſpecies capillos evellens.* Levit. 13. 30.

נָתַר Defluere, decidere, excidere. Iſa. 33. 9. Joel. 1. 10. *Aphel* אַתַּר dejicere, decutere. Ruth 2. 16.

נְתָרָא Deciduum. Levit. 19. 10. *Item* nitrum. Prov. 25. 20.

נוֹתָר Idem. Levit. 19. 9. *in Targum Hieroſolymitano.*

מַתָּרוּת Maceratio, diſſolutio, diſſolutum. Num 6. 3.

נָתַשׁ Evellere, eradicare, extirpare. Pſal. 118. 10. 11. 12.

DICTIONES EX RABBINIS.

נ *Finale, ſive extenſum hoc pacto* ן, *cum puncto* ן, *vel virgula* ן *ſuperne appoſita, ſi poſtponatur alicui nomini proprio, idem eſt, ac Arabicum* אַבֵּן, *vel* אָבֵן, & *Hebraicum* בֵּן filius. *Proprie autem non* filium, *ſed* nepotem *ſignificat. Ex nonnullis autem nominibus colligitur, a veteribus* אָבֵן *lectum fuiſſe cum aſpiratione, ut* אבן סני Avi-

cen-

cenna, אבן רעיס Averroes.

Hinc legitur in titulo Bibliorum Venetorum ופירוש רשי ון עזרא Et commentario R. Salomonis, & Ben, vel Abèn Ezrà. *Sic in titulo Præfationis primæ eorumdem* בן יצחק ן אדניהו Filius Iſaacì, filii Adon-jahu. אבן *autem uſus in Nominibus propriis eſt, ſignificatque* filium, *ut* אבן סינא Avicenna.

נא *Abbreviatura. Idem ac* נָסְחָא אַחֲרָנָא Exemplar aliud. *Scribitur etiam* אחריגא. *A Maſorethis adhibetur ex alio exemplari variam lectionem citantibus.* 2. נָא אֲדֹנִי Nunc Domine; quæſo Domine. *Ejus uſus præcipue in Epiſtolis.*

נָאֶה Pulcrum, amænum, jucundum, congruum, decorum, decens, elegans. *Adverbialiter etiam uſurpatur pro* egregie, bene, decenter, pulcre. *Fœmin.* נָאָה Pulcra.

נְאוּת Idem. *Item* pulcritudo. *Sic* pulcher, conveniens, congruum. *Plur.* נְאוֹתִים Pulcri. נוי Pulcritudo. *Plur. fœm.* סְכוֹת נְאוֹתוֹת Cauſæ pulcræ. נוֹאִי Pulcritudo, elegantia.

נב *Abbreviatura. Idem ac* נִכְתָּב בְּצִדּוֹ, *vel* בְּצַד Scriptum erat ad latus ejus, ad ejus marginem: juxta ſcriptum erat. *Sæpe obvia in Criticis, & libello* יְרִיעוֹת שְׁלֹמֹה *h. e.* Cortinæ Salomonis. *Titulus deſumptus ex* Cant. 1. v. 5. *Eſt hic liber* בִּיאוּר Biùr, *ſive* declaratio *Eliæ* מִדְרָשִׁי Midraſcì, *h. e.* Orientalis, *qui pariter ſcripſit* declarationem *ſuper Raſcì. Compoſitus fuit a R. Salomone Luria. Editus eſt Pragæ* 1609. *in* 4.

נָבוּב Cavum, concavum.

נָבַל Stulte, turpiter agere, *vel* dicere: fœdare, deturpare. נְבוּל Obſcœnitas, fœditas, turpitudo. נְבוּל פֶּה Obſcœnitas oris, os obſcœnum; *h. e.* ſermo turpis, & obſcœnus. נַבְלוּת Turpitudo, obſcœnitas, fœditas.

נגב, אִתְנַגֵּב Areſcere, exareſcere, exſiccari. מְנוּגָב Arefactus. מְנַגֵּב Arefaciens, exſiccans.

נֶגֶד Contra. מִשְׁפָּטִים נֶגְדִּיִּים Propoſitiones contrariæ, *vel* oppoſitæ. אִתְנַגְּדוּת Oppoſitio, contrarietas. כְּנֶגֶד Reſpectu, pro, contra.

נגד, הִגִּיד Enarrare, annunciare. הַגָּדָה Hiſtoria, Enarratio. אַגָּדָה Diſcurſus narrationis varius.

נָגַהּ Lucere, ſplendere, fulgere, coruſcare. נֹגַהּ Splendor: Venus planeta. *Hiphil* הֵגִיהַּ Illuſtrare, ſplendidum reddere, illuminare. *Item* emendare, corrigere libros. מַגִּיהַּ Corrector librorum. סֵפֶר מוּגָה Liber correctus. הַגָּהָה Correctio. *Item* animadverſio marginalis *in vocem, vel locutionem* aliquam, admonitio, adnotatio, *qua aliquid illuſtratur, & in majori lumine collocatur.*

נגן Pulſare fides, inſtrumentum muſicum, pſallere. נְגִינָה Pulſatio, concentus, accentus Grammaticus, Muſicæ index. נִגּוּן Melodia, concentus, cantus, harmonia, muſica. כְּלֵי נְגִינָה Inſtrumentum

mu-

musicum. מְנַגֵּן Psaltes, pulsator musicorum instrumentorum. נְגִינָה Pulsatio musica: instrumentum pulsatile. *Plur.* נְגִינָן. *Emphat.* נְגִינָתָא pulsatilia instrumenta. *Apud Grammaticos* accentus, modulatio, lectio juxta accentus prolata. *Item* notæ musicæ, *cum accentus pro notis musicis adhibeantur.*

נָדַד Vagari, fugere, recedere. פּוֹעַל נוֹדֵד Verbum activum *apud Grammaticos, quod appellant etiam* יוֹצֵא egrediens, transitivum, *quia actio in alium transit.*

נָדָה Amovere, removere, separare: excommunicare. נִדּוּי Separatio a cœtu, excommunicatio. מְנוּדֶה Excommunicatus. מְנַדֶּה Excommunicans. *Hithpah.* הִתְנַדָּה, *vel* נִתְנַדָּה Excommunicari. *De excommunicatione* נִדּוּי *ab Hebræis dicta vide meum Lexicon Hebraicum typis Seminarii Patavini editum 1732. p. 274.*

נדח *Abbreviatura. Idem ac* דַּגֵּשׁ נְגִינָה, חִירֵק, Accentus, Daghès, ChireK. *Occurrit in Masora, & apud Grammaticos.*

נְדוּנְיָא, נְדָן Dos *sponsæ, quam marito tempore nuptiarum affert, ornamenta omnia, monilia, armillas, & reliqua hujusmodi continens.*

נה *Abbreviatura. Idem ac* נָמִי חָכִי Etiam sic. *In Talmude obvia.* תַּנְיָא נְמִי הָכִי Traditio etiam sic habet. *Transfertur vulgo a Judæis:* discimus ex alia Traditione etiam sic.

נָהַג Solere, in more habere, assuescere. *Hiphil* הַנְהִיג Assuefacere, gubernare, regere, agere, ducere. מְנֻהָג Usitatus: assuefactus, exercitatus. מִנְהָג, הֲנָהָגָה Ritus, mos, consuetudo. סֵפֶר מִנְהָגִים Liber rituum, Ritualis, Breviarium, *ut vocant.* הֲנָהָגָה מְשׁוּבַּחַת Mos laudabilis, actio, disciplina: assuefactio: gubernatio. מַנְהִיג Gubernator, dux, rector. *Item* abactor pecoris.

נוּחַ Quiescere, requiescere. נַיְחָה, נָיְחָה Quies, requies: lenitas, tranquillitas. לְנַיְחָ *vel* בְּנַיְחָ Quiete, leniter, tranquille, lente. נוֹחַ Tranquillum, facile. נוֹחַ לוֹ לְאָדָם Expedit homini. נַחַת Quies. *In comparatione* melius, *ut* נַחַת לָזֶה מִזֶּה Melius est huic, quam illi.

נָוַל Fœdare, inquinare. מְנָוָל Fœdum, turpe. נָוול Fœditas, inquinatio, turpitudo. נְוָלָה Turpe, abominatione dignum: fœditas, turpitudo.

נום Dormitare. מְתַנְמְנֵם, מְנַמְנֵם Dormitans, obdormiscens.

נוּעַ Moveri, commoveri: agitare se. מִתְנוֹעֵעַ Mobile. בִּלְתִּי מִתְנוֹעֵעַ Immobile. הַמֵּנִיעַ Movens, motor. אוֹת מוּנַעַת Littera mota, quæ pronunciatur. תְּנוּעָה, הֲנָעָה Motio, commotio. *Apud Grammaticos* vocalis, *quia per pronunciationem literam movet, quæ ex se nullum sonum ederet.*

נזל, מָזָל Sidus, astrum, planeta, influentia cœlestis, signum cœleste. חַכְמֵי הַמָּזָלוֹת Sapientes, periti Astronomiæ, Astronomi: גַּלְגַּל הַמָּזָלוֹת *vel* אוֹפַן הַמָּזָלוֹת Circulus signorum, Zodiacus. *Item* מָזָל for-

fortuna, fatum, providentia. *In Targum* opes, facultates, divitiæ. *Judæi ſibi invicem gratulantes, & rei alicujus proſperitatem optantes ſolent uti his verbis,* מַזָּל טוֹב Fortuna bona; *ſicuti malum imprecantes* מַזָּל רַע Fortuna mala. *Duodecim autem ſigna Zodiaci ſic appellantur.* מַזָּל דָּגִים Signum piſcium, מַזָּל דְּלִי Signum Aquarii; גְּדִי Hœdi, *ſive* Capricorni, קֶשֶׁת Arcus, *ſive* Sagittarii, עַקְרָב Scorpionis, מאזְנַיִם Libræ, בְּתוּלָה Virginis, אַרְיֵה Leonis, סַרְטָן Cancri, תְּאוֹמִים Geminorum, & טָלֶה Arietis, מַזָּל שׁוֹר Tauri.

נָזַף Increpare, reprehendere, objurgare. נָזוּף Reprehenſibilis, culpabilis. נְזִיפָה Increpatio, objurgatio, correptio, reprehenſio.

נָזַק Nocere, lædere, damnum inferre. אִתְנַזַּק Lædi, damnum pati. הַמַּזִּיק Damnum inferens, nocens. מַזִּיקִין Dæmones, *ita dicti, quia hominibus nocere ſolent.* הֻנְזָק Damno affectus. נֶזֶק Damnum, detrimentum. הֵיזֵק Idem.

נח *Abbreviatura. Idem ac* נֵר חֲנוּכָה Lucerna Feſti Dedicationis. *Superſtitioſi admodum Judæi ſunt in accenſione hujus lucernæ.*

נָחוּץ נחץ Urgens, acceleratum, feſtinum. נְחִיצָה Acceleratio, feſtinatio, celeritas. בְּנָחִיצָה Feſtinanter, velociter: raptim.

נחש *Abbreviatura. Idem ac* נִדּוּי, חֵרֶם, שַׁמְתָּא, *Tres ſunt excommunicationis ſpecies apud Hebræos, de quibus vide in Lexico locis ſuis.*

נט *Abbreviatura. Idem ac* נוֹתֵן טַעַם Dat ſaporem, dat rationem. *Uſurpatur, dum agitur de cibis.*

נָטָה Inclinare, declinare, extendere: deflectere, divertere. נְטִיָּה Inclinatio. *Apud Grammaticos* declinatio, *ut* נְטִיַּת שֵׁם הַנּוֹטֶה הַשֵּׁמוֹת declinatio nominum. Nomen inclinans ſe, obliquum, obliqui caſus, *cujus oppoſitum* שֵׁם הַיָּשָׁר nomen rectum. נוֹטֶה Eccentricus *apud Aſtronomos.* מִשְׁפָּחָה נְטוּיָה Familia inclinata, *h. e.* vilis, contempta.

נָטַל Capere, accipere: tollere, *De manibus uſurpatum*, lavare. *Hiphil* יְטוֹל יָדָיו lavabit manus ſuas. נְטִילָה Elevatio. נְטִילַת יָדַיִם Lotio manuum. *Apud Talmudicos in materia Votorum* נטל vovere *in Participio Pahul ſignificat, ut* נְטוּלָה אֲנִי מִן הַיְהוּדִים Ablata ego ſum a Judæis, *h. e.* voveo, me nihil umquam commercii habituram cum Judæis. *Nedarim cap. ultimo in Miſnà.*

נָטַף Stillare. טִפָּה Stilla, gutta: ſtillicidium. *Vide* טוף.

נטר, נוֹטָרִין Notarii: ſcribæ judiciales. נוֹטָרִיקוֹן Notaricòn, *ſcriptionis genus, quo certæ vocis litteræ ſingulæ totidem alias diverſas dictiones indicant. Vide Diſputationem huic Lexico præmiſſam.*

נְיָר Charta, papyrus: נְיָר וְדְיוֹ Charta, & atramentum.

נכ *Abbreviatura. Idem ac* נְבִיאִים, כְּתוּבִים Prophetæ, Hagiographa.

נָכָה, הִכָּה Percutere. *Cum præpoſitione* de-

מ decutere, detrahere, diminuere. הַכָּאָה Percuſſio; multiplicatio Arithmetica.

נֹכַח Coram, e regione, ex adverſo. *Apud Grammaticos* perſona ſecunda. נוֹכְחִי Præſens. נֹכְחִיוּת Præſentia, oppoſita ex adverſo.

נָכַר Agnoſcere: *Item* alienare, alienum, extraneum ſe gerere, & oſtendere. הֶכֵּר, הַכָּרָה Diſcretio, dijudicatio.

נל״ *Abbreviatura. Idem ac* נִזְכָּר לְמַעְלָה Memoratum ſupra. *Chaldaice dicitur* לְעֵיל, *vel* לְעֵילָא. *Pluraliter* נִזְכָּרִים. 2. נִשְׁמַט לָהֶם Exciderat ipſis. *In Maſora, ut* Iſa. 30. *ad* רהב. 3. נָפְקָא לָן, *ſed tunc præcedit* מַנָּא. *Vide* מנל״. 4. נוּכַל לוֹמַר Poſſumus, poterimus dicere: *vel* נִרְאֶה לוֹמַר Videtur dicendum; *vel* לְפָרֵשׁ exponendum. 5. נִרְאֶה לִי Videtur mihi. *Cum ſervili* ונל״ Et videtur mihi.

נלע״ר *Abbreviatura. Idem ac* נִרְאֶה לְפִי עֲנִיַּת דַּעְתִּי Videtur juxta imbecillitatem ingenii, *vel* ſcientiæ meæ. *Hac abbreviatura utuntur aliorum interpretationibus ſuam ſententiam adjicientes.*

נמ״ *Abbreviatura. Idem ac* נָפְקָא מִנָּא Egreditur inde; conſequitur inde: ונמ״ Et ſequitur inde. *Apud Talmudiſtas frequens.*

נָמֵי Etiam. *Apud Talmudicos frequens. Sæpe præcedit* אִי, an, num? *ut* אִינָמֵי an etiam.

נָמוּךְ Depreſsus, declivis. מָקוֹם נָמוּךְ Locus declivis. נְמִיכוּת Depreſſio, ſubmiſſio. נְמִיכוּת הַקּוֹל Submiſſio vocis.

נָמַל, נְמָלָה Portus.

נִימוּס נמס Lex, mos, jus, ritus, ſtatutum, conſuetudo. *Plur.* נִימוּסִין Leges, ſtatuta. דָּת טִבְעִית וְנִימוּסִית Jus naturale, & legale, ſeu civile. נִימוּסִי Legalis, judicialis.

נמף, נִמְפִי Nympha, ſponſa. *Scribunt etiam* נִנְפִי *Græce* νύμφη.

נִמּוּקִים, נמק Animadverſiones, annotationes marginales.

נָמֵר Pardus, *cujus pellis variegata.* מְנוּמָּר Variegatum. אֲרִי נָמִירוֹן Leo-pardus.

נע״ *Abbreviatura. Idem ac* נַעֲשָׂה נְבֵילָה Facta eſt cadaver, *h. e. tamquam caro cadaveris, quæ edi prohibetur. Adhibetur, dum agitur de carnibus licitis, & illicitis.* 2. נְבוּכַר נֶצַר Nevucabnetzàr, *in Commentariis in Danielem.*

נָנָס Pumilio, Pygmæus. *Plur.* נְנָסִים Pumiliones, pygmæi.

ננף, נִנְפִי Nympha, ſponſa. נִנְפִי הָיָה לִי Sponſa erat mihi.

נָסָה Tentare, experiri, probare, periculum facere. נִסָּיוֹן Experientia, probatio, periculum, tentatio. *Plur.* נִסְיוֹנוֹת Tentationes, pericula.

נָסַח Evellere, eruere, transferre. נוֹסָחָא Exemplar libri, *vel* ſcripti. *Plur.* נוֹסָחָאוֹת Exemplaria. *Hiphil* הִסִּיחַ, *vel* הִסַּח tranſtulit, avulſit.

נָסַךְ Fundere, libare. *Hinc* מַסֶּכֶת, מַסֶּכְתָּא Tractatus abſolutus, pars, volumen libri. *Singuli libri Talmudici ita appel-*

pellantur, quia variæ, & diversæ res in Talmude simul commixtæ, & confusæ reperiuntur.

נִיסָן נסן Martius mensis.

נַסֵּר Incidere, secare. נֶסֶר Asser, tabula. נְסוֹרֶת Fragmentum, festuca, frustum.

נ״ע *Abbreviatura. Idem ac* נוּחוֹ עֵדֶן Requies ejus sit Paradisus. *Usurpatur de mortuis: vel* נִשְׁמָתוֹ עֵדֶן Anima ejus in Paradiso.

נְפַק Egredi, exire, prodire. אַפִּיק Producere, proferre. מַפִּיק Proferens.

נָפֵק בַּר Egrediens foras, *sc.* scortandi causa, scortator: נָפְקַת בָּרָא Scortum, meretrix vaga. בֵּית נָפְקַת בָּרָא Lupanar. נָפְקוּתָא Consequentia.

נֶפֶשׁ Anima: vita, corpus: ipse, ipsemet. *Apud Talmudicos* monumentum sepulcrale. בְּנַפְשׁוֹ Per se ipse. בַּעַל הַנֶּפֶשׁ Animatum. כֹּחוֹת נַפְשִׁיּוֹת Facultates animales. דִּינֵי נְפָשׁוֹת Judicia corporum, *id est*, capitalia, criminalia; *quibus opponuntur* דִּינֵי מָמוֹנוֹת Judicia pecuniaria, *quæ bona tantum spectant.*

נ״צבה *Abbreviatura. Idem ac* נַפְשׁוֹ צְרוּרָה בִּצְרוֹר הַחַיִּים Anima ejus ligata in fasciculo viventium; *ex* 1. *Samuelis* 25. 29. *Adhibetur de mortuis.*

נֶצַח Æternitas. נִצְחִי Æternus. חַיִּים נִצְחִיִּים Vita æterna. נִצּוּחַ Victoria. סֵפֶר הַנִּצּוּחַ Liber Topicorum, Topica *apud Logicos.* טַעֲנוֹת נִצּוּחִיּוֹת Rationes probabiles. *His opponuntur* מוֹפְתִיּוֹת demonstrativæ.

נָצַל Evadere. אִתְנַצְּלוּת Ereptio sui, defensio, excusatio. *Hithpahel* אִתְנַצֵּל excusare se, defendere se a calumnia, *vel* accusatione.

נִצּוּץ, נצץ Scintillatio, radiatio. נִיצוּץ הַחַמָּה Radiatio Solis, radii Solares, splendor, coruscatio.

נוֹצְרִי נצר Nazarenus. *Ita dictus est Christus Servator noster ab urbe* נָצֶרֶת Nazareth, *in qua educatus fuit, quæ est in monte sita Septemtrionem versus in Galilæa in Tribu Zabulon, triumque dierum spatio, vel sexdecim circiter milliaribus ab Jerusalem distat. Hinc a Judæis vulgo appellatur* יֵשׁוּ הַנּוֹצְרִי Jesus Nazarenus, *generatimque Christianus quilibet ab iisdem dicitur* נוֹצְרִי. *Drusius locum Actorum* 11. 26. Ita ut discipuli nominarentur primum Antiochiæ Christiani, *exponens inquit.* Prius nominabantur Nazoræi, sive Nazaræi, vel Nazareni. Appellant enim הנוצרים τοὺς χριστιανοὺς. *Loquens autem Divus Hieronymus de Judæis Isaiæ cap.* 5. *v.* 18. *scriptum reliquit.* Et ter per singulos dies in omnibus Synagogis sub nomine Nazarenorum anathematizant vocabulum Christianorum. *Posterior ætas, quæ proxime Apostolos consecuta est, hoc nomen accommodavit iis peculiariter, qui Legem cum Evangelio ita copulabant, ut etiam circumciderentur, & alias omnes cæremonias Legis observarent. Sic accipies apud Divum Hieronymum, ubi scribit.* Evangelium, quod secundum Hebræos lecti-

tant Nazaræi, & authenticum esse putant. *Sic in Compendio Aruch Cracovienſi habetur* בראשון אין מתענין מפני הנוצרים In primo die ſeptimanæ non jejunatur propter Chriſtianos; *ideo nimirum, quia dies hic Chriſtianis feſtus, ac ſolemnis eſt, videlicet dies Dominicus, ne die Chriſtianis ſacro Judæi jejunare videantur. Hæc verba ex editione Talmudis Baſileenſi expuncta ſunt, in Veneta tamen editione extant. Sic in Compendio Talmudico Hebraice* עין בא בשבת מט" *inſcripto legitur* וישראל לא מתענין אר ר יוחנן מפני הגוים In primo die ſeptimanæ quare non jejunant? Inquit Rabbì inſignis Jochanàn. Propter gentes, videlicet Chriſtianos. *Etenim etiam* גוים *nomine Judæi Chriſtianos appellant. Obiter animadverte in ultimo loco allato duas abbreviaturas, videlicet* מ"ט, *h. e.* מַה טַּעַם, *vel Talmudice* מָאי טַעְמָא Quæ eſt ratio? quis ſenſus? quare? *&* אר", *h. e.* אָמַר רַבִּי Inquit Rabbì, *vel* רַב Raf; *vel in numero plurali* אָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ Dicunt Rabbini noſtri, *tuncque duæ dictiones abbreviatæ ſequi ſolent* זל", *quæ ſignificant,* זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה Memoria ejus ſit in benedictione, *vel ſi ad plures ſint referendæ* זִכְרוֹנָם Memoria ipſorum &c. *Hæ duæ dictiones per abbreviaturas expreſſæ ſemper adhibentur, ubi nomen virorum piorum, ac religioſorum profertur, vel de ſapientibus, & Rabbinis mentio fit. Nomen etiam ſæpiſſime in Libris, vel Concionibus ab iis omittitur, uſurpaturque* וא זל Et dicunt beatæ memoriæ, *videlicet* חֲכָמִים Sapientes, *vel* Rabbini noſtri. *Plur.* הַנּוֹצְרִים Chriſtiani. *Hoc nomine, ut diximus, a Judæis ſolent appellari.*

נָקַב Perforare. נְקָבִים Foramina, meatus: nates. נְקָבִים גְּדוֹלִים Excrementa craſſa. נְקָבִים קְטַנִּים Excrementa tenuia, *ſc.* urina. נְקֵבָה Fœmina. *Hinc apud Grammaticos* לְשׁוֹן נְקֵבָה Vocabulum fœmininum, generis fœminini.

נָקַד Punctare, puncta vocalia adſcribere. מְנוּקָד Punctatum. נַקְּדָן Punctator. נְקוּד Punctatio: punctum vocale *apud Grammaticos.*

נָקַר Effodere: inquinare. נְקוּר Effoſſio, foramen: inquiſitio.

נרו" *Abbreviatura. Idem ac* נַטָּרֵהּ רַחֲמָנָא וּפַרְקֵיהּ Cuſtodiat eum Deus miſericors, & liberet eum. *Ad viventium laudem in librorum fronte præcipue uſurpatur. Adhibetur etiam* יצו".

נַרְתִּיק Theca, vagina, chirotheca: arca, ſacculus.

נש" *Abbreviatura. Idem ac* נֵזֶק שָׁלֵם Damnum integrum. *Ei opponitur* חֲצִי נֵזֶק Dimidium damni. 2. נְוֵה שָׁלוֹת Habitaculum pacis. *Eſt libri nomen ſæpe in* Caphtòr *citati. Hic titulus deſumptus eſt ex Iſa.* 32. 18. *Continet hic liber res Theologicas, & Philoſophicas. Compoſitus fuit a* ר אברהם שלום R. Abraham Salòm. *Editus Venetiis* 335. *Chriſti* 1575.

נָשִׁים Fœminæ, mulieres, uxores. Num. 31. 18. *De mulieribus Judaicis animadver-*

ten-

נָשָׂא Ferre, portare, ſumere: accipere. *Apud Logicos*, prædicare. נוֹשֵׂא ſubjectum. נָשׂוּא Prædicatum, adjunctum *apud Logicos*. *Item* uxoratus, connubio junctus. *Ei opponitur* פָּנוּי otioſus, cœlebs. *Fœm.* נְשׂוּאָה nupta. פְּנוּיָה Innupta. נָשׂוּא פָּנִים Honorabilis, elati vultus. הַשִּׂיא Nuptui dare, filiam elocare. נָשׂוּי Portatus, uxoratus. *Ejus oppoſitum* פָּנוּי Cœlebs, otioſus. מַשָּׂא Onus. מַשָּׂא וּמַתָּן acceptum, & datum; creditum, & debitum.

נשג, הַשָּׂגָה Aſſequi, attingere, apprehendere. מַשָּׂגִים Accidentia. חָכְמָה הַמּוּשָׂגָה Sapientia acquiſita. הַשָּׂגוֹת Apprehenſiones. הַשָּׂגוֹת הַחוּשִׁיוֹת Apprehenſiones ſenſibiles.

נִדָּה, שִׁפְחָה *Abbreviatura. Idem ac* נשנז, גּוֹיָה, וְנָה, Menſtruata, ancilla, Gentilis, *ſive* Chriſtiana, meretrix. *Judæis vetatur cum hujuſmodi rem habere. Aliquando pro* נ *ſcribunt* כ *pro* כּוּתִית Cuthæa, Samaritana, *quarum nomine mulier Chriſtiana intelligitur. Pro* ן *ſcribunt etiam* א, *h. e.* אֵשֶׁת אִישׁ, *vel* אא, *h. e.* אֲשׁוּת adultera. *Utinam Hebræi ab hujuſmodi abſtinerent, eoſque Chriſtianæ fœminæ ad ſe accedentes acriter increpatos rejicerent.*

נשר *Abbreviatura. Idem ac* נַפְתָּלִי שְׂבַע רָצוֹן Naphtali ſatur benevolentia, *ſc.* Dei. Deut. 33. 23. *Fuit teſſera, & ſignum militare in vexillo Tribus Naphtali.*

נת *Abbreviatura. Idem ac* נְתִינַת תּוֹרָה Datio Legis. בנת In datione, traditione Legis. *Idem indicatur per* מת.

tendum, earum munus eſſe lucernas Sabbatinas accendere. Itaque circa veſperam, Sole occumbente, quolibet die Veneris mulieres quæque domi ſuæ lampada ſex luminibus conſtantem accendunt. Quod ſi oleum deſit, ad illud parandum oſtiatim pecuniam corrogant. Simul ac lampas ardere incipit, manibus verſus eam expanſis precatiunculam quamdam mulier recitat, ſplendorem ab oculis removens, quia precatiuncula eſſet recitanda, lucerna nondum accenſa: cum autem id fieri nequeat, manus opponit; idemque eſt, ac ſi lucerna non arderet. Si quis autem quærat, quamobrem mulieres adeo accurate lucernarum accendendarum præcepto ſatisfacere conentur, hinc fit, quia תַּלְמוּד Talmùd *in* מִשְׁנָה Miſnà *ſect. 6. minitatur, eas propter tria potiſſimum peccata tempore partus interituras,* על שאינן זהירות בנדה ובחלה ובהדלקת הנר quia *videlicet* non ſatis cautæ fuerunt circa impuritatem ſuam menſtruam, circa placentam farinaceam, & circa accenſionem lucernæ. *Præmium vero ſedulis, & ſtudioſis hac in re fœminis promittit, & veluti mercedem proponit doctam, & eruditam filiorum ſobolem. Ad implendam quidem legem, & præceptum a Rabbinis traditum ſatis eſſet lucernam unam accendere, pietatis tamen, ac religionis exercendæ ergo ſingulas accendunt. Solent autem Patresfamilias die Veneris mulieres de lucernarum accenſione admonere, ne forte vel negligentia, vel oblivione hujuſmodi munus prætereant. Cur autem ad fœminas lucernarum accenſio pertineat, ea potiſſimum videtur ratio eſſe, quia mulieres intra domeſticos parietes concluſæ rei domeſticæ curam gerere ſolent, viris interea forenſibus, aliiſque variis negotiis, & occupationibus diſtentis, atque implicatis. Porro precatiuncula, quæ a muliere recitatur, dum lucernas accendit, eſt hujuſmodi* בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם אֲשֶׁר קִדַּשְׁתָּנוּ בְּמִצְוֹתָיו וְצִוִּיתָנוּ לְהַדְלִיק נֵר שֶׁל שַׁבָּת *h. e.* Benedictus tu Dominus Deus noſter, Rex Mundi, qui nos præceptis tuis ſanctificaſti, & candelas Sabbatinas accendere feciſti.

נתב״ע *Abbreviatura*. *Idem ac* נוּחָתוֹ תִּהְיֶה בְּגַן עֵדֶן Requies ejus sit in Paradiso. *Explicatur prima littera* נ *etiam per* נַפְשׁוֹ anima ejus. *De mortuis usurpari solet*.

נִתַּח Dissecare, dividere in frusta, & membratim, נִתּוּחַ Dissectio, sectio. נִתּוּחַ אֵבָרִים Dissectio membrorum, Anatomia. בַּעֲלֵי הַנִּתּוּחַ Anatomici.

נָתַן Dare. מַתָּן Datum. *Item* donatio *in materia Testamentorum*. נְתִינָה Datio, donum, munus. מַשָּׂא וּמַתָּן acceptum, & datum. *Sic appellatur* negotiatio, commercium.

נתר, הִתִּיר *Hiphil* Solvere, expedire: licitum reddere, permittere, concedere, liberum dimittere: dubium solvere. *Hophal* הוּתַּר Solvi: permitti: liberum fieri: ut הוּתְּרָה הַשְּׁאָלָה soluta est quæstio. הַתָּרָה Dimissio, liberatio: argumenti solutio, *vel* quæstionis dubiæ. הַתָּרַת הַנֶּדֶר Solutio voti. הַתָּרַת הַמְּנוּדֶּה Liberatio, dimissio excommunicati. מוּתָּר Licitum, permissum, concessum. הֵיתֵר Idem. *Ejus oppositum* אָסוּר vetitum, *vel* אִיסוּר prohibitio.

INCIPIENTIA

A ס

ס *In numeris valet sexaginta, semperque est littera radicalis*.

סָאַב Polluere, contaminare, profanare, inquinare, vitiare, impurum, pollutum reddere, *vel* pronuntiare. 2. Reg. 23. 16. Ezech. 23. 17. inquinari. Psal. 106. 39. *Ithpehal* אִסְתְּאַב, *vel* אִסְתָּאַב *ex Ithpahel*, impurum, pollutum esse, pollui, contaminari, inquinari. Levit. 18. 24. Jerem. 2. 23. *Ex Aphel* לְאַסְאָבָא. Genes. 29. 22. *in Jonathane*. *Vide in* נסב.

מְסָאָב, מְסָאֲבָא Pollutus, impurus, immundus. Levit. 5. 2. Isa. 66. 6. *Plur.* מְסָאֲבִין polluti. Levit. 11. 28. *Fœm.* מְסָאֲבָא, מְסָאֲבְתָּא immunda, polluta. Levit. 5. 2. Zach. 13. 2. *Plur.* מְסָאֲבָן pollutæ.

סוֹאֲבָא, סוֹאֲבַת Pollutio, immundities, impuritas, res immunda. Levit. 5. 3. Ezech. 36. 13. *Plur.* סוֹאֲבָן, סוֹאֲבַת pollutiones. Levit. 16. 16. *Cum aff.* מִכֹּל סוֹאֲבָתְכוֹן Ab omnibus immunditiis vestris. Ezech. 36. 25.

סְאוֹבָא, סְאוֹבְתָּא, סְאוּבְתָּא, *& contracte* סוֹבְתָא idem.

סוֹאֲבוּת Idem. Levit. 14. 19. *in Jonathane*.

סְאָה, סָאתָא Satum, modius, *proprie mensura aridorum, trigesima pars Cori, tertia Ephæ, continet sex cabos, scilicet* 144. *ova*. 2. Reg. 7. 1. *Plur. masc.* סְאִין, & סָוִיין, & סָאוִין sata. Exod. 29. 4. Levit. 15. 5. *Fœm.* סָאוָן. Genes. 18. 16. *Dual.* סָאתָן duo sata. 1. Reg. 18. 32. *In Tractatu Talmudis* סוֹטָא *fol.* 9. *hæc habentur*: אין הקבה נפרע מן האדם

h. e.

עד שתתמלא סאתו *h. e.* Deus non capit ultionem ab homine, donec impleta fuerit menſura ejus. *Id ex Job* 20. 22. *Rabbini ſine ulla dubitatione ſunt mutuati:* בְּמִלּאוֹת סְפָקוֹ יֵצֶר לוֹ Cum impleta fuerit ſufficientia ejus, anguſtia erit ipſi, *quæ verba a Paraphraſte Chaldæo ita vertuntur* תִּתְמְלֵי סָאתֵיהּ יִתְפְּרַע מִנֵּיהּ Cum impleta erit menſura ejus, ultio ſumetur de ipſo. *Sic Chriſtus* Matth. 23. 32. Πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. Implete menſuram patrum veſtrorum. *In Tractatu* מנחות Menachòt *præterea legitur:* החורה היתה באה חמש סאין ירושלמיות שהן חמש מדבריות *h. e.* Sacrificium laudis veniebat ad quinque Sata Hieroſolymitana, quæ ſunt quinque deſerti, *videlicet quæ ætate Moſis in uſu erant in deſerto. Sic in* עירובין Eruvin *fol.* 83. *Rabbini tradiderunt,* סאה ירושלמית Seam Hieroſolymitanam *ampliorem fuiſſe* סאה Sea *deſerti ſexta parte, &* סאה Seam *Tzipponenſem Hieroſolymitana ſexta parte.*

סאם, סָאְמָא Argentum. Prov. 17. 3. *ubi in Venetis corrupte* לְסָאסָא.

סאן, סִינָא Calceus, calceamentum. סִינֵי, סִינִין calcei.

מסן Idem. *Plur.* מְסָנַיָּא, מְסָנִין calcei. Iſa. 3. 18. *Fœm.* מַסָּנְתָּא calcei. Eſth. 5. 1. *in Targum ſecundo.*

סָאִין *Vide in* סין.

סב, סָבָא *Vide in* סוב.

סבא *Hebraice.* Potare, inebriari, mero ſe obruere, congræcari, ingurgitare ſe. Prov. 23. 20. Deuteron. 21. 20.

סבב *Hebraice.* Circumire, ambire, circumdare. Eccleſ. 9. 14. *Item* in cauſa eſſe, cauſam præbere. 1. Sam. 22. 22. *Hiphil* הֵסֵב Accumbere, diſcumbere *ad capiendum cibum, qui accubitus in circuitum fiebat. Hinc* והוא מיסב דרך חירות Et inclinat; diſcumbit more liberorum, *quæ inclinatio, ſive diſcubitus eſt ſecuritatis argumentum.*

סוֹבְבָא, סוֹבֵב Circuitus, circumferentia, ambitus, rotæ apſis. Exod. 27. 5. סוֹבֵב שֶׁל גַּלְגַּל Ambitus rotæ, canthus, *ferrum, quo rotæ vinciuntur.*

מְסִבְּתָא, מְסִבָּא Cochlea: ambitus, circuitus. Ezech. 41. 7. *Plur.* מְסִבָּן, מְסִבָּתָא cochleæ, gradus circulares. 1. Reg. 6. 9.

סְבִבְיָא Fuſtes. *Nonnulli legunt* סְבִבְיָא. Iſa. 7. 20.

הַסְבָּה Accubitus, inclinatio in latus. *Ex Majemonide in* הלכות חמץ ומצה *cap.* 7. Qui inclinat ſe in cervicem, vel in faciem, id nequaquam habetur pro inclinatione. הסיבת ימין אינה הסיבה Inclinatio in latus dexterum non eſt inclinatio. שותין בהסבת שמאל Bibunt cum inclinatione in latus ſiniſtrum. אשה אינה צריכה הסיבה: ואם אשה חשובה היא צריכה הסיבה Mulier non habet opus inclinatione; ſed ſi fuerit fœmina præſtans, neceſſe eſt, ut inclinet. *Hæc inclinatio eſt unus ex ritibus in cœna Paſchali adhibendis.*

Ada-

סַבְּהַלּוֹם Adamas, *lapis pretiosus*. *Hebraice* יְהַלֹּם Exod. 28. 18. & 39. 11. Ezech. 28. 13.

סָבַךְ Implexum, perplexum esse. *Hinc* סְבִיךְ Perplexum, perplexitas. Psal. 74. 5. *Rabbinis* צֶמֶר מְסוּבָּךְ lana implexa.

סְבָכִים, סְבָכִיָּא Torques, *vel* ornamenta reticulata, implexa, ornamenta muliebria, *ita dicta ab opere implexo*. Isa. 3. 18. *Kimchì vult, esse* vittas, reticula ornata capitis *implexo opere contexta*. *Hebraice* שַׁהֲרֹנִים lunulæ. Jud. 8. 21. Isa. 3. 18.

סַבְּכָא, שַׁבְּכָא Sambuca, *instrumentum musicum*. Dan. 3. 5. 7.

סָבַל Portare, bajulare, ferre, perferre, sustinere. *Ex Pahel Participip.* מְסוּבָּלִין onusta, firma, *vel* portantia. Esdræ 6. 3.

סוּבַּלְתָּא Spica. *Hebraice* שִׁבֹּלֶת Judic. 12. 6.

סַבְּלוֹנוֹת Munera, dona nuptialia, *a sponso missa ad sponsam*, & *socerum die altero nuptiarum ad novam amicitiam*, & *affinitatem contractam significandam*, *ita dicta a Verbo* סָבַל portare, *quia ex una domo in aliam transferuntur*. *Ex Majemonide in* מִשְׁנָיוֹת *interpretatione*, & *explicatione*: סבלונות משאות וגורתן מעניין נושא סבל שנושאים אותם מיר זה ליר זה *h. e.* Siblonòt, *videlicet* Massaòt, Munera. Derivatio ejus est ex significatione נָשָׂא סָבַל portantes onus, 1. Reg. 5. 15. *Ista enim munera* portantur ex manu hujus in manum illius. *Glossa R. Salomonis ad* בבא בתרא *cap. 9. ita habet in Latinum sermonem conversa*. Consuetudo sponsorum est post desponsationem per datam arrham, ut crastino mane mittant ad domum soceri sui in honorem uxoris (*sponsæ*) suæ monilia, sive ornamenta muliebria, species fructuum, vascula vini, aut olei; quandoque etiam comedit illic cum ea.

סָבַן *Idem ac* זָבַן Emere. *Hinc Participip. Pehil* סְבִינֵי empti. Genes. 17. 13. *in Jonathane*.

סָבְנִין Sindones, lintea, linteamina tenuia. Deuter. 34. 6. *in Jonathane*.

סָבַע Satiari, saturari. Job 38. 27. *Pahel* סַבַּע satiare. *Aphel* אַסְבַּע idem. Psal. 91. 16.

סָבֵעַ Satur. *Plur.* סָבְעִין saturi. Ezech. 16. 49.

סוּבְעָא Saturitas. Psal. 16. 11.

סָבַר Cogitare, putare, existimare, opinari, arbitrari, censere, judicare. Genes. 48. 11. Isa. 28. 10. expectare, præstolari, confidere, sperare: intelligere, accurate statuere: frangere, confringere. *Pahel* סַבַּר, *irregulariter* סוֹבַר. *In forma regulari significat* sperare, confidere, expectare, præstolari. Isa. 26. 8. Thren. 3. 25. intelligere, animadvertere. Isa. 28. 9. 1. Sam. 3. 8. intelligere facere. Isa. 40. 14. *Ad vultum relatum* benevole accipere. Thren. 4. 16. *In forma vero* סוֹבַר portare, ferre, perferre, sufferre, perpeti, sustinere, perseverare: sustentare, alere: disponere, mo-

moderari. Pſal. 112. 5. complecti, continere. 1. Reg. 8. 27. cogitare, exiſtimare. *Ithpahel* אִסְתַּבַּר, & אִסְתּוֹבַר. *Ex priori forma eſt* אִסְתַּבְּרוּ expectarunt. Pſal. 106. 13. מִסְתַּבַּר fractus, territus, attonitus, *forte pro* מִשְׁתַּבַּר. Geneſ. 49. 17. *ex poſteriori* וּמִסְתּוֹבְרִין & erunt onuſti. Ezech. 39. 9. *Aphel* אַסְבִּיר, *vel* אַסְבַּר ſperare, confidere facere. Pſal. 22. 10.

רַבָּנָן סְבָרֵי Rabbini putant. *In Sepher Muſàr fol.* 125. *habetur, Hebræos adhibere* סָבְרֵי מָרָנָן *formulam loquendi ante conſecrationem vini, ſive in prandiis, ſive extra prandium, dum vinum exhauriunt. Hæc ſunt verba* המברך על היין אומר סברי מרנן והן אומרים לחיי ואומר באי אמה *h. e.* בורא פרי הגפן ועונין אמן ושותה תחלה ואחר כן שותין כל בני חבורה Qui benedictionem dicit ſuper vinum, dicit סברי מרנן, & ipſi reſpondent: ad vitam. Tum ipſe ait. Benedictus Dominus Deus noſter Rex Mundi, qui creat fructum vitis; & reſpondent, Amen &c. *Inter ſe acriter digladiantur Rabbini, quænam ſignificatio his verbis ſubjecta ſit. Scaliger autem in libro De emendatione Temporum fol.* 537. *ſcribit.* Pro iis in libro מִנְהָגִים *Minaghìm* in ritibus cœnæ Sabbatinæ, & Paſchatis habetur, סָבְרֵי מוֹרַי וְרַבּוֹתַי. *Hujus phraſis* סָבְרֵי מָרָנָן *variæ explicationes adducuntur. In libro Muſàr loco ſupra citato* נגמר הדין מוציאין אותו ליהרג ונותנין לו כוס של יין ונותנין לו קורט של לבונה כדי שתטרף והוא נוטל הכוס ואומ סברי מרנן והן עונין אחריו למיתה *h. e.* Confecto judicio educunt eum (*qui condemnatus eſt*) ut occidatur, & dant ei poculum vini cum grano thuris, ut abripiatur mens ejus. Ipſe accipiens poculum dicit, סָבְרֵי מָרָנָן; illi autem reſpondent; ad mortem. *Aliæ expoſitiones ibidem aſſeruntur. Cum ſcilicet in prandio ante vini conſecrationem uſurpantur*, מוֹרַי Domini mei, de poculo iſto, quod bibiturus ſum, quid vobis videtur? ad vitam ne cedet, an ad mortem? ad benedictionem, an ad maledictionem? num, quod Deus avertat, ei ſimilis ero, cujus judicium eſt confectum, quique ad ſupplicium egreditur? Ipſi reſpondent, לחיי *ad vitam*, non ad mortem, ad benedictionem, non ad maledictionem &c. *In genere tamen volunt, hanc eſſe phraſeos ſententiam*, מה דעתכם מה אתם סוברין Domini mei, quid vobis videtur de poculo iſto, quod bibiturus ſum?

סָבְרָא, סַבְרָא, סְבָרָא Spes, expectatio. Job 14. 7. elatio, converſio. *Conjungitur cum nomine* אַף. Gen. 31. 2. *Apud Rabbinos tritum* הוי מקבל את כל האדם בסבר פנים יפות *hoc eſt.* Eſto recipiens quemvis hominum cum aſpectu vultus pulcri, *videlicet* hilaris, benigni. *Hoc dictum tribuitur* שמאי Schammài *viro eximio & inſigni inter veteres Hebræorum* חכמים Sapientes, *quo diſcipulos ſuos docuit, humanitatem, & benignitatem erga quoslibet adhibendam eſſe.*

סְבַרְתָּא Idem. Job 11. 20.

Idem.

סִבּוּרָא, סִבּוּר Idem.

סוֹבָרָא Idem. Psal. 9. 19.

סַבָּר Cogitans, intelligens, prudens, acer, acutus. Levit. 19. 32. 1. Reg. 3. 9. *Plur.* סַבָּרִין Gen. 49. 10. *ex alia forma* סְבִירִין Levit. 19. 32. *in Jonathane.*

סַבָּרוּתָא Prudentia, intelligentia. 1. Reg. 10. 11.

סְבַר Aspectus, *cum nomine* אַף *conjunctum.*

סְבִיר Aspectabilis, elatus, *pariter cum nomine* אַף *copulatum.* Job 22. 8. Prov. 1. 33.

סְגָא, סְגָה, & סְגֵי Multum esse, multiplicari, augeri, crescere. Exod. 1. 20. Ezech. 16. 7. *Infinitivus* לְמַסְגֵי ad deficiendum, *pro* לְמִשְׁגֵי. Judic. 21. 3. *Aphel* אַסְגֵי multiplicare, augere. Deut. 1. 10.

סַגִּיא, סַגִּי Multus, copiosus, amplus. Jer. 42. 2. Psal. 130. 7. *Adverbialiter*, multum, plurimum, satis. Numer. 16. 3. *Plur.* סַגִּיאִין, סַגִּיאַיָּא multi. Amos 3. 15. *Fœm.* סַגִּיאָה, סַגִּיאֲתָא multa. 1. Sam. 12. 17. *Plur.* סַגִּיאָן, סַגִּיאָתָא multæ. Judic. 8. 30.

סְגֵי Multitudo, copia. Gen. 32. 12. Deut. 1. 10.

סוּגֵי Idem. Job 37. 23. & *cum* א *in medio*, סוּגְאֵי Prov. 5. 23.

סוּגְאָה Idem. Job 37. 23.

סְגִיאָה Idem. *Constr.* סְגִיאַת. Thren. 1. 5.

סַגִּיוּ, סַגִּיוּתָא, סַגִּיוּת, סְגִיאוּת Idem. Genes. 27. 9. Isa. 1. 11. Ezech. 24. 12.

סְגוּ, סִיגוּ Idem, Prov. 12. 3. & 15. 23.

סַגְיָא Sepes, sepimentum, maceria. Numer. 22. 24. *in Targum Hierosolymitano.*

סְגִיתָא Idem. Esth. 3. 3. *in Targum secundo.*

סְגַד Incurvare se, procumbere, incurvando adorare, invocare. Genes. 24. 48. Psal. 96. 9.

סְגִידוּת Adoratio. בֵּית סְגִידוּ domus adorationis, *sc.* Templum. Genes. 11. 4. *in Targum Hierosolymitano.*

סְגוּדָא, סְגִידָא, & סְגִדָא Idem. Levit. 26. 1.

סגל סְגוּל, סְגוּלָא Botrus. Numer. 13. 24. *Plur.* סְגוּלִין, סְגוּלַיָּא botri. Genes. 40. 10. *in Targùm Hierosolymitano.*

סְגוּלָא Peculium. Deuter. 26. 17. *Item* סְגוּלָה Proprium, *unum ex quinque Prædicabilibus Logicis. Sic* שֵׁם סְגוּלָה Nomen proprium, *uni competens peculiariter, & semper, veluti* צְחוֹק סְגוּלָה לְאָדָם Risus est proprium hominis.

סִיגְלֵי, סִיגְלִין Mandragoræ. *Aliis* violæ; *aliis* lilia. Numer. 21. 13.

סְגַלְגַל Rotundum, orbiculare: orbis, circulus. Cant. 7. 2. 1. Reg. 7. 23. *Plur.* סְגַלְגְלִין 1. Reg. 6. 34. & *fœm.* סְגַלְגְלָן rotunda: orbes. Ezech. 1. 7.

סְגַן Antistes, antesignanus, primarius, præfectus, præpositus: vicarius. Numer. 19. 13. *in Jonathane. Plur.* סִגְנִין, סִגְנַיָּא antistites. *Græce* סְגַן *dicitur* τοποτηρητὴς locum tenens, suffraganeus. *Hebraice legitur tantummodo in numero plurali* סְגָנִים.

Hinc

Hinc nonnulli in numero ſingulari dicunt סָגָן; *Rabbini vero uſurpant* סָגָן, *generatimque vertitur per* Præfectum, Antiſtitem. *Hinc in Targum exponitur* Jerem. 51. 23. *per* טוּרָנִים Reges, Principes. Iſa. 41. 25. *per* שִׁלְטוֹנֵי Dominatores. Iſa. 41. 25. *Vox autem* סָגָן Sagan, *a Chaldæis, & Babyloniis, quorum propria erat, ad Hebræos tranſiit. Hinc Beroſus, qui Chaldaicam Hiſtoriam ſcripſit, lib. 2. ait. Primum itaque dixerunt Ogygiſan* Sagan, *h. e.* illuſtrem ſacrorum Pontificem, Noam. סָגָן Sagan Jeremiæ 20. 1. *reſpondet Hebræo* נָגִיד, *ut* סָגָן כֹּהֲנִיא Antiſtes Sacerdotum, *nimirum primarius Sacerdotum poſt Summum. Sic* Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo* תְּרֵין מַתְבָּנִין דְּרַהֲבָא חַד לְכָהֲנָא וְחַד לְסָגָן כֹּהֲנַיָּא Duæ ſellæ aureæ, quarum una fuit pro Sacerdote Summo, altera pro Antiſtite Sacerdotum reliquorum. *In Tractatu* יוֹמָא Jomà *cap. 3. fol. 41. Talmudis Hieroſolymitani traditur, quibus in rebus* סָגָן Sagan לַכֹּהֵן הַגָּדוֹל Sacerdoti Summo *inſerviret.*

עוּלֵימָא, עוּלָם Puer, puerulus, adoleſcens, juvenis. Geneſ. 43. 8. *Plur.* עוּלֵימִין, עוּלֵימַיָּא, & עֻלְמִין pueri. 2. Sam. 18. 15. Geneſ. 14. 24. *Fœmin.* עוּלֵימְתָּא, עוּלְמָא puella, juvencula, adoleſcentula, ancilla. Geneſ. 24. 14. & 16. *Plur.* עוּלֵימָתָא, עוּלְמָן puellæ. Eſth. 2. 2. *Item* adoleſcentia, juventus, pueritia. Iſa. 40. 31.

עֲלֵימוּתָא Idem. Exod. 2. 1. *in Jonathane*.

עֲלִימִין Idem. Pſal. 89. 46.

עָלְמָא, עָלַם, עַלְמָא, עֲלַם Mundus: ſæculum, æternum, æternitas, perpetuum, ſempiternum. Geneſ. 3. 22. Pſal. 89. 2. עָלְמָא דְאָתֵי ſæculum venturum, Mundus venturus. Cant. 2. 3. *Plur.* עָלְמִי, עָלְמִין, עָלְמַיָּא ſæcula. Dan. 2. 44. Pſal. 77. 8.

עוֹלָם *Hebraice*. Sæculum; Mundus. עוֹלָם הַזֶּה Mundus hic, *cui opponitur* עוֹלָם הַבָּא Mundus venturus, ſæculum futurum. עוֹלָם הַזֶּה Mundus hic *dividitur in* הַתַּחְתּוֹן, *vel* עוֹלָם הַשָּׁפֵל inferiorem, (*qui appellatur etiam* עוֹלָם הַגָּדוֹל Mundus magnus, *Macrocoſmus*, & עוֹלָם הַקָּטוֹן

Mundus parvus, *Microcosmus, videlicet homo,*) *in* הַתִּיכוֹן medium, & הָעֶלְיוֹן *supremum.*

עלע עִלְעָא Costa. *Derivatur ab Hebræo* צֵלַע, *mutato* צ *in* ע. Genes. 44. 19. Dan. 7. 5.

עִלְעִיתָא Causſa, occaſio. Eſth. 1. 16. *in Targum ſecundo.*

עלק עֲלוּקָא Hirudo. Pſal. 12. 9. Prov. 30. 15.

עלש עוּלְשִׁין *Herbæ amaræ, cum quibus agnus Paſchalis comedebatur. Aliis* cicoreæ; *aliis* naſturtium; *aliis* intybus. Exod. 12. 8. *in Jonathane. Italice* Criſpigno, *Latine* Cicerbita, ſonchus. Cant. 2. 9. *In Ghemarà Hieroſolymitano exponitur per* טרוקסימון τραξιμον.

עמד עַמּוּדָא, עַמּוּד Columna, ſtatua. Exod. 13. 22. Jerem. 1. 18. *Plur.* עַמּוּדַיָּא, עַמּוּדִין ſtatuæ. Ezech. 42. 6. 1. Reg. 7. 6.

מַעֲמָד, מַעֲמָדָה Status: ſtatio: Liturgia. Prov. 3. 33. *Erat etiam* מַעֲמָד Cœtus delectus *oblationibus, Precibuſque præfectus, ut rite, & recte pro toto populo fierent. Hujuſmodi Stationes, ſive Cœtus erant numero viginti quatuor, dicebanturque* אַנְשֵׁי מַעֲמָדוֹת Viri Stationum *publicis ſacris perpetuo operam dantes. Singulis Cœtibus præerat unus vocatus* רֹאשׁ הַמַּעֲמָד Caput ſtationis, *qui immundos in porta Orientali ſubſiſtere jubebat, neque ulterius progredi. A Prophetis prioribus* כַּת מִשְׁמָרוֹת 24. φυλακαὶ, *ſeu* Cuſtodiæ *conſtitutæ ſunt,* וְעַל כָּל מִשְׁמָר & unicuique Cuſtodiæ *Hieroſolymis adjuncta erat Statio ex Sacerdotibus, Levitis, & Iſraelitis. Tempore vero Cuſtodiæ appropinquante, quo tenebantur Hieroſolymas aſcendere, eo aſcendebant Sacerdotes, & Levitæ, Iſraelitis interea in Synagogas urbium ſuarum convenientibus, ibique jejunio, Precibus, & lectioni Hiſtoriæ Creationis operam quotidie dantibus, ut oſtenderent, Mundum per cultum, qui in Sanctuario peragebatur, ſubſiſtere, ac permanere. Cultus vero hic tota illa hebdomade perdurabat, quo Cuſtodia per Sacerdotes, & Levitas Hieroſolymis oblationes ſuas offerebat. Hinc* סֵדֶר מַעֲמָדוֹת, *vel* סֵפֶר *eſt* Ordo Stationum ſacrarum, *vel* Ordo Precum, & lectionum, *quas hujuſmodi homines ſingulis hebdomadæ diebus recitare tenentur. Hujus autem* Ordinis, *ſeu* Libri Stationum *dicti hæc eſt origo. Templo Hieroſolymitano adhuc ſtante, Judæi noctu peccantes Sacrificium mane offerebant; interdiu vero, offerebant veſpere, quo oblato Sacrificio per Sacerdotem eis peccata condonabantur. Templo autem ſolo æquato, Sacerdotibuſque cum Sacrificiis ſublatis, ex Judæis magis pii, & religioſiores inſtituerunt, ut pro Sacrificiis Preces in memoriam Sacrificia antiqua revocantes recitarentur. Cum enim ſibi perſuaſiſſent, recordationem Sacrificiorum idem omnino valere, ac eorumdem oblationem, triplicis generis lectiones ſingulis hebdomadæ diebus accommodarunt excerptas ex* מִקְרָא MiKrà, מִשְׁנָה Miſnà, & גְּמָרָא Ghemarà, *quæ ad hanc diem quotidie a magis piis recitantur. Hujus* סֵפֶר מַעֲמָדוֹת libri Stationum *fronti hoc elogium inſcriptum eſt:*

כל האומרם מובטח לו שהיא בן העב

Quicumque dicit iſta quotidie, perſuaſum ipſi ſit, ſe eſſe filium vitæ æternæ. *Liber hic cum brevi Commentario Venetiis editus reperitur anno* 1598. *in* 8; *ſine Commentario vero tum Venetiis, tum alibi.*

עָמָא, עֲמָא Obſcurari, obſcurum eſſe. Thren. 4. 1. Ezech. 27. 7. *Item* humiliari, deprimi.

עַמְיָא, עַמְיָא Obſcurum, *cui opponitur* חִוַּר album, candidum. Levit. 13. 6. *Plur. fœm.* עַמְיָן obſcuræ.

La-

עָמַל Laborare. Jon. 4. 10. *Hithpahel* הִתְעַמֵּל defatigare se, exercere se ad se calefaciendum. *Rabbinis usitatum.*

עָמָל, עֲמָלָא Labor, molestia: laboris merces. Genes. 3. 17.

עָמַם Obscurare. Deut. 26. 7. *Pahel geminatum* עַמְעֵם idem. Isa. 6. 10. *Ithpehal* אִתְעַמַּם caligare, obscurari, extingui. Eccles. 12. 2. 3.

עַם, עַמָּא Populus. Esth. 1. 22. *Plur.* עַמִּין, עַמְמִין populi. Genes. 27. 29. *Emphat.* עַמְמַיָּא Genes. 49. 10. *Vox etiam Hebræa* גּוֹי *aliquando a Paraphrastis redditur per* עַם, *ut* Genes. 12. 2. 1. Reg. 18. 10. Psal. 106. 5. *Rabbinis* עַם הָאָרֶץ *idem est, ac Chaldaice* עַמָּא דְאַרְעָא, עַם דַּאֲרַע *vel* עַמָּא populus terræ, *videlicet* vulgus, plebs imperita, & ignara. *In Tractatu* עירובין Eruvin *fol.* 18. *Rabbini usurpant* עַם הָאָרֶץ *de uno tantum homine, qui Idiota sit, ignarus, imperitus, & inter infimæ notæ homines recensendus:* גדול תלמיד חכם ממזר מכהן גדול עם הארץ *h. e.* Major est discipulus Sapientis spurius, quam Sacerdos Magnus imperitus. *Sic in Bereschith Rabbâ sect.* 79. חמתיה חד כותי עם דארע *h. e.* Vidit eum quidam Samaritanus populus terræ, *videlicet* Idiota, plebejus. *Plur.* עַמֵּי הָאָרֶץ Populi terræ, *h. e.* profani, gentiles. *Hinc* וּ דְּבָרִים נֶאֱמָרִים בְּעַמֵּי הָאָרֶץ Sex res dicuntur de populo terræ; *non tradunt ei, neque accipiunt ab eo testimonium; non faciunt eum tutorem; ei comites in via se non adjungunt; non proclamant rem ab eo amissam; secretum ei non credunt.*

עִם Cum: juxta, prope, apud. Genes. 25. 11. & 35. 4. מֵעִם a, ab, abs, de. מֵעִמָּךְ abs te. Exod. 8. 29. ab. *Cum aff.* עִמּוֹ cum eo, עִמָּהּ cum ea, עִמִּי mecum, עִמָּךְ tecum, עִמְּכוֹן vobiscum, עִמָּהֶן cum eis, עִמָּנָא nobiscum, מֵעִמָּנָא a nobis. Genes. 26. 16.

עָמַק Profundum esse. Psal. 92. 6. *Hebraice.*

עָמִיק, עֲמִיקָא Profundus, profundum. Isa. 33. 19. *Plur.* עֲמִיקִין, עֲמִיקַיָּא profundi. Psal. 92. 6. *Fœmin.* עֲמִיקְתָּא, עֲמִיקָא profunda. Prov. 22. 14. & 25. 3. *Plur.* עֲמִיקָתָא, עֲמִיקָן profundæ. Dan. 2. 22.

עֲמָקָא Profunditas. Isa. 30. 33. *Plur.* עֲמָקֵי, עֲמָקִין profunditates. Prov. 9. 18.

עוּמְקָא, עַמְקָא Profunditas: cicatrix. Levit. 13. 2. fossula. Levit. 13. 10. *Plur.* עוּמְקִין, עוּמְקַיָּא profunditates. Psal. 130. 1.

עֲמָקוּת Idem. Hos. 7. 16.

עָמַר *Pahel.* Manipulos facere. Psal. 129. 7.

עוּמְרָא, עוּמַר, עוֹמֶר Manipulus. Deut. 24. 19.

עֲמִירָא Idem. Amos 2. 13.

עוֹמֶר, עוּמְרָא Homer, Gomer, *vel* Gomor *mensura aridorum.* Exod. 16. 18. manipulus. Deut. 14. 19. *Continebat autem* Gomer *decimam partem Ephæ, videlicet modii. Mensuræ huic nomen hoc* עֹמֶר Gomer *inditum fuit, quia in deserto maximo fuit Israelitis usui per quadraginta annos ad*

me-

metiendum manna. Animadvertendum, in Sacris litteris tria ſata, tres modios, tres menſuras, tres amphoras, unum batum, unum Epha & ſignificatione, & re idem omnino eſſe. Apud Joſephum pariter idem ſunt Gomer, Aſſaron, & Decima. Plerique autem Auctores volunt, Gomer continuiſſe libras octo, ſive uncias nonaginta ſex, quæ portio cuilibet vel edaci ſtomacho quotidie ſatis ſuperque erat. Verum cum manna magnitudine quidem majus frumento eſſet, pondere tamen levius, infert Villalpandus, Gomer manna plenum ad quatuor circiter libras acceſſiſſe. Juxta Abèn Ezrà Gomer erat מאכל איש אחד ביום אחד *h. e.* Cibus viri unius die uno, *cujus opinio innititur Exod. 16. v. 16.* זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר צִוָּה יְהוָה לִקְטוּ מִמֶּנּוּ אִישׁ לְפִי אָכְלוֹ עֹמֶר לַגֻּלְגֹּלֶת מִסְפַּר נַפְשֹׁתֵיכֶם אִישׁ לַאֲשֶׁר בְּאָהֳלוֹ תִּקָּחוּ *h. e.* Colligat unuſquiſque ex eo, quantum ſufficit ad veſcendum, Gomer per ſingula capita, juxta numerum animarum veſtrarum, quæ habitant in Tabernaculo ſuo, tolletis. *Itaque cum ſinguli quotidie collectum Gomer manna plenum conſumerent, hujuſmodi menſura cuilibet viro ſatis erat.*

Cum autem עֹמֶר Gomer *etiam* manipulum *ſignificet, placet hoc in loco nonnulla de* עֹמֶר manipuli hordeacei *oblatione dicere. Fiebat itaque hujuſmodi oblatio die decimo ſexto menſis* נִיסָן Nisàn, *h. e.* Martii, *nimirum die altero poſt Paſcha, qui ob id vocabatur* יום הַנָּף dies agitationis, *videlicet* manipuli. *Quæ manipuli hordeacei oblationem circumſtant, luculentiſſime Chriſtum captum, & patientem adumbrant. Porro non licebat ante ſolemnem agitationem, & oblationem hujus manipuli falcem in meſſem immittere, quia ille erat* רֵאשִׁית קְצִיר primitiæ meſſis. *Juvat itaque ex* מנחות Menachòt 10. 3. *quam fieri poteſt breviſſime de ea collecta exponere. Synedrium igitur Magnum adventante veſpera diei decimi quinti* נִיסָן Nisàn *nonnullos eligebat, qui in agro Hieroſolymis proximo partem hordei meterent ære publico emptam. Itaque ingruente nocte, quæ erat initium diei decimi ſexti, cum a Synedrio electi in agrum ſe contuliſſent cum corbe, & falce, ex illis ſenior cæteros meſſores interrogabat* בָּא הַשָּׁמֶשׁ occidit ne Sol? *cui ter repetitæ interrogationi cum cæteri ſingillatim reſpondiſſent* הֵין ita eſt, *ille pergebat* בְּמַגָּל זוּ an hac falce? *quibus percontationibus ubi reſponſum tulerat, excipiebat* בְּקוּפָה זוּ an hac corbe? *deinde* בְּאֶקְצוֹר metam ne? *quibus ſingulis eadem voce* הֵין ita eſt, *reſponſo dato, feſtinanter ſimul omnes manipulum metebant, & ad Sacerdotes in atrium deferebant. Hic autem* עֹמֶר manipulus *igne a Sacerdotibus torrebatur, exponebatur vento, mola comminuebatur, & tredecim vicibus cribrabatur, donec decima pars Ephæ ſimilæ ex eo educeretur, quæ cum thure, & oleo miſta, & rite agitata, poſtquam inde pugillus exemptus erat, & in Altari combuſtus, a Sacerdotibus comedebatur.*

עַמְרָא, עֲמַר Lana. Levit. 13. 47. tinea.

nea. Psal. 39. 12.

עָן. *Vide in* עוּן.

עֲנָא, עֲנָה Respondere. Dan. 2. 7. exaudire. Psal. 102. 3. & 134. 7. *Ithpehal* אִתְעֲנִי exaudiri, responderi. Exod. 19. 19. *Pahel* עַנֵּי respondere: affligere: *De concubitu usurpatum*, violare, stuprare, comprimere. *De jejunio adhibitum*, jejunare, jejunio se affligere. Zach. 7. 5. *Ithpahel* אִתְעַנֵּי affligere se: comprimi, subigi, violari. Thren. 5. 11.

עֲנִי, עַנְיָא Afflictus, pauper, miser. Exod. 22. 24. Deut. 24. 14. *Plur.* עֲנִיִּין, עֲנִיֵּיא, עֲנִיֵּי afflicti, pauperes. Levit. 19. 10. Job 34. 28. *Fœm.* עֲנִיָּא, עֲנִיַּת afflicta. Isa. 10. 30. *Proverbium apud Rabbinos tritum* בָּתַר עַנְיָא אָזְלָא עַנְיוּתָא post pauperem ambulat paupertas, *quemadmodum afflictum afflictio comitatur, calamitas calamitatem subsequitur, & ut dicitur in* בבא קמא Bavà Kamà *fol.* 92. magnificus magnifice largitur, pauper tenuiter, & Sacerdos in vasis argenteis, & aureis offerebat, pauper autem in corbe.

עַנְיָא Fons. Exod. 15. v. ult. *Apud Jonathanem pro* עַיְנָא, *per metathesim litterarum* י & נ.

עוֹנִי, עֳנִי, עָנְיָא Afflictio, miseria, paupertas.

עַנְיוּתָא Idem. Job 30. 16.

עֲנִיּוּת Paupertas, miseria, afflictio *apud Rabbinos*. *Hinc* לַעֲנִיּוּת דַּעְתִּי pro paupertate, tenuitate scientiæ meæ. בַּעֲנִיּוּתֵנוּ pro paupertate nostra, pro tenuitate nostra. הֱוִי אוֹהֵב אֶת־הָעֲנִיִּים כְּדִי שֶׁלֹּא יָבוֹאוּ בֵנֶיךָ לִידֵי עֲנִיּוּת Esto amans pauperes, ne liberi tui veniant in potestatem paupertatis.

עַנִּיתָא Idem. Psal. 88. 10.

עִנּוּיָא Afflictio. Thren. 3. 20. lamentatio, planctus. Jerem. 9. 20.

תַּעֲנִי, תַּעֲנִית Jejunium, afflictio. *Plur.* תַּעֲנִין jejunia.

עוֹנָתָא Sulci. Hos. 10. 18.

עִנְיָן Negotium, res, ens, materia, argumentum: occupatio, molestia: sensus, significatio *Grammaticis*. *Plur.* עִנְיָנִין sensus: negotia. Cant. 1. 11. Psal. 41. 2. *Vox hæc* עִנְיָן *apud Rabbinos usitatissima in Targum raro admodum reperitur*. עִנְיָן מְשׁוּלָל ens abstractum, עִנְיָן טִבְעִי ens naturale.

עִנְוָן, עֶנְוָן, עִנְוָתָן Mansuetus, mitis, humilis. Soph. 3. 12. Prov. 15. 33. *Plur.* עִנְוָנִין, עִנְוָתָנִין, עִנְוָתָנַיָּא mansueti, humiles. Prov. 22. 4.

עִנְוָתָנוּתָא, עֶנְוָתָנוּתָא Mansuetudo, humilitas. Soph. 2. 3.

עֲנַב, עִנְבָא Uva: bacca: granum uvæ. *Plur.* עִנְבִין, עִנְבַיָּא uvæ. Genes. 40. 10. *Cum affixo* בְּעִנְבוֹיֵי in uvis suis. Genes. 27. 25. *in Targum Hierosolymitano; male autem* עִנְבוֹיֵי *in Jonathane*.

עֲנוּבִין Laqueoli, ansulæ. Exod. 26. 5.

עֲנָן, עֲנָנָא Nubes. Ezech. 1. 4. Numer. 12. 10. *Plur.* עֲנָנִין, עֲנָנַיָּא 2. Sam. 22. 12.

עֲנַן Obnubilare, nubem obducere. Genes. 9. 14.

Astro-

מְעֹנֵן, מְעוֹנֵן, עוֹנֵן, עָנָן Astrologus, augur, ariolus. *Plur.* מְעֹנְנִין, עֲנָנִין, astrologi, augures. Mich. 5. 12.

עָנַן *Pahel*. Augurari, ariolari. Levit. 19. 26. 2. Reg. 21. 6.

עָנָף, עֲנָפָא Ramus, frondes, palmes, furculus. Ezech. 17. 8. *Plur.* עֲנָפִין, עֲנָפֵי rami. *Cum aff.* עֲנָפוֹהִי ramos ejus. Dan. 4. 11.

עָנָק *Hebraice*. Torques. *Plur. Chaldaice* עֲנָקִין, עֲנָקָא torques, monilia. Judic. 8. 26. Isa. 3. 19.

עוּנָקָא Collum, faux, guttur. *Plur.* עוּנְקִי, עוּנְקִין fauces.

עוּנְקְלִין, עֲנָקְלִין Uncini. Ezech. 40. 43. *Erant clavi, ex quibus victimæ immolandæ suspendebantur.*

עָנַשׁ Mulctare, mulctam imponere, punire, condemnare. Deut. 22. 19. Prov. 17. 26.

עֲנָשׁ Mulcta. Esdræ 7. 27. *Pœnæ Hebræorum, de quibus tum in Sacris litteris, tum in Rabbinorum scriptis mentio fit, sunt in triplici differentia; aliæ sunt capitales, aliæ non capitales, aliæ Ecclesiasticæ. Capitales erant* סְקִילָה lapidatio, שְׂרֵיפָה ustio, מַחֲנָק strangulatio, & הֶרֶג decollatio; *non capitales carcer, restitutio, talio, venditio, exilium ad asyla, & flagellatio; demum Ecclesiasticæ tres, quæ ab Hebræis appellantur* נִדּוּי Niddùi, חֵרֶם Cherem, & שַׁמָּתָא Schammathà, *quas singulas vide locis suis. Porro duplex* דִּינִים Judicum *genus irrogandis hujusmodi pœnis erat constitutum, ut ex multis* מִקְרָא Sacræ Scripturæ *locis colligitur. Pœnas Civiles irrogabat Collegium politicum, pœnas vero Ecclesiasticas Ecclesiasticum. Itaque a Josaphat 2. Paralip. 19. v. 11. rerum politicarum cura Zabadiæ commissa, Amarias Sacerdos Sacris est præpositus.* אֲמַרְיָהוּ כֹהֵן רֹאשׁ עֲלֵיכֶם לְכֹל דְּבַר יְהוָה וּזְבַדְיָהוּ בֶן־יִשְׁמָעֵאל הַנָּגִיד לְבֵית יְהוּדָה לְכֹל דְּבַר־הַמֶּלֶךְ *h. e.* Amarias Sacerdos, & Pontifex in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit; Zabadias autem filius Ismael, qui est Dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. *Sic Jeremias cap. 26.* כֹּהֲנִים Sacerdotum, & נְבִיאִים Prophetarum *sententia morte dignus habitus a Principibus legitur liberatus. Neque vero solum in Veteri Testamento hæc* דִּינִים Judicum *distinctio locum habuit, sed etiam in Novo. Ex D. Matthæo enim cap. 26. v. 3. habetur, Sacerdotes, Scribas, & Seniores populi in unum locum convenisse, ut Christum dolo tenerent, ac morti traderent. Quod si Moses, Samuel, David, & Salomon utramque potestatem habuerunt, id inde factum est, quia erant eodem tempore* נְשִׂיאִים Principes, & נְבִיאִים Prophetæ. *Itaque qua* נְשִׂיאִים Principes *populum judicabant, qua* נְבִיאִים Prophetæ *docebant, rectamque illi vivendi rationem commonstrabant. Porro antequam* דִּינִים Judices מָוֶת mortis *sententiam ferrent, juxta Mosis exemplum vel Deum consulebant, vel ea, quæ reis objiciebantur, diligenter admodum, & accurate pensabant.*

Ju-

Judicii autem exercendi forma, pœnæque infligendæ ritus erat hujusmodi. Sistebantur rei accusati coram דַּיָּנִים Judicibus *l.* 1. *Reg. cap.* 21. *in loco eminenti cum duobus testibus e regione; ab Judicibus, & testibus imponebantur manus capiti damnatorum, his additis verbis:* דָּמְךָ עַל רֹאשֶׁךָ *h. e.* Sanguis tuus sit super caput tuum; *ducebantur damnati ad supplicium præcone præeunte, & magna voce significante nomen damnati, pœnam, delictum, & delicti testes. Hinc, duobus* חֲכָמִים Sapientibus *ad verba damnati judicanda ab ejus latere numquam discedentibus, interdum fiebat, ut, aliquo innocentiæ argumento invento, semel & iterum ad tribunal damnatus retraheretur. Ad turbandam damnati mentem, minuendamque pœnam amarus ei potus præbebatur, ut ex* סנהדרין Sanhedrin *cap.* 3. *colligitur:* הַיּוֹצֵא לֵיהָרֵג מַשְׁקִין אוֹתוֹ קוּרְט שֶׁל לְבוֹנָה בְּכוֹס שֶׁל יַיִן כְּדֵי שֶׁתִּטָּרֵף דַּעְתּוֹ *h. e.* Ei, qui ducitur ad mortem, præbetur granum thuris in poculo vini, ut alienetur mens ejus. *Hinc simile poculum Christo ante mortem concessum fuisse in Novo Testamento legimus, aitque D. Marcus, c.* 15. 23. *eos illi dedisse ἐσμυρνισμένον οἶνον* myrrhatum vinum; *at D. Matthæus c.* 27. 34. *narrat, a militibus illusionis ergo ei ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον*, acetum cum felle mistum *fuisse porrectum. Hujus poculi damnatis dandi origo ex* Prov. 31. 6. *deducitur:* תְּנוּ שֵׁכָר לְאוֹבֵד וְיַיִן לְמָרֵי נָפֶשׁ *h. e.* Date potum inebriantem perituro, & vinum amaris animo. *Tandem scelerum Confessione peracta, reus occidebatur, omniaque mortis instrumenta igne absumebantur. Si edendæ Confessionis rationem damnatus nesciret, dicere debebat:* Sit mors mea expiationi pro omnibus peccatis meis. *Si certo sciret, se testium mendacio oppressum mortem subire, ajebat.* Sit mors mea expiationi pro omnibus peccatis meis, hoc uno excepto crimine. *Ita R. Jehudà. Tenebantur autem rei confiteri peccata sua exemplo Josuæ Achan hortantis:* בְּנִי שִׂים־נָא כָּבוֹד לַיהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל וְתֵן־לוֹ תּוֹדָה Fili mi, tribue nunc gloriam Domino Deo Israel, & ede ei confessionem. Jos. 7. 19.

Si modum fere ab omnibus Hebræis in edenda Confessione hodie usitatum scire desideras, vide infra post Litanicas eorumdem supplicationes, quæ habentur in derivatis a radice פלל. *Cum autem dicantur rei* חוץ לְשָׁלֹשׁ מַחֲנוֹת extra tria castra *morte puniendi, juvat addere, quid* שָׁלֹשׁ מַחֲנוֹת trium castrorum *nomine ab Hebræis intelligeretur. Sciendum itaque* עִיר יְרוּשָׁלַיִם urbem Hierosolymam *olim in tres partes, vulgo dictas* מַחֲנוֹת castra, *fuisse divisam. Prima pars vocabatur atrium, sive castra Dei; altera mons Sanctuarii, sive castra Levitica; tertia proprie urbs, sive castra Israelis. Cum igitur dicitur, damnatos morte mulctandos esse* חוץ לְשָׁלֹשׁ מַחֲנוֹת extra tria castra, *intelligendum est* חוץ עִיר יְרוּשָׁלַיִם extra urbem Jerusalem. *Porro duabus de caussis* חוץ עִיר extra urbem *damnati neci dedebantur; altera erat, ut si forte, dum ad supplicium trahebantur, innocentes deprehenderentur, possent a morte liberari. Hinc in Actibus Apostolorum cap.* 7. v. 58. *legitur, Divum Stephanum Judæos acriter castigantem ex urbe primum ejectum, deinde extra eam lapidibus obrutum. Altera vero caussa erat, ne* זְקֵנִים Seniores *cædibus delectari viderent.*

עֶנְתָּא, עֶנֶת Tempus. Esdræ 4. 10.

עסא, עַסֵּי *Pahel.* Fremere, frendere, stridere, dentes comprimere. Psal. 35. 16. Isa. 59. 11. comprimere, conterere. Esth. 1. 11.

עַסְבָּא, עֶסֶב Herba, gramen, fœnum. 1. Reg. 18. 5. Isa. 40. 7. Psal. 104. 14.

עסס *Hebraice.* עָסִיס Succus, mustum. *Chaldaice* עֲסִיס Esth. 1. 7.

עָסַק Occupari, occupatum esse, vacare, operam dare, studere. Cant. 4. 15. *Ithpahel* אִתְעַסֵּק Idem. Exod. 5. 9. *Item* litigare, rixari. Genes. 26. 20. *Tritum apud Rabbinos.* המתעסק באבילה ושתייה לא יחכם לעולם *h. e.* Indulgens commessationibus, & potationibus, numquam erit sapiens. *Sic* כל העוסק התורה בלילה הקבה מושך עליו חוט של אהבה שנ׳ יומם יצוה יהוה וגו׳ *h. e.* Quicumque studet in Lege noctu, super eum Deus sanctus benedictus protrahit filum amoris interdiu, sicuti dicitur Psal. 42. 9. יוֹמָם יְצַוֶּה יְהוָה חַסְדּוֹ וּבַלַּיְלָה שִׁירָה עִמִּי *h. e.* Interdiu præcipiet Dominus benignitatem suam, dum noctu canticum ejus est mecum.

עֵסֶק, עֵסֶק, עִסְקָא Res, negotium, causa, opera, studium. Eccles. 10. 18. *Præcedente* עַל, *significat* propter. Genes. 43. 18. *Plur.* עִסְקִין, עִסְקֵי negotia, studia. Eccles. 7. 19. 2. Sam. 11. 18.

עֵסֶק Lis, contentio. Genes. 26. 10.

עֲשַׂר, עַסְרָא Decem. Genes. 45. 23. Exod. 36. 21. *Interdum* decimus. *Si componatur, littera* ע *eliditur, id vero præsertim fit apud Paraphrastas Hierosolymitanos. In reliquis Paraphrastis, veluti in OnKelosо, ut plurimum separatim efferuntur. Promiscue vero dicitur* עֲשַׂר, & עַסְרֵי. *Si vox præcedens desinat in* ע, *tunc etiam illud absorbetur, ut in* אַרְבַּע, & תְּשַׁע; *nonnumquam etiam* שׁ, & ת, *ut in exemplis patebit:* חַדְסַר undecim. Deut. 1. 2. Exod. 26. 8. תְּרֵיסַר, תְּרֵיסַר, תְּרֵיתֵיסַר duodecim. Genes. 44. 28. & 5. 8. תְּלִיתֵיסַר, תְּלֵיסְרֵי, תְּלֵיסַר tredecim. Genes. 14. 4. אַרְבֵּיסַר, אַרְבֵּיסְרֵי quatuordecim. Genes. 31. 41. Numer. 9. 3. חַמֵּסַר, חַמֵּיסַר, חַמֵּיסְרֵי quindecim. Genes. 5. 10. Exod. 12. 18. Genes. 7. 20. שִׁיתֵּיסַר, שִׁיתֵּיסְרֵי sexdecim. Genes. 42. 18. Exod. 26. 21. שָׁבְסַר, שָׁבְסְרֵי septemdecim. Genes. 47. 28. תְּמָנֵיסַר octodecim. Genes. 14. 14. שְׁתֵסְרֵי novemdecim, *translatis primis litteris* ש, & ת, *ne* שׁ, & ס *concurrerent, pro* תְּשַׁע עַסְרֵי, *utroque* ע *elisо.* Genes. 11. 25. *Plur.* עֶסְרִין, עַסְרִין viginti. Genes. 11. 24. & 18. 31. *Interdum promiscue cum* ש *scribuntur, ut & sequentia.* חַד וְעֶסְרִין unum, & viginti &c.

עַשַּׂר, עַסַּר Decimare, decimas dare.

עֲשִׂירָאָה, עֲסִירָאָה, עֲסִירַאי Decimus. *Hujus etiam usus est in compositione, ut* חַדְסַרַאי undecimus. Num. 25. 8. תְּרֵיסַרַאי duodecimus: תְּלֵסַרַאי decimustertius. *Fœm.* עֲסִירִיתָא decima. *In compositione* תַּלְסָרִית decima tertia. Gen. 2. 21. *in Jonathane.*

עֶסְרוֹן, עֲסָרוֹן, עֲסָרוֹנָא Decima, decima pars. Levit. 14. 21. *Plur.* עֲסָרוֹנִין decimæ. Levit. 14. 10.

מַעְסָרָא, מַעַסַּר Decima. Numer. 18. 26. *Plur. fœm.* מַעְסָרָת, & *masc.* מַעְסְרֵי decimæ. *Cum aff.* מַעְסְרֵיכוֹן decimæ vestræ. Numer. 18. 28. *Quatuor erant decimarum species. Prima dicebatur* מַעֲשַׂר רִאשׁוֹן, *tenebanturque Judæi ex omni terræ proventu eas sin-*

singulis annis Levitis solvere; altera תְּרוּמַת מַעֲשֵׂר, *quas decimas ex decimis sibi a Judæis persolutis Levitæ Sacerdotibus dabant; hæ tamen sive ab ipsis Levitis, sive a populo Sacerdotibus penderentur, Legi Divinæ de decimis persolvendis satisfiebat; tertia* מַעֲשֵׂר שֵׁנִי *quæ ex reliquo acervo decerptæ Hierosolymis a Domino extra luctum, & immunditiem erant comedendæ; quarta demum decimarum species erat* מַעֲשֵׂר עָנִי, *quæ pauperibus anno tertio, & sexto ab anno Sabbatico, non solum ab Israelitis, sed etiam a Sacerdotibus, & Levitis pendebantur, cum his annis a pendendis* מַעֲשֵׂר רִאשׁוֹן *Levivitis populus immunis esset. Notandum de* מַעֲשֵׂר שֵׁנִי, *potuisse dominum eas vendere, sed ejus pretium aliis rebus impendi non licuisse, quam unctioni, cibo, & potui.*

Ex pecudibus decimum quodque animal Deus sibi sacrum esse voluit, videlicet ex bobus, ovibus, & capris, ita ut sine discrimine ullo animal illud, quod decimum sub virgam transibat, ei esset consecrandum. Hic autem erat modus apud Hebræos pecudes decimandi. Dominus virga instructus ad caulam accedebat, unde per exiguum ostium coactæ pecudes foras singillatim exibant. Diligenter ostio proximus exeuntium numerum inibat, & decimam quamque egredientem his verbis הֲרֵי זֶה מַעֲשֵׂר ecce hæc decima, *virga minio tincta notabat. Si quæras tempus, quo hæc decimatio esset peragenda, tres diversi dies huic decimationi erant definiti, vocatique ab Hebræis* נְרָעוֹת, *nimirum dies decimus quintus ante Festum Paschæ, decimus quintus ante Festum Pentecostes, & decimus quintus ante Festum Tabernaculorum, ut omnes possent pecudes ad hæc Festa celebranda comparare, cum eas vendere, vel mutare ante decimationem non solerent, quamvis id nulla Lege vetitum esset. Porro in decimandis pecudibus anni initium ducebatur a Novilunio mensis* אֱלוּל Augusti, *atque eo anno pecus nata censebatur, quæ eo tempore nata erat, quod inter initium unius* אֱלוּל Augusti, *& alterius intercedebat.*

עֹפֶה עָפְיָא Ramus, frons, dis. Dan. 4. 9. *Plur.* עָפִין rami.

מַעֲפֵי, מְעַפְיָא Ramosum, frondosum. Hos. 4. 13. Ezech. 6. 13.

עֹפֶל עָפֶל Locus altus, & munitus, propugnaculum, arx, munitio, turris: clivus. Mich. 4. 8. l. 2. Reg. 5. 24. Templum. Nehem. 3. 27. tenebræ. Isa. 32. 14. *Nonnulli per* עָפֶל Fauces *intelligi volunt, videlicet viam arctam, & angustam inter montes, ubi ob loci opportunitatem plerumque arces, & turres superextruebantur. Duæ hujusmodi Fauces in Sacris litteris admodum celebres sunt; altera in Templo Hierosolymitano*, Nehem. 3. & 11. *quam Nethinæi custodiebant, ne per eam hostes in Regiam irrumperent. Hæc apud Eusebium Histor. Ecclesiast. lib. 2. cap. 23. a Jacobo vocatur* Oblia, *quasi* עָפֶלְיָה arx Domini. *Altera erat in finibus Israelis, & Syriæ*, lib. 2. Reg. c. 5. *Hinc* עָפֶל *pro arce in monte sita adhibetur; quamquam aliquando hæc dictio pro nomine proprio usurpata reperitur, ut* 2. *Paral.* 27. 3. *&* 33. 14.

עִפַּף Duplicare. Exod. 26. 9. *Jonathan habet ex Aphel* תְּעִיף duplicabis. *Pahel* עַפֵּף conflare, tundere, contundere. Isa. 2. 4. חַרְרָא מְעַפְּפָא placenta igne conflata, prunis cocta. 1. Reg. 19. 6.

עִיף Duplex, duplicatum.

עָפָר, עַפְרָא Pulvis, terra.

עַפְרוּרִין Pulveres. Job 28. 6.

עַפְרְנָא *Genus margaritæ, aut gemmæ pretiosæ.* Cant. 5. 14.

מַעְפְּרָא Velum, velamen, linteum. 1. Reg. 20. 38.

עָצָא, עֲצָה Opprimere vi, *vel* frau-

de, fraudare, defraudare, circumvenire. Levit. 5. 10.

עֲצִי Oppreſſus. Deut. 28. 29. *in Jonathane.*

עֲצִין Macilenti. Numer. 13. 21. *in Targum Hieroſolymitano.*

עֲצִי, עֲצָיָא Spina dorſi. Levit. 3. 9.

עֲצָוָא Mactra. Deut. 28. 5. *Plur.* עֲצָוִן mactræ.

עָצַב Dolere, dolore affici, dolorem afferre. Eſth. 4. 1. Dan. 6. 20. Eccleſ. 7. 5.

עָצִיב Dolens, triſtis. Dan. 6. 20.

עָצִיץ, עֲצִיצָא, & עֲצִיצָא Vas teſtaceum, matula, ſcaphium, *vas immundum, ſeu rebus immundis recipiendis inſerviens.* Eſth. 5. 1.

עָצַר Premere, exprimere, calcare. Geneſ. 40. 11. Judic. 9. 27. Iſa. 16. 10.

עָצַר, עָצוּר Calcans, calcator. *Plur.* עָצְרִין, עָצוּרִין Iſa. 16. 10. Jerem. 48. 33. *melius legeretur, pro* עָצוּרִין.

עָצוּר Calcatio. Iſa. 16. 10.

עָצוּרִין Cortices, cutes uvarum. Numer. 6. 4.

מַעְצַרְתָּא, מַעֲצַרְתָּא Torcular, lacus torcularis. Iſa. 63. 2. *Plur.* מַעְצָרַיָּא, מַעְצָרִין torcularia. Iſa. 16. 10. *Fœm.* מַעְצַרְתָּא.

מַעְצוֹר Prohibitio, impedimentum. 1. Samuel. 14. 6.

עֲצֶרֶת Feſtum, feſta, dies feriatus. *Sic vocantur dies octavus feſti Tabernaculorum, & dies ultimus Paſchatis. Plur. cum aff.* בְּעֲצַרְתֵיכֶן in Feſtis veſtris. Num. 28. 26.

Dies octavus Feſti סֻכּוֹת Tabernaculorum *vocatur* dies עֲצֶרֶת Hatzèret, *videlicet* Detentionis, *quia eo quoque die apud ſe amicos Hebræi detinebant, quibuſcum* סֻכּוֹת Tabernaculorum *Feſta egerant. Dicebatur etiam hic dies octavus, qui erat vigeſimus ſecundus* תִּשְׁרִי Septembris, *cum primo die Feſti Tabernaculorum* collecta, *ſed* collecta fructuum, *ut diſtinguerentur hi duo dies ab altera* collecta frugum, *quæ incidebat in diem ſeptimam a Paſcha. Cur autem dies hic octavus a Deo Feſto Tabernaculorum adjectus fuerit, Hebræi hærent incerti. Alii enim volunt, diem hunc ſolemnem figuram eſſe, ac typum collectionis omnium gentium, vel Electorum ad Regnum Cœleſte; alii arbitrantur, a Deo inſtitutum fuiſſe, ut hoc die ſerotinarum frugum primitiæ offerrentur, ipſique pro iis collectis gratiæ agerentur; alii cenſent, ne dimiſſi negotiis vacarent; alii denique contendunt, ut populus hoc die pecuniam ad Sacrificiorum uſum tribueret. Nonnulli diem hunc Tabernaculorum octavum* Levit. 23. 36. עֲצֶרֶת Hatzèret *appellatum, &* Nehem. 8. 18. *a Feſto Tabernaculorum ſejunctum, Feſtum eſſe ſingulare autumant. Hoc die ſolebant offerre juvencum, arietem, & ſeptem agnos in Holocauſtum, hircumque in Sacrificium piaculare, ſed Sacerdotum* מִשְׁמָרוֹת Ephemeriæ *in victimis offerendis eum ordinem non ſervabant, quem in Tabernaculorum Feſto, at ſortem jaciebant, ut in tribus* רְגָלִים *ſcilicet* Feſtis majoribus. *Succà v. 6. Hinc nonnulli octavum hunc diem* רֶגֶל *nuncupant, & propter ſex res his litteris indicatas* פּוֹר קָשָׁב *a Feſto Tabernaculorum diſtinguunt. Porro ſolemnitatem Feſti Tabernaculorum augebat* חָלִיל tibia, *qua utebantur ſingulis octo diebus coram* מִזְבֵּחַ Altari, *cum duodecim tantummodo diebus coram Altari quotannis eam adhiberent, videlicet die, quo Paſcha primum, & ſecundum immolabatur, die primo Feſti Paſchalis, die Pentecoſtes, & diebus octo Tabernaculorum. Vulgo enim tria*

in-

inſtrumenta muſica uſurpabantur, נְבָלִים nablia, כִּנּוֹרוֹת citharæ, & צֶלְצָל cymbalum, *quæ pulſabant Levitæ; quemadmodum Sacerdotes* חֲצוֹצְרוֹת tubis, & שׁוֹפָרוֹת buccinis *clangebant*.

עָקַב *Pahel*. Quærere, ſcrutari, perſcrutari, perpendere, inveſtigare, examinare. Prov. 23. 20.

עָקֵב, עֲקֵבָא Calcaneus, calx. Geneſ. 3. 15. finis, extremitas. Prov. 22. 4. *Plur. maſc.* עֲקֵבִין, עֲקֵבֵי calcanei. Gen. 49. 17. Jerem. 13. 22. *Nonnullis* pudenda.

עֲקִיבָא Solea calcei. Deuter. 25. 9. *in Jonathane*.

עָקַד Ligare, colligare, vincire. Geneſ. 22. 9. procumbere in genua: incurvare ſe in terram ad honorem exhibendum. Exod. 4. 31. *in Targum Hieroſolymitano*. *Ithpahel* אִתְעֲקַר, & *Ithpehal* אִתְעֲקַר ligari. Cant. 1. 13. Mich. 7. 20. *Proprie hoc Verbum* עָקַר *ſignificat manuum cum pedibus ligationem, non manuum ſimul, & pedum ſimul, ſed unius manus cum pede, vel unius pedis cum manu. Sic in agnis mactandis ad Holocauſtum juge Numer. 28. pedes anteriores, qui in animalibus manuum vicem gerunt, cum poſterioribus pedibus colligari ſolebant. Hinc in Tractatu* תָּמִיד *cap. 4. traditio de mactatione agni jugis*; לא היו כופתין את הטלא אלא מעקידין אותו *h. e.* Non fuerunt vincientes agnum, ſed colligabant eum, *videlicet duas manus ſimul, h. e. duos pedes anteriores, & duos pedes ſimul, h. e. poſteſteriores, ſed juxta* גמרא Ghemarà יד ורגל כעקידת יצחק manum cum pede ſecundum ligationem Iſaaci. *Ibidem* משנה Miſnà *modum ligandi pecudes ſubjicit:* וכך היה עקידתו ראשו לדרום ופניו למערב והשוחט עומד במזרח ופניו למערב, *h. e.* Sic autem erat ligatio ejus (agni): caput ejus fuit verſus Occidentem. Mactans ſtabat in Oriente, & vultus ejus verſus Occidentem.

Præterea Verbo עָקַר *ſubjecta eſt ſignificatio* procumbendi in genua, proſternendi ſe terram verſus honoris, & reverentiæ ergo. *Hæc ſignificatio cum priori convenire videtur, cum juxta Rabbini cujuſdam opinionem, qui in genua procumbit, appareat tamquam pedibus ligatus.*

עֲקִידָה Ligatio artuum. Geneſ. 22. 14. *in Targùm Hieroſolymitano*.

עֲקָלְיָא Armillæ, monilia, inaures. Numer. 31. 50. *in Targùm Hieroſolymitano*.

עֲקִילַס Aquila. *Nomen proprium Paraphraſtis Græci. Hebræi ſæpe de eo mentionem injiciunt. Utrum OnKelos, & Aquilas unus, & idem ſit, vide SchiKardum in Bechinàth happeruſchìm Diſput. 2. Chriſtophorum Helvicum in Tractatu de Chaldaicis Paraphraſibus cap. 2. Meòr henàjim cap. 45. & Druſium in Epiſtola 41.*

עָקַם Pravum, perverſum, obliquum, curvum eſſe, incurvari. Iſa. 59. 8. Pſal. 38. 7. *Pahel* עִקֵּם avertere, pervertere, perverſum, pravum, obliquum reddere. Amos 5. 10. Prov. 2. 15.

עִקֵּשׁ Pravus, obliquus, curvus. Prov. 17. 20. perverſus. *Plur.* עֲקֵשִׁים pravi. *Fœm.* עֲקֵשָׁא, עֲקִימְתָּא prava, perverſa. Prov. 22. 5.

מְעַקֵּם Idem. Prov. 10. 9. *Plur.* מְעַקְּמִים perverſi. Amos 5. 10. *Fœm.* מְעַקְּמָא, מְעַקְּמָתָא prava, perverſa. *Plur.* מְעַקְּמָן, מְעַקְּמָתָא pravæ, perverſæ. Prov. 28. 6.

Idem.

עוּקְמָן, עוּקְמָנָא Idem. Psal. 101. 4. Deuter. 32. 5. *in Jonathane*. *Plur.* עוּקְמָנִין, עוּקְמָנַיָּא pravi, perversi. Job 5. 13.

עִקְמוּת Perversitas, pravitas, obliquitas, tortuositas.

עִקּוּם, עִקּוּמָא Idem. Prov. 8. 8.

עֲקִימוּת, עִקְמוּת Idem. Prov. 6. 12. Hos. 7. 16.

עוּקְמָנוּת, עַקְמָנוּת Idem. Psal. 125. 5.

עַקְמוּמִית Idem. Thren. 2. 19. *Rabbinis* gibbus, convexitas.

עקף *Ithpahel* אִתְעַקֵּף Inquiri, perquiri. Genes. 43. 17. *in Jonathane*.

עֲקִיף Dolus, fraus, calliditas, astutia. *Plur.* עֲקִיפִין doli.

עֲקַץ Pungere. וְעַקְרַבִּין עָקְצִין & scorpiones pungentes. Deut. 8. 15. *in Jonathane*.

עקק עָקִיק *Genus lapidis pretiosi*. *Nonnullis* topazius. Cant. 5. 14.

עֲקַר Evellere, eradicare, enervare, nervos succidere, *vel* contundere. Thren. 3. 5. Jos. 11. 9. *Pahel* עַקֵּר idem. Jos. 11. 6. 1. Reg. 14. 15. *Ithpahel* אִתְעַקֵּר eradicari, evelli. Dan. 7. 8. Prov. 24. 31.

עִקָּר, עִקָּרָא Radix, stirps. Dan. 4. 15. fundamentum, *proprie Fidei*. *Plur.* עִקָּרִין, עִקָּרַיָּא radices. Mich. 6. 2. *Apud Rabbinos maximus hujus vocis* עִקָּר *usus est*, *usurpantque pro* fundamento, principio, *ut* כְּלַל וְעִקָּר universale, & principale, omnis rei summa, præcipuum rei fundamentum. עִיקַּר הַבַּיִת fundamentum domus. *Ita R. David Kimchì* Isa. 27. 9. עֹז הִיא עִיקַּר כֹּל הָעֲוֹנוֹת Idololatria est radix omnium iniquitatum, *videlicet est origo*, *unde iniquitates omnes derivantur*. *Hinc etiam Apostolus* 1. ad Timoth. 6. 10. Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. Radix omnium malorum est avaritia. *Rabbinis etiam* עִקָּר *est* Deus, *ut* כּוֹפֵר בְּעִקָּר abnegat fundamentum, *h. e.* Deum, Fidem, & Religionem in Deum. דְּכָפְרִין בְּעִקָּרָא qui abnegant Deum, *videlicet Religionem*, *Fidem*, *& Salutis fundamentum*. *Theologis vero* עִקָּרִים *sunt* Articuli, Capita præcipua Fidei de Deo, & rebus Divinis. *Hinc inter Hebræos circumfertur celeberrimus liber inscriptus* סֵפֶר עִקָּרִים *a R. Joseph Albo Hispano compositus*, *in quo de tredecim Fidei Articulis agitur*. *Grammaticis* עִקָּר *est* radix, *h. e.* vox primitiva, thema, *idem ac* שֹׁרֶשׁ, *qua voce crebrius utuntur*. *In Talmude* מֵעִקָּרָא, *quod etiam scribitur a Talmudistis per* מֵעִיקָּרָא, *explicatur per* a prima radice, antea, a principio. *Ei opponitur* וְלִבְסוֹף ad finem, tandem, denique, postea, postremo, omnino, prorsus. מֵעִיקָּרָא מְשַׁמֵּעַ Ex seipso intelligitur, per se patet, explanatione non indiget. כָּל־עִיקָּר Penitus, prorsus, omnino. לֹא יָרַד כּוֹ כָּל־עִקָּר Non descendit in eo quidquam prorsus. לֹא יַקְרֵינָה כָּל־עִקָּר Non legat, *vel* recitet eam (precationem) ullo modo, omnino non legat.

עֲקַר, עַקְרָא & עַקְרָה Sterilis. Deuter. 7. 14.

7. 14. Pſal. 113. 9. *Plur.* עֲקָרִין ſteriles.

עַקְרַב, עַקְרָבָא Scorpio. *Plur.* עַקְרַבִּין ſcorpiones. Deut. 8. 15. לְמַסְקָנָא דְעַקְרַבִּין Ad aſcenſum ſcorpionum. Numer. 34. 4. *Locus hic* עַקְרַבִּין AKrabbîn *terram Chanaan a meridie Orientem verſus terminabat. Rabbinis* עַקְרַב Scorpio *eſt etiam ſignum Cœleſte. Item* ferrum curvum inſtar Scorpionis torcularis prælo infixum. *Item* Lupatum, fræni ferrum, *quod equorum ori inſeritur ad eos cohibendos:* עקרב של פרומביא Lupatum fræni.

עַר, עַרְיָא Gryphus, *ſpecies avis immundæ, & vetitæ. Hebraice* פֶּרֶס. *Aliis* oſſifraga, *aliis* falco.

עָרָא *Idem ac* עָרַע Occurrere, obviam fieri. Joſ. 2. 16.

עַרְאַי Accidentaliter, temere. *Cum præpoſitione* בְּעַרְאַי Levit. 26. 21.

עָרַב Miſcere, commiſcere. Geneſ. 30. 40. ſpondere, fidejubere. Prov. 6. 10. adveſperaſcere. *Pahel* עָרֵב, & *geminate* עַרְבֵּב commiſcere, confundere, conturbare, perturbare. Exod. 14. 14. ſpondere. Geneſ. 44. 32. *Ithpahel* אִתְעָרַב, & אִתְעַרְבֵב miſceri, commiſceri, immiſceri: ſpondere, fidejubere. Prov. 14. 10. Joſ. 23. 7.

עֲרַב, עָרַב, עָרוֹב, עָרְבָא Sponſor, fidejuſſor. Job 17. 3. Prov. 11. 15. *Proverbium* עָרְבָךְ עָרְבָא צָרִיךְ Sponſor tuus ſponſore indiget. *Uſurpatur de argumento, ac ratione debili, & infirma, quæ validiore, ac firmiore probatione indiget.*

עֲרֻבוּת, עֲרֻבוּתָא Sponſio, fidejuſſio. Prov. 22. 26.

עַרְבְּנוּתָא Idem. Geneſ. 39. 1. *in Jonathane.*

עָרֵב, עָרִיב Dulcis, ſuavis, jucundus. Cant. 2. 14. Prov. 20. 17.

עֵירוּב Mixtura, mixtio, commixtio. *Plur.* עֵירוּבִין mixtiones, mixta, heterogenea. Deut. 22. 9. Pſal. 104. 23.

עֵרוּב, עָרוּב Laganum, placenta. Num. 6. 15. *in Jonathane, ubi tamen legitur per* ך; *ſed in numero plurali legitur per* ב, עֵירוּבִין, & עָרוּבִין.

עָרוּב, עָרוּבָא Colluvies, mixtura animalculorum noxiorum. Exod. 8. 24. *in Jonathane.*

עֲרַב, עַרְבָא Trama, ſubtegmen. Levit. 13. 52.

עֲרָבוֹת Cœli. Pſal. 65. 5. *Cœli ita dicti, quaſi amæniſſimi, vel quia lati, & ampli ſunt inſtar loci campeſtris.*

עֲרָבִין, & עַרְבִין Salices. *Hebraice* עֲרָבִים Levit. 23. 40.

עָרְבָא, עוּרְבָא, & עֹרְבָא Corvus. Geneſ. 8. 7. *Plur.* עוּרְבִין corvi. Iſa. 34. 11. עוּרְבְיָא 1. Reg. 17. 4.

עֲרַב Arabia. Jerem. 25. 24.

עַרְבִית Tempus veſpertinum, *poſt occaſum Solis, quod poſtremis diei Precibus eſt deſtinatum. In Ritualibus Hebræorum, & libris Precum adhibetur pro Precibus tempore veſpertino recitandis. Hinc* תְּפִלַּת עַרְבִית Precatio veſpertina. תְּפִלַּת שַׁחֲרִית Precatio matutina; תְּפִלַּת מִנְחָה Precatio veſ-

vespertina *sub vesperam*, *id est tertiam*, *vel quartam horam pomeridianam*. *Hæc sunt apud Hebræos tria solemnia tempora Precibus sacris recitandis addicta*.

עֲרָבִי, עֲרָבַי Arabs. Isa. 13. 20. *Plur.* עֲרָבָאִי, עֲרָבָאִין Arabes. Isa. 21. 16.

עֲרוּבְתָּא Vespera Sabbati; *dies Veneris*, *sive sextus septimanæ*, *ita dictus*, *quia est* עֶרֶב שַׁבָּת Vespera Sabbati. *Habetur in* בראשית רבא Bereschìth rabbà *sect.* 11. חד בשבתא . תרי . תלתא . ארבעתא . חמשתא . ערובתא . שבתא לית לה בן זוג Prima (*dies*) hebdomadæ, secunda, tertia, quarta, quinta, vespera (*Sabbati*), Sabbatum, cui non est compar. *Nimirum ex sex diebus hebdomadæ tria paria conjugalia constituuntur*, *sed Sabbatum solum est*, *quasique viduum*. *Itaque Deus Israelitas tamquam conjugem cum Sabbato conjunxit*, *ut Sacris lectionibus*, *Precibus*, *Concionibus ei cultum præbeant*, *totique se ei addicant*, *quemadmodum maritus uxori*, *uxorque marito penitus debet adhærere*. *Cur autem Guido dictioni* ערבתא *hoc in loco* Pistrini *significationem tribuat*, *plane non video*.

עֲרִיבְתָּא Senium, *quasi sit vitæ vespera*.

מַעֲרָב, מַעַרְבָא Occidens, occasus Solis. Prov. 7. 9. Jos. 15. 12.

מַעַרְבָאָה, מַעַרְבַי Occidentalis, occiduus. Exod. 26. 22. Isa. 15. 7.

עִרְבּוּב Mixtio, commixtio, turba miscella. Exod. 8. 12. *Plur.* עִרְבּוּבֵי, עִרְבּוּבִין mixtiones. Psal. 105. 31. Exod. 12. 38. *in Targum Hierosolymitano*.

עִרְבּוּבְיָא Idem. בְּעִרְבּוּבְיָא Mixtim, confuse, sine ordine. Deut. 1. 22. *in Jonathane*.

עִירַבְרוּבִין, עֲרַבְרְבִין Turbæ promiscuæ, miscellanæe. Num. 11. 4.

עַרְבֵּל *Pahel*. Implexum, perplexum esse. Exod. 14. 3. perturbatum esse, *vel* fieri: anxium esse. *Ithpahel* אִתְעַרְבֵּל idem. Joel. 1. 18. Esth. 1. 15.

עִרְבּוּל Perplexitas. Mich. 7. 4. *In Bibliis Venetis*, & *Basileensibus habetur* עֲרַבּוּ לְהוֹן.

מְעַרְבֵּל Fluentum perplexum, perplexitas. *Plur.* מְעַרְבְּלֵי perplexitates. Job 38. 16.

עֻרְבְּלָא Cribrum, *in quo omnia commiscentur*. Amos 9. 9.

עַרְבְּלָאִין Confusi, confusæ turbæ. Cant. 1. 9. *in Bibliis Venetis*.

ערג עַרְגֵּל Volvere, devolvere. וְדִמְעַרְגֵּל כֵּיפָא & qui volvit lapidem. Prov. 26. 27.

עֲרָד, עֲרוֹד, עֲרוֹדָא Onager, asinus silvestris. Hos. 8. 9. *Plur.* עֲרָדַיָּא, & עָרוֹדַיָּא, עָרוֹדִין onagri. Jerem. 14. 6. Dan. 5. 21.

עֲרַד, עֲרוֹד Garritus. Deuter. 22. 14.

עוּרְדְעָנַיָּא Ranæ. Exod. 8. 3.

עָרָה *Hebraice*. Nudari. *Hiphil* הֶעֱרָה effundere. Levit. 20. 18. *Hinc Chaldaice Participium* מַעְרָן יַת מַיֵּהוֹן effundunt aquas suas. Eccles. 11. 3.

Nu-

עֶרְיָא, עֶרְוָא, עֶרְיְתָא Nuditas, nudatio: pudenda, verenda, turpitudo, probrum. Levit. 16. 6. Exod. 28. 42.

עֲרִיוּת Pudendorum nudatio, *h. e.* scortatio impura, & impudica. *Tritum apud Rabbinos* אֵין אַפּוֹטְרוֹפוֹס לַעֲרִיוּת *h. e.* Non datur tutor libidini, *scribitque Arùch in dictione* אַפּוֹטְרוֹפוֹס ne sanctissimum quidem מְשִׂימִין אַפּוֹטְרוֹפוֹס עַל הָעֲרִיוּת constituunt tutorem pro castitate muliebri. *Sæpe etiam Rabbini ajunt, neminem posse esse sponsorem pro castitate, aut pudicitia mulieris, aut virginis,* שֹׁלֵא נבעלה quod a nullo fuerit tacta. *Fœminæ etiam illæ, quæ ob consanguinitatem aliquibus nubere prohibentur, vocantur* עֲרִיוּת. *Itaque Majemon in* הלכות אישות *cap.* 1. Omnis fœmina, cujus congressus prohibitus est in תּוֹרָה *Lege*, & cujus caussa quis reus fit כְּרִיתוּת *excisionis*, quæque recensentur in פָּרָשָׁה *Paraschà* אַחֲרֵי מוֹת, illæ vocantur עֲרִיוּת, & unaquæque illarum appellatur עֶרְוָה, ut mater, soror, filia, & similes.

מְעָרָא, מְעַרְתָּא Spelunca. Jerem. 7. 11. *Plur.* מְעָרָן speluncæ.

ערז עַרְזְלָא *Vide in* ערס.

ערט עַרְטִלִּי, עַרְטִילַאי, עַרְטִילָא Nudus. Genes. 3. 10. Job 1. 25. & 24. 6. Amos 2. 16. *Plur.* עַרְטִלָּאִין, & עַרְטִילִי, עַרְטִילִין nudi. Genes. 2. 25. Esth. 8. 10. *in Targum secundo. Fœm.* עַרְטִילְתָא nuda. Esth. 1. 1. *in Venetis. Plur.* עַרְטִילָן nudæ. Esth. 1. 11. *Proverbium apud Talmudicos* שליח ערטיל וסיים מסאניה Exutus, nudus, & indutus calceis suis. *Usurpatur de re absurda, fœda, ac turpi; quemadmodum absurdum est, hominem cætera nudum, & sine ullis vestimentis cum calceis in publicum prodire.*

עַרְטְלָיוּתָא, עַרְטְלָיוּת Nuditas. Deut. 28. 46.

אִתְעַרְטֵל Nudari, denudari. Exod. 7. 9. *in Jonathane.*

עַרְטוּלְיָנִי, עַרְטוּלְיָנִין Nudi. Esth. 8. 10. *Aliis* muli, equi celeres. *Hebraice* אֲחַשְׁתְּרָנִים, *de cujus vocis expositione valde Interpretes variant.*

עֲרַךְ Ordinare, disponere: æstimare. Isa. 41. 25.

עָרוּךְ Ordinatum, dispositum. *Hoc nomine* עָרוּךְ Arùch *appellatur Lexicon Talmudicum a R. Nathane Jechielide* רֹאשׁ Capite, *sive* Rectore *Synagogæ Urbis Romanæ anno Christi* 1106. *secundum Chronicon Tzèmach Davìd compositum. Ideo autem illi Lexico nomen* עָרוּךְ Arùch *inditum est, quia dictiones in eo ordine Alphabetico dispositæ sunt. Vulgo tamen Auctor iste a Rabbinis nuncupari solet* בַּעַל עָרוּךְ Auctor Arùch.

עֲרוּכוֹת Tabulæ, in quibus lagana fiunt. *Ab initio scribitur etiam cum* א, *ut* אֲרוּכוֹת שֶׁל נַחְתּוּמִים Tabulæ pictorum. *In Kelìm cap.* 15.

עֶרְכָּאוֹת Tribunalia, Judicum consessus ordinarii, Judicia. *Majemon in* הלכות סנהדרין Hilcòt Sanhedrìn *cap. ultimo.* כל הדן בדייני כותים ובערכאות שלהן

אף על פי שהיו כדיני ישראל הרי זה רשע וכאלו חרף וגדף והרים יד בתורת משה רבנו שנא ואלה המשפטים אשר תשים לפניהם לפניהם ולא לפני כותים לפניהם ולא לפני הדיוטות: *h. e.* Quicumque caussam agit coram Judicibus Cuthæorum (*hoc nomine indigitantur Gentiles, Christiani*) & coram tribunalibus ipsorum, licet judicia ipsorum fuerint sicut judicia Israelitarum; ecce talis habetur pro impio, & pro eodem, ac si blasphemasset, & contumeliis affecisset, manumque sustulisset contra Legem Mosis, sicuti dicitur: *Et ista sunt judicia, quæ pones coram eis.* Exod. 21. 1. *Coram eis*, non coram Cuthæis: *Coram eis*, non coram Idiotis dicitur. *Eodem modo Apostolus Paulus* 1. *ad Corinthios* 6. *Christianis prohibet*, ne lites agant coram Judicibus Infidelibus.

עָרַל *Hebraice*. Præputiatum esse: præputium auferre: obturatum esse. Levit. 19. 23. *Hoc Verbum* עָרַל *per Synecdochen transfertur ad membrum genitale hominis, obductum, & obturatum præputio, seu pellicula; præterea ad rem quamlibet gravem, & inanem, quæ impedimento est, atque ideo abjicienda, aut abscindenda. Sic* Levit. 19. 23. *usurpatur de arboribus, quæ nondum fructum ediderunt, quarum fructus tribus prioribus annis abjiciebantur veluti impuri, ac vetiti, quarto anno veluti primitiæ Deo consecrabantur, quinto, & aliis deinceps possessoribus arborum cedebant. Adhibetur hoc idem Verbum de auribus, labiis, & corde, quæ quasi pelle obducta nihil percipiunt, & intelligunt, vel fructus inquinatos producunt.*

עָרֵל, עַרְלַי, עַרְלַאי Præputiatus, præputium habens. Genes. 17. 14. *Plur.* עֲרֵלִין, עֲרֵלַיָּא, *& cum* א *loco* ע, אָרְלִין Gen. 34. 31. *in Jonathane*; עַרְלָאִין Esth. 1. 5. præputiati.

עָרְלָא, עָרְלְתָא, *&* עוּרְלָא, עוּרְלְתָא Præputium, *pellicula glandem colis tegens. Plur.* עָרְלָן, עָרְלָתָא præputia. 1. Sam. 18. 25. Jos. 5. 3. *Apud Rabbinos* עָרְלָה כְּבוּשָׁה præputium suppressum *in eo est, qui veluti circumcisus natus est, cujus membri pellicula retracta est, colisque caput nudum, ac si esset circumcisus. De attractione præputii vide supra in Radice* משך *pag.* 265. *In* פסחים Pesachìm *fol.* 92. הפורש מן ערלה כפורש מן הקבר Qui separat se a præputio, est sicut separans se a sepulchro. *A Rabbinis præterea* עָרְלָה *fructus ille appellatur, qui tribus primis a plantatione annis ab arboribus producitur, qui veluti impurus Judæis vetitus erat. Ex* Tanchumà *fol.* 8. חָמֵשׁ עֲרָלוֹת הֵן אַרְבַּע בְּאָדָם וְאֶחָד בְּאִילָן Quinque sunt præputia, quatuor in homine, & unum in arbore: עֲרָלַת אֹזֶן præputium auris, *de quo scriptum est*: Ecce præputiata est auris eorum. Jerem. 6. 10. עֲרָלַת הַלֵּב præputium cordis, *sicut scriptum est*: & circumcidetis præputium cordis vestri. Deut. 10. 16. עֲרָלַת לָשׁוֹן præputium linguæ, *sicut scriptum est*: præputiatus labiis. Exod. 6. 12. עֲרָלַת בָּשָׂר præputium carnis, *sicuti dicitur*: & circumcidetis carnem præputii vestri. Genes. 17. 11. *In* ברכות Berachòth *fol.* 36. ספק ערלה באי״ אסור ובסוריא מותר *h. e.* Dubium præputium (*arborum*) in terra Israelis prohibitum est: in Syria (*Syria Sobena*) licitum. *Itaque si dubium præputium vetitum, quanto magis verum?*

עָרַם *Hebraice*. Calliditate, astu-

tia

tia uti. 1. Sam. 23. 22. *Hinc Chaldaice in Ithpehal* אִתְעֲרִים aſtutum fieri. Prov. 19. 25.

עָרִים, עַרְמָא, עַרְמַאי Aſtutus, vafer, verſutus, callidus. Gen. 3. 1. Prov. 12. 23. *Plur. conſtr.* עָרְמֵאֵי aſtuti, callidi. Prov. 14. 18.

עָרִימוּתָא Aſtutia, calliditas, vafrities, verſutia. Prov. 8. 5.

עָרְמוּתָא Idem. 1. Reg. 2. 5.

עָרִישְׁתָא, עָרִימָא Acervus, cumulus. Ruth 3. 7. *Plur.* עָרִימָן, עָרִימָתָן acervi, cumuli. Iſa. 50. 26.

עוּרְמָא Idem. *Plur.* עוּרְמָן acervi. Exod. 15. 8. *in Jonathane.*

עָרַס, עָרְסָא, עַרְסָא Lectus, ſponda lecti. Deuter. 3. 11. feretrum. 2. Sam. 3. 31. *Plur. fœm.* עַרְסָן lecti. Amos 6. 4. & *ex forma maſc.* עַרְסִין lecti. Ibidem. *Item* cunæ. *Cum affixo* עַרְסֵיהוֹן lecti eorum. Ibidem.

עַרְסָה Lectus: cunæ. הַתִּינוֹק מוּטָל בְּעַרְסָה Infans jacens in cunis. *Apud Talmudicos* ערסייתא lecti, lecti, *h. e.* שְׁכוּנוֹת שְׁכוּנוֹת viciniæ, viciniæ, *domus vicinæ, conjunctæ, ut lecti in cubilibus.*

עַרְסָלָא, עַרְסַל Lectulus, cubile vagum, *quod de loco in locum movetur:* cunæ. Iſa. 1. 8. & 24. 20. *ubi per* ן *ſcribitur.*

עָרַע Accidere, offendere, contingere, obviam venire, occurrere, evenire, incurrere. Numer. 23. 4. Hoſ. 13. 8. Jerem. 41. 6. *Pahel* עָרַע Idem. *Item* convocare, indicere cœtum, *aut* diem feſtivum. Levit. 23. 2. Thren. 1. 15. pertingere, contingere, attingere. Joſ. 19. 34. *Ithpahel* אִתְעָרַע obviam fieri, occurrere. Hoſ. 11. 8. 2. Sam. 1. 6.

עִירוּעַ Accidens, eventus, caſus. 1. Sam. 6. 9. & 20. 26.

עַרְעִיתָא Idem. Eccleſ. 9. 11. *Item* crabro. Joſ. 24. 12.

מְעָרְעָא, מָעָרַע Convocatio, cœtus, conventus ſolemnis. *Plur. emphat.* מַעֲרַעַיָּא, & *conſtr.* מְעָרְעֵי convocationes, conventus ſolemnes. Pſal. 74. 8. Levit. 23. 2. 3.

עַרְפִּילָא Caligo, obſcuritas. 2. Sam. 22. 12. — עַרְפָּא

עַרְפָּרָא Veſpertilio. Deut. 14. 18. *in Jonathane. Legitur etiam* טַרְפָּרָא Levit. 11. 19.

עָרַץ *Hebraice.* Violentia uti; violenter exagitare. *Hinc Chaldaice ex Ithpehal eliſo* ת, וְלָא אִיעַרְצָא nec violenter exagitata fuit. Num. 19. 2. *in Targum Jonathanis, ubi corrupte legitur* אִירְעָצָא.

עָרַק Fugere, aufugere, perfugere, profugere. Geneſ. 16. 6. *Pahel.* עָרַק fugare. Deut. 32. 30. *Aphel* אַרְעִיק idem. Prov. 16. 28. *Ex alia ſignificatione* וְרָתְנָא מַעֲרִיק & ſuſurro divellit amicum ſuum. Prov. 16. 28. *Alia exemplaria habent* מַפְרִיק, *Biblia Regia* מַפְרִיק.

עָרוֹקָא, עָרִיק Fugitivus, profugus. Iſa. 10. 18. *Plur.* עָרוֹקִין, עָרוֹקֵי profugi.

מְעָרְקָא, Idem. *Plur.* מְעָרְקִין, מְעָרְקַיָּא.

עַרְקָא Ulva, carectum. Job 8. 11.

עַרְקָא, עַרְקַת Lorum, fascia, corrigia, ligula calcei. Genes. 14. 23.

פּוּחַ, פִּיחַ Favilla, *sic dicta, quia levissimo flatu, ac vento expellitur.* Exod. 9. 8.

פּוּחָא Spiritus, flatus, ventus. Job 30. 22.

פְּחָחָא Idem.

פּוּחָ, פּוּחָא, & פַּח, פָּחָא Laqueus, rete. Psal. 124. 7. & 140. 6. Job 18. 9. *Plur.* פּוּחִין laquei. Job 21. 10. *Plur. constr.* מִפָּחֵי תִּקְלָיָא Ex laqueis offendiculorum. Psal. 124. 7.

פּוּל Misceri, commiscere: conspergi. Num. 15. 9. Levit. 6. 33. *Participium* פִּיל mistum, conspersum. Levit. 14. 21. *Fœm.* פִּילָא Mixta. Levit. 6. 33. *Plur.* פִּילָן mistæ. Exod. 29. 2. *Pahel geminatum* פַּלְפֵּל aspergere, conspergere. Esth. 4. 1. *in Targum secundo.* *Ithpahel* אִתְפַּלְפֵּל conspergi, conspergere se.

מְפַלְפֵּל, מְפֻלְפָּל Acutus, ingeniosus, disputator subtilis. Job 11. 12.

פּוּל, פּוּלָא, פּוֹלָא Faba. *Plur.* פּוֹלִין fabæ. 2. Sam. 17. 28. *Rabbinis in usu* פּוֹל לָבָן faba alba, פּוֹל מִצְרִי faba Ægyptiaca. *Plur.* עֲשָׂרָה לִי פּוֹלִין parabat mihi fabas.

פּוֹלִין Apostoli, legati. Numer. 16. 12. Deuter. 20. 10.

פּוֹם, פֻּם, פּוּמָא, פּוֹמָא Os, oris. Exod. 4. 10. Deut. 31. 21. *Metaphorice* acies. *Hinc* לְפוּם, כְּפוּם, בְּפוּם juxta, secundum, pro ratione. Genes. 47. 12. Numer. 6. 21. *Respondet Hebræorum* לְפִי, כְּפִי. *Plur.* פּוּמַיִם ora: acies. Judic. 3. 16.

פּוֹן, פּוֹן Certe, utique: nunc, quidem. *Hæc vox est apud Chaldæos admodum familiaris. In Targùm nulli Hebrææ voci respondet. Ad emphasim voci præcedenti addi solet. Sola numquam existit, sed cum aliis vocibus copulatur, ut apud Græcos* πῶς, & ποτέ. *Adjungitur nominibus, ut* כְּעִדָּן פּוֹן Juxta hoc, *vel* illud tempus certe. Judic. 1. 21. *Reperitur crebro usurpata cum particulis, sive vocibus indeclinabilibus*, ut וּלְוַי פּוֹן & utinam certe. Jos. 7. 7. מִן צַפְרָא וְעַד כְּעַן פּוֹן A mane usque nunc certe. Ruth 2. 7. עוֹר זְעֵר פּוֹן Adhuc certe parum est, parum certe abest. Exod. 17. 4. *Cum Verbis etiam conjungitur.* אִתְעַכִּבוּ פּוֹן זְעֵר Expectate quæso parumper. Cant. 8. 4. וְהֲוֵי פּוֹן Esset utique. Isa. 48. 18.

Vi-

פוס *Vide* פיס.

פּוּר *Hiphil* הֵפִיר Irritum facere, frangere. *Hinc apud Rabbinos* הֲפָרָה retractatio, destructio, abolitio.

פּוּר Sors. *Plur.* פּוּרִין, פּוּרַיָּא sortes. *Adhibetur tantummodo in Historia Esther, estque vocabulum Persicum.*

פּוּשׁ Fructuosum esse, crescere, multiplicari: redundare, abundare. Gen. 35. 11. *Aphel* אֲפֵישׁ fœcundum reddere, multiplicare, augere, magnificare. Genes. 41. 52.

פּזז פִּזּוּז Aurum solidum. *Plur. emphat.* מָאנֵי פִּזּוּזַיָּא vasa aurea. Job 28. 18. *in Targum secundo.*

פָּזַר *Hebraice.* Dispergere. *Hinc Chaldaice Participium* מְפַזֵּר dispergit. Prov. 20. 8.

פְּחַד Pavere, expavescere. *Particip.* פָּחִיד pavens. Deut. 28. 66.

פַּחַד, פַּחֲדָא Pavor. Esth. 8. 17. & 9. 2.

פַּחֲדִין Testes, testiculi. Levit. 21. 20. *Rabbini appellant* בֵּיצִים, *Talmudici* בֵּיעִין ova.

פחה פָּחֵי *Vide in* פחם.

פֶּחָה, פַּחַת Dux, præses, princeps. Esdræ 5. 14. *Plur. fœm.* פַּחֲוָן, פַּחֲוָתָא duces. Dan. 6. 7.

פְּחַז Saltare, subsilire, exilire, insilire. Deut. 32. 15. *in Jonathane.*

פחח פָּחִיחַ, פְּחִיחַ Nudus: laceris vestibus indutus. Isa. 20. 2. *Plur.* פְּחִיחִין nudi. Isa. 20. 4.

פְּחַם, לָא פָּחִים לֵיהּ Non æquiparatur ei. Prov. 3. 15. *Eodem modo lege* cap. 8. 11. *pro* פָּחִי.

פְּחִימָא Similiter, pariter. Esth. 3. 3. *in Targum secundo.*

פְּחַר, פֶּחָר, פַּחְרָא Figulus. Jerem. 18. 2. Isa. 49. 9. testa figulina. Job 2. 8. Psal. 22. 16. מָאן דִּפְחַר Vas figulinum. Exod. 12. 22. טַעֲווָת פַּחְרָא Idola figulina. Exod. 12. 12.

פַּחַת, פַּחֲתָא Fossa, fovea. Jerem. 18. 20. *Plur.* פַּחֲתָן fossulæ, profunditates fœdæ. Levit. 14. 37.

פטל, פִּטְלוֹן Folium, massa auri. Job 28. 16.

פַּטֵּם *Pahel.* Saginare, pinguefacere. Prov. 15. 17. *Ithpahel* אִתְפַּטִּים saginari. Judic. 6. 25. Psal. 37. 20.

פַּטִּים Pinguis, saginatus. 2. Sam. 6. 13. Psal. 73. 4. *Plur.* פַּטִּימִין, פַּטִּימַיָּא pingues. Amos 6. 4. 1. Reg. 4. 23. *Fœm.* פַּטִּימְתָּא saginata. *Plur.* פַּטִּימָן, פַּטִּימָתָא saginatæ. Genes. 41. 2. v. 4. v. 7.

פִּטְמָא Saginatio, pinguefactio, pinguedo. Jerem. 5. 27.

פִּטּוּמָא Mistura, conditura, confectio aromatica. Exod. 25. 6. *in Jonathane.* פִּטּוּם הַקְּטֹרֶת Conditura aromatica suffitus. *Suffitus hic ex undecim aromatum speciebus conficiebatur, sicuti colligitur ex* סֵפֶר תְּפִלּוֹת; *vel* סֵדֶר libro Precum *inter Preces matutinas* שַׁחֲרִית *vocatas diei Sabbati, & ex Officio* מַעֲמָדוֹת *dicto in die primo, atque ex libro Talmudico* כְּרִיתוּת cap. 1.

Co-

פִּטְמָא, פִּטְמָת, פִּטְמָה Corona, caput, circumferentia mammæ, papillæ rubra, *vel* nigricans. *Hinc virgo tunc viro matura esse dicitur*, מְשֶׁתַּשְׁחִיר הַפִּטְמָת ex quo nigrescit corona papillæ. *In Niddà fol. 47. in* מִשְׁנָה Misnà *tunc dicitur virgo matura viro* כדי שיהא נותן ידו על העוקץ ואיא שוקע והוא שורא לחזור *h. e.* cum quis imponit manum papillæ, eaque subsidit, & tardat reverti. עוּקָץ acumen mammæ *est papilla, sive capitulum mammæ, quod infans ore capit*, פִּטְמָא *autem est* corona rubens, *h. e.* סְבִיבַת הָעוּקָץ circuitus papillæ. *Item* פִּטְמָא *est* acumen, caput mali citrei, mali punici, cæparum &c.

פטק

פִּטְקָא Liber, litteræ, epistola. Esth. 9. 32. Job 31. 35. *Plur.* פִּטְקִין, פִּטְקָיָא, & פִּטְקַיָּא libri, epistolæ. Esth. 1. 22. & 13. 13. & 8. 5.

פטר

Mittere, dimittere, remittere. Deuter. 22. 19. dimitti, discedere, migrare, emigrare: repudiare. Deuter. 24. 4. *Hinc apud Rabbinos in Conjugatione Niphal* migrare ex hac vita, mori. *Ithpehal* אִתְפְּטַר dimitti, discedere. Genes. 42. 3. *Aphel Futurum* דִּי יַפְטִיר יָתֵהּ qui dimiserit eam. Eccles. 7. 27. *In* בבא קמא Bavà Kamà fol. 28. הָאוֹנֵס רַחְמָנָא פַּטְרֵיהּ *h. e.* Qui vim patitur, Deus misericors eum dimittit, excusatum habet, *videlicet necessitas, vel coactio a Deo remittitur, & excusatur. Id usitatissimum Rabbinis. In Conjugatione Hiphil* הַפְטִיר liberare, liberum facere, liberum dimittere. *Hinc* אֵין מְפַטְּרִין אֶת הַפֶּסַח אֶפִיקוֹמָן *h. e.* Non faciunt liberum, *nimirum* permittunt post esum Agni Paschalis AphiKomèn. *Quid sit apud Hebræos* AphiKomèn *vide pag.* 21. *Nomine* מְפַטִּיר *autem, quod significat* Dimittens, *is solet ab Hebræis appellari, qui Sabbato in Synagoga lectionem ultimam Propheticam legit* הַפְטָרָה Aphtarà *dictam, quæ ubi absoluta est, populus domum dimittitur.*

פִּטּוּר Repudiatio, dimissio. Deuter. 4. 13. *Plur.* פִּטּוּרִין dimissiones. Eccles. 7. 27. אִגֶּרֶת פִּטּוּרִין Epistola repudii. Jerem. 3. 8.

פַּטִּיר Azymum, infermentatum. טַיָּן פַּטִּיר Lutum liberum, *sive* infermentatum, *h. e. purum, nullis paleis, nullis arenis mistum. Plur.* פַּטִּירִין, פַּטִּירַיָּא azyma. *Fœm.* פַּטִּירְתָּא, פַּטִּירָא. *Plur.* פַּטִּירָן azyma.

הַפְטָרָה Aphtarà: Dimissio. *Hoc nomine vocatur ab Hebræis Lectio Prophetica, quam singulis Sabbatis post Lectionem* פָּרָשָׁה Parascha *legunt. Lectione enim Mosaica Pentateuchi Mosis absoluta, eam subjiciunt, &* הַפְטָרָה *appellant, quia, ea solemniter in Synagoga lecta, cœtus dimittitur. Nullam itaque* הַפְטָרָה *reperies sua* פָּרָשָׁה Parascha, *h. e.* Sectione Legis Mosaicæ *carentem, cui aliquo modo respondet, non secus ac* Epistolæ *in Ecclesia Catholica magna cum* Evangelio *cognatio, & affinitas intercedit. Quid sit* פָּרָשָׁה Parascha, *vide pag.* 324. *hujus Lexici. Lectionis autem* הַפְטָרָה Aphtarà *istud initium fuit. Libris* תּוֹרָה Legis *sub Antiocho Græcorum Rege impie combustis,*

Sa-

Sacrificiis Judæorum damnatis, & lectione omni tum privata, tum publica ſub pœna capitis prohibita, ne Lex Divina ab hominum animis omnino tolleretur, pie, & religioſe a nonnullis fuit inſtitutum, ut ex Prophetis eligerentur Sectiones, quæ aliquo modo quod in פָּרָשִׁיוֹת Sectionibus Moſaicis *continetur, complecterentur. Licet autem poſtea Machabæorum virtute, Judæorum rebus in priſtinum reſtitutis, cultus quoque Divinus, & publica legendi* תּוֹרָה Legem *conſuetudo fuerit reſtituta, nihilominus religioſum hunc* הַפְטָרָה Propheticæ Lectionis *uſum ad hanc diem ſervandum conſuerunt. Itaque ſive* הַפְטָרָה Aphtarà *nomen ſuum ſortiatur a dimiſſione Lectionis Legis, ſive a dimittendo cœtu, illud certum, & exploratum penitus eſt, hujuſmodi lectionis uſum vel ab ipſo Chriſti tempore viguiſſe. Id enim aperte colligitur ex verbis illis* Act. Apoſtolorum 13. 15. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου, καὶ τῶν προφητῶν. *Poſt* Lectionem Legis, & Prophetarum. *Placet unum præterea, & alterum textum proponere, quibus non ſolum moris hujus antiquitas probabitur, ſed etiam ritus olim in Lectione peragenda adhibitus in magno lumine collocabitur. Prior igitur locus ex Act. Apoſtolorum cap. 13. v. 27. deſumitur, ubi D. Paulus Hebræos graviter increpat Prophetarum voces ignorantes,* καὶ πᾶν Σάββατον ἀναγινωσκομένας, quæ per omne Sabbatum leguntur, *quibus verbis* הַפְטָרָה Aphtarà *innui quilibet videt. Alterum vero locum ritus, & cæremonias oculis ſubjicientem Evangelium* D. Lucæ 4. 16. *ſuppeditat.* Καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρέτ, οὗ ἦν τεθραμμένος· καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι. Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ησαΐου τοῦ προφήτου, καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον. Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ &c. Et venit (*Jeſus*,) Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbati in Synagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ, & ut revolvit librum, invenit locum, ubi ſcriptum erat: *Spiritus Domini ſuper me &c.* Iſa. 61. 1. *Per hæc profecto innuitur conſuetudo legendi* הַפְטָרָה Aphtarà, *id eſt*, Lectionem Propheticam *eodem ritu, & cæremoniis, quas eamdem legentes Judæi hodierni uſurpant. Colligitur enim ex iis conſuevisſe Judæos in Synagogam die Sabbati introire, in ea ſedisſe, ſtanteſque lectionem peregisſe, traditum fuisſe librum* הַפְטָרוֹת Aphtararum *Lectori, Lectoremque pro munere ſuo eam inveniſſe. Hoc in loco animadverto, nunc temporis nullam eſſe* הַפְטָרָה Aphtarà, *quæ incipiat a textu* Iſaiæ 61. 1. *quem Jeſus librum evolvendo invenit. Hodierna enim* הַפְטָרָה Aphtarà *Sabbatina, quæ reſpondet* פָּרָשָׁה Paraſchà נִצָּבִים Nitzavìm, *inciditque in finem menſis Auguſti, initium ducit a verſiculo* 10. *ejuſdem Capitis* 61. Gaudens gaudebo in Domino. *Facile itaque quilibet adducetur, ut credat, hos decem verſiculos malitioſe ab Hebræis ex illo loco ſublatos, ne de ſe a Chriſto expoſitos in publica Synagoga fuiſſe faterentur. Ritus autem hic legendi Lectionem* תּוֹרָה Legis, & נְבִיאִים Prophetarum *a Synagoga in Eccleſiam Catholicam manavit. Ex libro enim octavo Conſtitutionum Apoſtolicarum Clementis Pontificis Romani, & D. Petri Apoſtoli diſcipuli colligitur, conſuetudinem hanc primis Eccleſiæ temporibus obtinuiſſe. In Ordinatione enim Epiſcoporum, & Miſſæ celebratione hæc habentur.* Mane in ſolio a reliquis Epiſcopis collocetur (*Epiſcopus Ordinatus*) cunctis eum in Domino oſculantibus, ac poſt Lectionem Legis, & Prophetarum, & Epiſtolarum noſtrarum, & Actorum, atque Evangeliorum ſalutet Eccleſiam Ordinatus, dicens &c. *Quid quod idem ſervatur etiam noſtris hiſce temporibus? Si enim Miſſam quatuor anni Temporibus celebrandam conſideres, videbis ante Evangelium collocatas eſſe Lectiones e Moſis Pentateucho, Prophetis, & Apoſtolorum Epiſtolis excerptas. Decet enim Moſis, & Prophetarum vaticinia, tamquam Evangelii præcurſores, præcedere, ſicut & Lectiones, atque Epiſtolas Novi Teſtamenti, per quas Evangelii gratia prædicatur omni creaturæ, & diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datur nobis.*

פַּטִּישׁ Malleus. *Emphat.* פַּטִּישָׁא Jerem. 23. 29. *Item* ſubligaculum, femorale. *Plur. cum affixo* פַּטִּישֵׁיהֶן ſubligaculis ſuis, *cum* י *redundante.* Dan. 3. 21. בֶּן פַּטִּישׁ filius mallei, *h. e.* malleolus.

Ele-

פִּיל, פִּילָא Elephas, barrus. 1. Reg. 22. 39. porta, janua. Gen. 19. 1. שֵׁן דְּפִיל dens elephantis, ebur. Cant. 7. 4. *Plur. emphat.* פִּילַיָּא elephantes. Cant. 6. 7. *Proverbium in* ברכות Berachòt *fol.* 55. Nemo vidit umquam neque palmam auream, וְלָא פִּילָא דְּעָיֵל בְּקוּפָּא דְּמַחְטָא neque elephantem intrantem foramen acus. *Solet uſurpari de re impoſſibili, & quæ fidem excedat. In Præfatione prima libri Zohar Mantuæ editi* בשם אלהינו ראינו להכניס פילא בקופא דמחטא *h. e.* In nomine Dei noſtri commodum exiſtimavimus introducere elephantem in foramen acus, *videlicet rem impenſe difficilem, atque arduam præſtare, opuſque immane in arctiorem, brevioremque formam contrahere. Chriſtus videtur imitatus Proverbium hoc pro* פִּיל elephanto *adhibendo* גַּמְלָא camelum *dicens* דרליל הו לגמלא למעל בחרורא דמחטא facilius eſſe camelo intrare foramen acus, quam diviti in Regnum Dei. Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. Iterum autem dico vobis: Facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in Regnum Cœlorum. Matth. 19. 24.

פִּילִי Porta, janua. *Plur.* פִּלְוָתָא portæ. Deuter. 20. 11.

פִּילֵי Lampades, faces, tædæ. Nahum 2. 3.

פִּיל, פִּילָא, פַּיָּל, פַּיָּלִי Phiala, patera, crater: ſcutella. Geneſ. 40. 12. Judic. 5. 15. *Plur.* פַּיָּלִין, & *fœm.* פַּיָּלָן, פִּילָתָא & פִּלָּן crateres, phialæ; ſcutellæ. Amos 6. 6. *Conſtr.* פַּיָּלֵי ſcutulæ. Numer. 7. 84.

פִּיס Placare, ſedare, compeſcere, perſuadere, ſecurum, contentum reddere. 1. Sam. 24. 8. *Item* ſupplicare, petere, orare, obſecrare, rogare. Geneſ. 19. 3. Eſth. 4. 8. *Aphel* אַפֵּיס Idem. *Ithpahel* אִתְפַּיַּס placari, ſedari, reconciliari. Prov. 6. 35.

Hoc Verbum פִּיס *videtur deduci a Græco* πείθω perſuadeo, placo, ſecurum reddo. Ἔπεισαν τοὺς ὄχλους. Perſuaſerunt turbis. Matth. 27. 20. *Syre* ܐܦܫ. *Sic* Actor. 12. 20. πείθουσι, *Syre* ܐܦܫ. *Sic* 1. Joannis 3. 19. πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν. Secura reddemus corda veſtra. *Ex his plane colligitur, Verbum hoc* פִּיס *maxime congruere cum Græcis, & Syris.*

פִּיוּס Perſuaſio: placatio, ſatisfactio: deprecatio. Geneſ. 18. 23. *in R. Salomone. Plur.* פִּיוּסִין perſuaſiones. Geneſ. 34. 3. *in Jonathane.*

פַּיְסָא, פַּיָּס *Vide in* פסס.

פִּסְיָאִית Appoſite, opportune: ſupplicite. Prov. 25. 11.

פכך *Ithpehal* אִתְפַּכַּךְ Teneri, contineri, comprehendi. Prov. 5. 22. *in Venetis.*

פַּכַּר *Pahel.* Rumpere, abrumpere, diruere, evertere, deſtruere, demoliri. Geneſ. 49. 6. *in Jonathane. Ithpehal*

hal אִתְפְּבַר dirui, deſtrui. Geneſ. 22. 9. *in Jonathane.*

פלא

Pahel פְּלֵי Auferre, ſufferre, amovere, removere, tollere, ſeparare, ſegregare. Deuter. 21. 9. 2. Sam. 4. 11. *Ex Aphel Futur.* וְיַפְלֵי & dijudicabit, diſcernet. 1. Sam. 2. 22.

פְּלָאִין, פְּלָאִין Miracula. Exod. 8. 18. *in Jonathane.*

מְפַלְיָא Mirificus, admirabilis. Iſa. 9. 6.

פְּלָאתָא Parabola, proverbium, ſimilitudo, ænigma; interpretatio.

פלג

Diſtribuere, dividere, partiri, ſecare in duas partes. Geneſ. 15. 10. 2. Sam. 6. 19. blandiri. Prov. 29. 21. *Pahel* פְּלֵג idem. Geneſ. 49. 17. *Aphel* אַפְלִיג dividere: blandiri. Prov. 28. 23. *Ithpehal* אִתְפְּלַג, *vel Ithpahel* אִתְפַּלַּג dividi, diſtribui: blandiri. Geneſ. 10. 25. Job 21. 21.

פְּלִיגָא, פְּלִיגָא Diviſum, diverſum. Dan. 2. 41. Pſal. 44. 19. *Plur.* פְּלִיגִין diviſa, diverſa: partes. 1. Reg. 18. 21.

פַּלְגָא, פְּלַג Pars, particula, medium, dimidium. Geneſ. 15. 10. Exod. 25. 10. *Plur.* פַּלְגַיָּא, פַּלְגִין partes. Geneſ. 15. 11.

פְּלוּג Pars, fruſtum: portio: diſtributio. Joel. 3. 2. 2. Sam. 6. 19.

פַּלְגוּתָא, פַּלְגוּת, פַּלְגִי Medium, dimidium, dimidia pars. Numer. 31. 42. diviſio, diſtributio. Exod. 30. 13. ſchiſma, diſſenſio, diſſidium. *Plur.* פַּלְגָוָן, פַּלְגָוָתָא partes. 1. Reg. 18. 21.

פְּלוּגְתָא, פְּלוּגְתָא Diviſio, diſtributio, partitio. *Plur.* פְּלוּגָן, פְּלוּגָת diviſiones.

פַּלְגֵיסָא, פַּלְגֵיסָא Scopus, ſignum ad jaculandum propoſitum. Thren. 3. 12. 1. Sam. 20. 20.

פַּלְגִיסִין Verueces. Pſal. 37. 20.

פֵּילָגוֹס, פִּלְגוֹס Oceanus, pelagus. Pſal. 46. 3. בְּפֵילָגוֹס דְיַמָּא רַבָּא In pelagus maris magni. Pſal. 46. 3. *Hebraice* בְּלֵב יַמִּים in cor, *h. e.* medium maris. *Sic* Matth. 18. 6. ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, in profundum maris.

פלך

פִּלְדָסִין, פִּלְדָסִין Sindones. Judic. 14. 12. *Item* loculi, marſupia. 2. Reg. 5. 23.

פלח

Servire, colere. Ezech. 18. 11. operari, laborare, ſervire. Geneſ. 29. 20. & 30. 26. ſecare, diſſecare, findere, diffindere. Pſal. 141. 7. *Ithpehal* אִתְפְּלַח laborari, coli, excoli. *Participium* מִתְפַּלְחָן diſſecant ſe. Job 39. 6. *Pahel* פְּלַח ſervire, colere, operari. Iſa. 9. 5. *Item* laborare facere. *Aphel* אַפְלַח ſervire facere, ſervitutem imponere. Exod. 1. 13. Ezech. 29. 18.

פְּלַחְתָא, פְּלַחְתָא Fragmen, fruſtum: ſegmentum, meta, lapis molaris inferior. Job 41. 15. *Plur.* פְּלַחֵי ſegmenta, ſectiones. Exod. 34. 19. *in Targum Hieroſolymitano.*

פּוּלְחָנָא, פּוּלְחָנָא Cultus, cultura, ſervitus, miniſterium, opus, operatio, labor. Numer. 18. 21. Judic. 10. 13.

פּוּלְחָנוּת Labor, cultus, ſervitus, cultura. Eccleſ. 5. 8.

פַּלָּח, פְּלָחָא, פּוֹלֵחַ Cultor terræ, agricola, vinitor. *Plur.* פְּלָחִין, פַּלְחֵי agricolæ.

פָּלַט Evomere, exſpuere, ejicere. Levit. 18. 28. Deuter. 25. 18. evadere, eripi, liberari. Prov. 12. 13. *Pahel* פִּלֵּט exſpuere, ejicere; eripere, liberare. Job 21. 10.

פְּלַטְיָא, פְּלַטְיָתָא Platea: latitudo. Job 37. 10. *Plur. maſc.* פְּלַטְיָן, *& fœm.* פְּלַטְיָן Num. 22. 39. *in Jonathane.* פְּלַטָּת, פְּלַטָּן Pſal. 144. 14. Gen. 42. 6. *in Jonathane.*

פְּלַטְיוּתָא Idem. *Item* latitudo, amplitudo. Pſal. 55. 11.

פַּלָּטִין, פְּלָטִין Palatium, palatia. Thren. 4. 1.

פַּלְטִירִין, פַּלְטִירָא, פַּלְטִיר Idem. Eſth. 2. 21. *&* 4. 2. *Apud Rabbinos in plurali* פַּלְטֵרְיוֹת palatia.

פֶּלֶךְ Provincia, tractus, regia. Deut. 3. 4. ſcipio, baculus. 2. Samuel. 3. 29. *Plur.* פְּלָכִין, פְּלָכְיָא regiones. Eſth. 1. 1. *&* 3. 11. *&* 8. 9.

פֻּלְכָּא Colus *Rabbinis*. Scipio, baculus. 2. Sam. 3. 29. *Tritum eſt apud Hebræos:* אֵין חָכְמָה לְאִשָּׁה אֶלָּא בַּפֻּלְכָּא Non eſt ſapientia mulieri, niſi in colo. *Si enim mulier vulgaris alia præter colum, & res domeſticas agere velit, & iis, quæ ad viros pertinent, ſe immiſcere, plane ineptit, erret, & fœde, ac turpiter labitur. In Bereſchìt Rabbà ſect.* 71. לאה תפסה פלך הודיה Lia apprehendit colum gratiarum actionis, *vel* celebrationis. *His verbis ſignificare volunt Rabbini, Liam ſe convertiſſe ad agendas gratias Deo, ejuſque bonitatem, atque clementiam celebrandam tanto animi ardore, atque alacritate, quaſi hæ laudes ejus proprium opus, & exercitium muliebre fuerint.*

פלל *Hithpahel* הִתְפַּלֵּל Precari, orare. *Hebraice. Hoc Verbum Chaldaice redditur per* צְלָה.

תְּפִלָּה Precatio, Oratio. סֵפֶר תְּפִלּוֹת Liber Precationum, *vel* סֵדֶר תְּפִלּוֹת Ordo Precationum, *eſt liber, quo vulgo Hebræi quotidie utuntur, in Sabbato, & aliis Feſtis minoribus. Etenim in* שָׁלֹשׁ רְגָלִים tribus Feſtis præcipuis, *ac principibus adhibent præterea* מַחֲזוֹר Machazòr, *&* סְלִיחוֹת Selichòt, *quos libros in variis Urbibus variiſque formis editos facile invenies.*

Quoniam de Libris Precum, quæ in uſu ſunt apud Hebræos, mentionem injecimus, placet in præſens addere Litanias Hebræorum, quas Chriſtifidelium more recitant, ut per Angelos a Deo opem petant. R. Eliezer HaKalìr Poeta inſignis inter Hebræos hujuſmodi ſupplicationes Litanicas compoſuit, ac præterea ſupplicationem quamdam יוֹם הַכִּפּוּרִים die Expiationum recitandam, *quæ incipit* ארוממך Aromemchà, *h. e.* Exaltabo te &c. *Utraſque uſurpant Hebræi, Dei, Angelorumque auxilium, ubi neceſſitas poſtulet, flagitantes. Ordine Alphabetico digeſtæ ſunt, clauduntur que Michaelis Archangeli invocatione, quem Synagogæ defenſorem acerrimum eſſe, populique Judaici Patronum contra quoslibet adverſarios ſibi perſuadent. Hæ autem ſunt ſequentes.*

LITANIÆ JUDÆORUM.

Teſtimonium de R. Eliezer HaKalìr.

ר׳ אליעזר הקליר חבר פייוטים לאוכנזים שאומרים
ביום הכפורים: ועושה בקשה על ארוממך
ובה בקשים רחמים ממלאכי מעלה וקורים
אותם על סדר אלפא ביתא בשם

Hic incipinnt Litaniæ Judæorum cum Interpretatione Latina.

אכתריאל השר התפלל בעד ישראל

א O Actariel Princeps ora pro Iſraele.

ברכיאל השר התפלל בעד ישראל

ב O Barachiel Princeps ora pro Iſraele.

גבריאל השר התפלל בעד ישראל

ג O Gabriel Princeps ora pro Iſraele.

דרשיאל השר התפלל בעד ישראל

ד O Daraſciel Princeps ora pro Iſraele.

הדרניאל השר התפלל בעד ישראל

ה O Hadraniel Princeps ora pro Iſraele.

וותקיאל השר התפלל בעד ישראל

ו O Vuatachiel Princeps ora pro Iſraele.

זכריאל השר התפלל בעד ישראל

ז O Zachariel Princeps ora pro Iſraele.

חסדיאל השר התפלל בעד ישראל

ח O Chaſdiel Princeps ora pro Iſraele.

טוביאל השר התפלל בעד ישראל

ט O Tubiel Princeps ora pro Iſraele.

יוהל השר התפלל בעד ישראל

ו O Jeoel Princeps ora pro Iſraele.

כבדיאל השר התפלל בעד ישראל

כ O Cavadiel Princeps ora pro Iſraele.

לראל השר התפלל בעל ישראל

ל O Larael Princeps ora pro Iſraele.

מלכיאל השר התפלל בעד ישראל

מ O Malachiel Princeps ora pro Iſraele.

סמכיאל השר התפלל בעד ישראל

ס O Samachiel Princeps ora pro Iſraele.

עתריאל השר התפלל בעד ישראל

ע O Attariel Princeps ora pro Iſraele.

פתחיאל השר התפלל בעד ישראל

פ O Patachiel Princeps ora pro Iſraele.

צדקיאל השר התפלל בעד ישראל

צ O Tzadachiel Princeps ora pro Iſraele.

קדושיאל השר התפלל בעד ישראל

ק O Kedufciel Princeps ora pro Iſraele.

רויאל השר התפלל בעד ישראל

ר O Raziel Princeps ora pro Iſraele.

שמריאל השר התפלל בעד ישראל

ש O Sciamariel Princeps ora pro Iſraele.

תמימיאל השר התפלל בעד ישראל

ת O Themimiel Princeps ora pro Iſraele.

מיכאל השר התפלל בעד ישראל

מ O Michael Princeps ora pro Iſraele.

ובסוף אמר מיכאל השר של רחמים התפלל בעד ישראל להר בחרומים באור פני מלך יושב כסא רחמים: כמו נאמר למטה ונבוא על הבקשה בארוך: ותראה שגם היהודים המקדמים היו מבקשים ממלאכים טובים וקדשים שהתפללו בערם.

In Codice antiquo תְּפִלּוֹת Precum *Hebræorum Lingua Hebraica manu ſcripto, qui in Bibliotheca Vaticana Romæ aſſervatur, leguntur Judæorum Litaniæ, quas olim Synagoga in publicis ſupplicationibus recitare ſolebat, cum precatione præcedenti* ארוממך Aromemchà, *quas Latine ad verbum redditas curioſis, & eruditis Lectoribus exhibemus. Hæ autem ſunt in Bibliotheca ad num. 315. p. 255. Pergam. in folio.*

ארוממך שם הנכבר והנורא: יהוה אלהותך
נערץ ונקדש עמך שרי נהורא:

Exaltabo te nomen glorioſum, & terribile. Domine Divinitatem tuam timebimus, tecumque Principes ſplendoris ſanctificabimus.

א אכתריאל השר חלץ ישראל מכל צוקה וצרה מהר ישועתך תחיש גאולה מהרה: בכל יום משברים לישועתך ולך קוינו: ברוך ומבורך שמך מלכנו ואלהינו:

Hoc eſt.

א 1. *Actariel Princeps*, (Angele) libera Iſraelem ab omni afflictione, & anguſtia, accelera ſalutare tuum, ſollicita redemptionem cito. Quotidie mercenarii ſumus, ſalutare tuum, ac te expectamus. Benedictum, ac benedicendum nomen tuum Rex noſter, & Deus noſter.

ב ברכיאל השר אמץ זרועינו כי תש כחנו: חסרך ואמתך אל תסיר ממנו: גדול וגבור ומהולל ואין חקר לגדולתך גדל זרוע לבקרים כי אין סוף לתבונתך:

Hoc eſt.

ב 2. *Barachiel Princeps*, fortifica brachia noſtra, quoniam infirmata eſt virtus noſtra. Miſericordiam tuam, & veritatem tuam ne removeas a nobis. Magne, & potens, & laudabilis, cujus magnificentia eſt inveſtigabilis, magnifica brachium diluculo, quoniam infinita eſt intelligentia tua.

Hoc

nem mirabilium tuorum. Ter quotidie dicent tibi, Deus exercituum terribilis, & formidabilis.

ג גבריאל השר נחץ יום לקרוב ישועתך יום נקם תמהר שנת גאולתך: דור לדור שבחו גבורות מעשיך אשר עשיתה לעם עמוסיך:

Hoc eſt.

ג 3. *Gabriel Princeps*, accelera diem, ut appropinquet ſalutare tuum, diem ultionis acceleres, annum redemptionis tuæ. Generatione in generationem obliti ſunt fortitudinum operum tuorum, quæ feciſti populo, quem tu bajulas.

ד דרשיאל השר דרש טובה לעם חוסיך: קבץ פזורינו מבין הגוים ברוב נסיך: הדר כבוד הודך אשיחה כל נפלאותיך כי אין כמוך ואין כמעשיך והגבורתך:

ד 4. *Daraſciel Princeps*, inquire bona populo, qui ſperat in te. Congrega diſperſiones noſtras ex gentibus, in multitudine miraculorum tuorum. Redde gloriam; eloquar omnia mirabilia tua, quoniam non eſt ſimilis tui, & non eſt, qui faciat opera tua, ac fortitudinem tuam.

ה הדרניאל השר תהדר עמך ונחלתך כי נכלמנו מאד לצפות לישועתך ועזוז נראתיך: יאמרו ומשלשים בכל יום לך אלהי הצבאות נורא ואיום:

ה 5. *Hadraniel Princeps*, honorifica populum tuum, & hæreditatem tuam, quoniam ignominia affecti ſumus valde, dum reſpicimus ad ſalutare tuum, & fortitudinem mirabilium tuorum. Ter quotidie dicent tibi, Deus exercituum terribilis, & formidabilis.

ו וותקיאל השר תבקש גאולתינו בצבון מאלהים ישלח נצח ישע ופדיום: זכור רב טובך מביעים וצדקתך מרננים קדוש וברוך ומבורך שמך מפי עליונים ותחתונים:

ו 6. *Watachiel Princeps*, inquire redemptionem noſtram libenter a Deo; mitte victoriam, ſalutem, ac redemptionem. Memoriam multitudinis bonitatis tuæ petimus, & juſtitiam tuam cantamus; ſanctum, & benedictum, & benedicendum ſit nomen tuum ex ore ſuperiorum, & inferiorum.

ז זבריאל השר זכר ברית אבות לשומרי יהוה אדונינו: מה אדיר שמך ובקדש נאדר:

ז 7. *Zachariel Princeps*, memento fœderis Patriarcharum cuſtodientium Dominum Deum noſtrum. Quam magnificum eſt nomen tuum, & in ſanctitate magnificatum eſt!

ח חסדיאל השר חרחם עם המקדישין בהדר יהוה עז לעמו יתן וכבודו במעון רד: טוב יהוה לכל ומרחם עמוסים מבטן לך מהדרים ומקלסים:

ח 8. *Chaſdiel Princeps*, miſerere populi ſanctitatem facientis cum decore; Dominus fortitudinem populo ſuo dabit, & gloriam

riam ſuam in habitaculo ſparget. Bonus es cunctis, Domine, & miſereris eorum, qui portantur ab utero, ac te honorant, & laudant.

ט טביאל השר טייב לעם קדושים כי הוא אל ארון על כל המעשים יודוך יהוה צדיקים וחסידיך מברכים את שמך הגדול והגבור בקדשה עורכים:

ט 9. *Tubiel Princeps*, benefac populo Sanctorum, quoniam ipſe eſt Deus Dominus ſuper omnes populos; juſti confitebuntur tibi, Domine, & Sancti tui benedicent nomini tuo magno, & forti, in ſanctitate præparantes.

י יהואל השר אמרי נעמך חיישר לפני מלך מלכי המלכים: השקיפה ממעון קדשך לעם אשר לך פורחים וברכים וכבוד מלכותך מאמירים ואתה מאבירנו גדולתך וגבורתך מהללים אדירנו:

י 10. *Jeoel Princeps*, eloquia tua jucunda diriges coram Rege Regum ſuper Reges. Reſpice de habitaculo ſanctitatis tuæ populum, qui tibi fructificat, & benedicit, & gloriam Regni tui exaltat; & tu exalta nos magnificentia tua, & laudabimus fortitudinem tuam, qui es fortis noſter.

כ כבריאל השר תן כבוד לאל עבורינו: גדול אדונינו מרשיעינו והוא יעזרינו להודיע לבני האדם וכבוד מלכותו: ברוך זכרו לדור דורים קדשתו:

כ 11. *Cavadiel Princeps*, da gloriam Deo propter nos. Contra magnum Dominum impie egimus, & ipſe auxiliatus eſt noſtri, ut notam faceret filiis hominum gloriam Regni ſui. Benedicta ſit memoria ejus in generationem generationum ſanctitatis ejus.

ל לראל השר בקש חן מפי המבורך לעדתו שומר הברית והחסר לשומרי אמונתו: מלכותך קיים לעולמי עולמים וממשלתך בכל דור ודור לעדי עד מקוימים:

ל 12. *Larael Princeps*, require gratiam ab ore ejus, qui benedicitur a cœtu ſuo, qui cuſtodit pactum, & miſericordiam cuſtodientibus fidem ejus. Regnum tuum firmum ſit in ſæcula ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione, & in ſæcula æternitatis confirmetur.

מ מלכיאל השר מלוך מלכנו מפי חי עולמים משיח צדקנו שלח כמה שלומים: סומך יהוה לנפלים וזוקף כפופים זקוף אוהביך טהורי לב בנקיון נופים:

מ 13. *Malachiel Princeps*, regna Rex noſter ex ore viventis in ſæcula; Meſſiam juſtitiam noſtram mitte ſocietatem retributionum. Domine, qui cadentes ſuſtentas, & incurvatos elevas, erige diligentes te, qui in corporis munditia ſunt mundi corde.

ס סמכיאל השר סמוך הנכשלים

Sa-

ובחפילתם רציפים עשה למען הרוגים
על שם קדשו ונשרפים: עיני כל
משברים אליך לבקש מזונות תתריף
להם חקם בכל עונות:

ס 14. *Samachiel Princeps*, ſuſtine eos, qui ſunt debiles, & in ſua oratione proſtrati; effice propter interfectos, & combuſtos ob nomen ſanctum ejus (*hoc eſt ob merita Martyrum, quos Hebræi falſo jactitant.*) Oculi omnium mercenariorum ad te reſpiciunt ad quærenda alimenta; ciba eos pane, qui illis congruit in omnibus iniquitatibus (*id eſt quamvis peccent.*)

ע עזריאל השר תעתר לפני שוכן
מעונות: שמעה תפילתנו יהוה והאזינה
סליחות בחונות: פותח יד ומשביע לכל
חי ברצון: ואתה קדוש יושב תהלות
קביץ נרוחי צאן:

ע 15. *Attariel Princeps*, ora coram Habitatore tabernaculorum. (*ita Deum vocant.*) Audi orationem noſtram, Domine, & auribus percipe obſecrationes cum gratia. Aperi manum, & ſatia omnes viventes in beneplacito. Et tu ſancte, qui habitas laudes, oves diſperſas congrega.

פ פתחיאל השר פתח ספרך וקרא
בו בפנימי וחיצון לזכות את ישראל
להושיעם מלחצון צדיק וחסיד וכל דרכיו
הנוים ותיק על כל מעשיו מהללים
ונאמנים:

פ 16. *Patachiel Princeps*, aperi librum tuum, & lege in eo intus & foris meritum Iſraelis ad ſalvandum eos ab oppreſſione, juſtum, & ſanctum, & omnes vias ejus convenientes, & dirige omnia opera ejus laudabilia, & fidelia.

צ צדקיאל השר צדק לעם רבונים
אמץ סניגורים וחליש קטיגורים שנונים:
קרוב יהוה לנשברי לב בכל קראי שמו
באמת: ייחוד הודו ואלהותו המתקיימת:

צ 17. *Tzadachiel Princeps*, juſtifica populum, robora advocatos, & debilita Accuſatores acutos. Propinquus eſt dominus contritis corde, omnibus invocantibus nomen ejus in veritate. Uniatur decor ejus, & divinitas ejus ſurgat.

ק קדושיאל השר קדש ישראל
בטהרה לעבדו באמת: באמת ברא
עולמו וקיימו באמת: רצון יריאיך תעשה
וחשמע שועתם תושיעם ושמרם האל
הנאמן מכל צרותם:

ק 18. *Keduſciel Princeps*, ſanctifica Iſraelem in puritate ad ſerviendum ei in veritate. In veritate creavit Mundum ſuum, & in veritate firmavit illum. Voluntatem timentium te facias, & audias eorum clamorem, liberes eos, & cuſtodias, Deus fidelis, ab omnibus eorum afflictionibus.

ר רויאל השר ראשית חכמתך
ויראתך בתורתם: רוי לי יהוה את כל
אוהביו אום משולשם: שומר יהוה את
כל אוהביו אום משולשה והרשעים
ישמיד כי ממך נפרשה:

Ra-

ת תמימיאל השר תמיד יהיה רצונו להצילנו משבר ואנחנו נברך יה מעתה ועד עולם ולעולמי עולמים: ורין עלינו לברך ולשבת כי בשמך אנחנו רשומים:

ת 21. *Themimiel Princeps*, jugiter ſit beneplacitum ejus ad liberandum nos a contritione, & nos benedicentes Deo ex nunc, & uſque in ſæculum, in ſæcula ſæculorum. Exultamus benedicentes, quoniam in nomine tuo ſignamur.

מ מיכאל שר של רחמים התפלל בעד ישראל לרר במרומים באור פני מלך יושב על כסא רחמים: אל מלך:

מ 22. *Michael Princeps Miſericordiarum ora pro Iſraele*, ut dominetur in excelſis in luce vultus Regis ſedentis ſuper ſolium miſerationum.

ר 19. *Raziel Princeps*, initium ſapientiæ tuæ, & timoris tui eſt in lege eorum. Arcanum meum mihi Deus cum omnibus diligentibus illum, qui ſunt gens triplex. Cuſtodit Dominus omnes diligentes eum, qui ſunt gens triplex. Et impios diſperget, quoniam a te diviſa eſt.

ש שמריאל השר שמור צאן המקדשה שומרי אמונך: שמור בשלושי קדשתך בשלשה תהלתך וקדשתך פינו ידבר: שם עלינו שלומך ותצילנו מהרה:

ש 20. *Sciamariel Princeps*, cuſtodi oves ſanctificatas cuſtodientes fidem tuam. Cuſtodi in Trinitate ſanctitatis tuæ in trina laude tua; & ſanctitatem tuam os noſtrum loquetur. Pone ſuper nos pacem tuam, & libera nos a morte.

LITANIARUM HEBRAICARUM FINIS.

Ex his Litanicis Precibus aperte colligitur, Sanctos Angelos ab Hebræis Sanctorum Spirituum nomine invocari, licet non omnes pro Sanctis Spiritibus habendi ſint, Martyrumque memoriam commendari, quodque admirationem non mediocrem affert, Angelorum cuſtodiam Sanctiſſimæ Trinitatis nomine oſtendi, ad quos Preces porriguntur verbis illis הִתְפַּלֵּל בְּעַד יִשְׂרָאֵל Ora pro Iſraele, *quæ omnino reſpondent iis, quæ apud Chriſtifideles uſurpantur*, Ora pro nobis.

Si Judæus forte mihi objiciat שְׁלוּשׁ *Scillus*, h. e. *Trinitatis* nomine in littera שׁ non eſſe intelligendam Trinitatem Chriſtianorum, quomodo ab eo me expediam, quidque reponam?

R. *Quæ tibi fortaſſe a Judæo de voce* שְׁלוּשׁ *objici poſſunt, ſatis ſcio, nimirum per eam Deum laudari, non autem Trinitatem Sanctiſſimam deſignari. Sed fruſtra ſe ex anguſtiis, in quas ſponte Hebræi veniunt, eripere conantur. Cur enim Triſagium etiam ipſum* Iſa. 6. 3. קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה צְבָאוֹת Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum *tanta ſuperſtitione cantillant, ut ſtantes, & pedibus æqualiter extenſis, calcaneiſque ſimul*

elevatis, erecto corpore ter in altum ſubſiliant? Profecto nulla alia trinæ huic repetitioni, ceremoniiſque ſignificatio ſubeſſe poteſt, quam Sanctiſſimæ Trinitatis in Unitate Eſſentia. Sed negent, ut libet, Judæi hæc, negare certe non poterunt Sacras Scripturas de Trinitate loquentes, & cæremonias fere omnes a Rabbinis ſub Trino nomine præceptas, quæ omnia plane evincunt, antiquis חֲכָמִים Sapientibus *Hebræorum lumen quoddam Sanctiſſimæ Trinitatis affulſiſſe.*

Si autem tu quæras, cur in Litaniis ſupra allatis Alphabetico ordine digeſtis omittatur littera נ Nun, *ſcito, ideo nomen Angeli a littera* נ Nun *incipientis de induſtria ab Hebræis relinqui, quia illa littera mali ominis Iſraeli eſſe exiſtimatur. Id vero ſibi perſuadent ex verbis illis* Amos 5. 1. נָפְלָה לֹא תוֹסִף Cecidit, non addet ſurgere. *Cæterum ex adhuc dictis plane infertur, etiam apud Judæos antiquis temporibus in more poſitum fuiſſe, ut Beatos Spiritus invocarent, uti Eccleſia Catholica ſemper aſſuevit, non vanos illos quidem, & ſuperſtitioſos, ut plerique ſunt ex recenſitis, ſed Sanctos Angelos, & Archangelos, Michaelem, Raphaelem, & Gabrielem, qui indigentibus opem, & auxilium ferant tamquam a Deo dilecti, &* λῃτουργικὰ πνεύματα, *εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν*, adminiſtratorii Spiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, *quemadmodum ait Apoſtolus ad Hebræos cap. 1. v. 14. Neque deſunt Sacrarum litterarum teſtimonia, quæ Sanctorum Angelorum invocationem probent.* Geneſeos *enim* cap. 48. v. 16. *hæc habentur:* הַמַּלְאָךְ הַגֹּאֵל אֹתִי מִכָּל־רָע יְבָרֵךְ אֶת־הַנְּעָרִים וגו Angelus, qui eruit me ab omni malo, benedicat pueris &c. *quos Angelos in auxilium vocatos pro Eccleſia coram Deo preces effundere colligitur ex* cap. 1. Zachariæ v. 12. וַיַּעַן מַלְאַךְ יְהוָה וַיֹּאמַר יְהוָה צְבָאוֹת עַד מָתַי אַתָּה לֹא תְרַחֵם אֶת־יְרוּשָׁלַיִם וְאֶת־עָרֵי יְהוּדָה אֲשֶׁר זָעַמְתָּה זֶה שִׁבְעִים שָׁנָה: Et reſpondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, uſquequo tu non miſereberis Jeruſalem, & urbium Juda, quibus iratus es? Iſte jam ſeptuageſimus annus eſt. *Adde, Angelos quotidie nos cuſtodire, & contra Diaboli nequitiam nos defendere, juxta illud* Pſalmi 90. מַלְאָכָיו יְצַוֶּה לָךְ לִשְׁמָרְךָ בְּכָל־דְּרָכֶיךָ Angelis ſuis mandabit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

DE CONFESSIONE HEBRÆORUM.

Dum hæ Litanicæ Hebræorum preces prælo committerentur, accidit, ut Vir quidam eximius, & maxima litterarum, omnigenæque eruditionis laude commendatus in zothecam meam ingrederetur, quicum dum colloquerer, paginam recens prælo committendam conſpicatus in manus ſumpſit, pauliſperque legens a me quæſivit, utrum umquam quidquam de

Vid-

וִדּוּי Viddùi, *h. e.* Confeſſione *ab Hebræis uſitata evulgaſſem, quam valde acceptam fore Philo-Hebræis conſtanter aſſeruit. Reſpondi, me de illa quamprimum edenda in quibuſdam Diſputationibus meis, quibus ſupremam manum jam impoſui, cogitaſſe. At ille:* cur non ſtatim? operæ pretium habebis, & pergratum Chriſtifidelibus omnibus facies. *Quid plura? eo me adegit humaniſſimis verbis ſuis, & rationibus, ut ei pollicerer, me, quod hortabatur, facturum. Itaque hac promiſſione me liberans, fidemque datam perſolvens, eam tibi, benigniſſime Lector, exhibeo.*

Licet autem Hebræi alii alia confitendi ratione pro regionum varietate utantur, Synagogæ tamen in Italia præſertim ſuæ peccatorum Confeſſionem וִדּוּי Viddùi *appellatam adhibent, quæ certis quibuſdam verbis, & ſententiis concepta eſt, a quibus recedere ne latum quidem unguem licet, tantaque reverentia ſtatutis temporibus editur, ut ad ſingulas voces a Deo peccatorum veniam expoſtulantes pectus contundant. Porro inter reliquas Preces* יוֹם הַכִּפּוּר Jom Hachippùr, *h. e.* Diei Expiationis *collocata eſt, ejuſque ſententiæ juxta ordinem Alphabeti Hebraici diſpoſitæ. Judæis ætate confirmatis, ac potiſſimum Italis, venia datur eadem die Expiationis quinque vicibus eam repetendi, nimirum in pervigilio diei Expiationis ad veſperas, noctis initio ejuſdem vigiliæ, horis matutinis diei Expiationis, in precatione dicta* מוּסָף Muſsàph *in jejunio Chippùr, tandem in Supplicatione vocata* עֲבוֹדָה לְמוּסָף צוֹם כִּפּוּר Avodà lemuſsàph tzom Chippùr.

Confeſſionis Initium cum Interpretatione Latina.

יְהִי רָצוֹן מִלְּפָנֶיךָ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וֵאלֹהֵי אֲבוֹתֵינוּ שֶׁתִּשְׁלַח וְתִמְחוֹל לָנוּ עַל כָּל עֲוֹנוֹתֵינוּ וּפְשָׁעֵינוּ וּתְכַפֵּר לָנוּ עַל כָּל חַטֹּאתֵינוּ:

Hoc eſt.

Sit beneplacitum coram te, Domine Deus noſter, & Deus Patrum noſtrorum, ut condones, & remittas nobis iniquitates noſtras, & prævaricationes noſtras, & propitius ſis omnibus peccatis noſtris.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ:
Peccatum, quod peccavimus coram te

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ בְּאוֹנֶס:
Peccatum, quod peccavimus coram te per violentiam.

בִּבְלִי דַעַת:
Per inſcitiam.

בְּגָלוּי:
Publice.

בְּרַעַת וּבְמִרְמָה:

Scite, & doloſe.

בְּהִרְהוּר הַלֵּב:

Cordis cogitatione.

בְּוִדּוּי פֶּה:

Oris confeſſione.

בְּזָדוֹן:

Superbia.

בְּחוֹזֶק יָד:

Manu violenta.

בְּטִמְאַת שְׂפָתַיִם:

Labiorum immunditia.

בְּיֵצֶר הָרָע:

Prava concupiſcentia.

בְּיוֹדְעִים:

In rebus notis.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ:

Peccatum, quod peccavimus coram te.

בְּלֹא יוֹדְעִים:

In ignotis.

בְּכַחַשׁ וּבְכָזָב:

In mendacio, & fallacia.

בְּלָשׁוֹן הָרָע:

Lingua maledica.

בְּמַרְאִית הָעַיִן:

Oculorum viſu.

בְּנֶשֶׁךְ וּבְמַרְבִּית:

Fœnore, & uſura.

בְּשִׂיחַ שְׂפָתוֹתֵינוּ:

In colloquio labiorum noſtrorum.

בְּעֵינַיִן רָמוּת:

Oculorum elatione.

בְּפִתְחוֹן פֶּה:

Oris apertione.

בְּצַעֲדֵי רַגְלַיִם:

Greſſibus pedum.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ:

Peccatum, quod peccavimus coram te.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ:

Peccatum, quod peccavimus coram te.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ:
Peccatum, quod peccavimus coram te.

בִּקְפִיצַת יָד:
Motu manuum.

בְּרָצוֹן:
Studioſe.

בִּשְׁגָגָה:
Ignoranter.

בְּתִמְהוֹן לֵבָב:
In ſtupore cordis.

עַל חֲטָאִים שֶׁאֲנַחְנוּ חַיָבִים עֲלֵיהֶם
Remitte nobis peccata, quorum rei ſumus,
& tenemur offerre Sacrificium

Pro reatu.	אָשָׁם
Pro peccato.	חַטָאת
Holocauſtum.	עוֹלָה
Oblationem.	קָרְבָּן

Et tenemur pœna

Mortis,	מִיתָה:
Abſciſſionis,	כָּרֵת:

מִיתָה בִידֵי שָׁמַיִם:
Mortis per manum Cœli.

אַרְבַּע מִיתוֹת בֵּית דִין:
Vel, quatuor generum mortis domus Judicii.

סְקִילָה: שְׂרִיפָה: הֶרֶג: וַחֲנֵק:
Id eſt, Lapidationis, Uſtionis, Cædis *capitis*, & Strangulationis.

וּמַלְקוּת אַרְבָּעִים מִצְוֹת עֲשֵׂה:
Flagellationis quadraginta (*plagarum*) omiſſionis Præceptorum affirmativorum.

וּמִצְוֹת לֹא תַעֲשֶׂה וכו׳
Et tranſgreſſionis Præceptorum negativorum.

CONFESSIONIS JUDÆORUM FINIS.

Hæc autem Judæorum Confeſſio ſolet vulgo appellari וִדּוּי הַגָּדוֹל Viddùi haggadòl, *h. e.* Confeſſio magna, generalis, *quia generalibus quibuſdam ſententiis conſtat, numquam-*

que

que immutatur, & ea religione, ne dicam ſuperſtitione a cuiuſcunque ætatis Judæis recitatur, ut ne voculam quidem ex ea ſponte omittant. Hinc fit, ut pueri, & puellæ omnino ſimplices, & rerum humanarum ignaræ de fœnore, uſura, reliquiſque delictis ſe accuſent, quæ non modo propter ætatem patrare non poſſunt, ſed ne cognitione quidem aſſequi.

Huic vero Judæorum Confeſſioni nulla omnino vis ſubjecta eſt. Ut enim Confeſſio vim ſuam obtineat, inter cætera requiritur, ſicuti cuilibet plane compertum eſt, eam eſſe diſtinctam, adeo ut peccata, & ſcelera ſecundum propriam ſpeciem ſingillatim peccator fateatur, & ea, quæ circumſtant, exprimat, v. g. ſacrilegia, adulteria, homicidia, furta, blaſphemias ſeorſim, & juxta numerum, licet clam, remotiſque arbitris a ſe patrata plane, nulliſque interpoſitis ambagibus Sacerdoti manifeſtet. Porro Confeſſionem peccatorum ſingillatim, & juxta ſpeciem edendam eſſe, auctoritate non ſolum recentiorum, ſed priſcorum etiam Rabbinorum poſſumus oſtendere. Ne tamen longo ſermone te morer, ſatis ſit hæc ex מְנוֹרַת הַמָּאוֹר Menoràth hammahòr Lucerna 5. Concl. 1. part. 1. cap. 4. *circa medium ad verbum translata afferre.* צריך לפרט את החטא לפני המקום כרגרסינן בפרק יום הכפורים: תניא: רבי יהודה בן בבא אומר אדם צריך לפרט את החטא שנאמר (שמות לב: לא) ויעשו להם אלהי זהב: *h. e.* Neceſſe eſt peculiariter, & in ſpecie confiteri peccatum coram Domino, ſicuti legimus in cap. 8. יוֹם הַכִּפּוּרִים Jom hachippurìm, *h. e.* diei Expiationum. Eſt traditio. R. Judà Ben Bavà dixit: homo debet in ſpecie confiteri peccatum, quia dicitur Exod. 32. v. 31. Et fecerunt ſibi Deos aureos. *Ex quibus plane licet colligere, quam vecordes Judæi ſint, qui Rabbinos ſuos maximi ſe facere gloriantur, ea autem, quæ ab ipſis rectæ rationi conſentanea præcipiuntur, vel non curant, vel re penitus contemnunt.*

E DIVERTICULO IN VIAM REDEAMUS.

תְּפִלָּא Phylacterium, frontale, manuale, membrana, quam oraturi Judæi fronti, & brachio ſiniſtro alligant. Exod. 39. 31. *Plur.* תְּפִלִּין phylacteria. תְּפִלָּה, *vel* תְּפִלָּא *apud Rabbinos præterea ſignificat* Precatorium, Oratorium. *Plur.* תְּפִלִּין Tephillìn *cum* ן *pro* ם *generis maſculini apud Hebræos ſunt lorum coriaceum duplex, ſeu duo ligamina, quæ oraturi fronti, & brachio alligant eo conſilio, ut Præceptorum Dei recordentur; quare recte* Precum monimenta *vocaveris. Hæc* Tephillìn *in Novo Teſtamento* φυλακτήρια, Phylacteria, conſervatoria *Legis appellantur, in Veteri* טֹטָפוֹת Totaphòt, *de quibus Evangeliſta Matthæus 23. 5.* πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν. Dilatant autem Phylacteria ſua, *per quæ a Chriſto Phariſæorum hypocriſis eſt patefacta. Ampliabant enim Phariſæi fimbrias, & adeo protrahebant, ut terram tangerent, hiſque qua-*

quaſi paludamento ornati prodibant in forum, geſtiebantque ab omnibus ſalutari, & vocari Rabbi. Tephillìn, *quę fronti alligantur, dicuntur* תְּפִלִּין שֶׁל רֹאשׁ Tephillìn capitis, *eorumque figura eſt corium quadratum cum quatuor lacunis, ſive* בַּיִת cellula, *quatuor* מִקְרָא *Scripturæ textus continente. Textus autem ſunt* קַדֶּשׁ־לִי כָּל־בְּכוֹר וגו Sanctifica mihi omne primogenitum &c. Exod. 13. v. 2. וְהָיָה כִּי־יְבִיאֲךָ יְהוָה אֶל־אֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי וגו Et erit, cum introduxerit te Dominus in regionem Chananæi &c. Exod. 13. v. 5. שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד וגו Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt. &c. Deuter. 6. v. 4. וְהָיָה אִם שָׁמֹעַ תִּשְׁמְעוּ אֶל־מִצְוֹתַי וגו Et erit ſi audiendo audieritis Præcepta mea &c. Deut. 11. v. 13. 14. & 15. *Hoc corium capiti imponunt, teguntque pileo, & duo lora, quibus corium nectitur, a parte anteriore capitis dependent. Quę vero ſiniſtro brachio alligantur, ut cordi proxima ſint, eadem materia, ac prima, conſtant, eoſdemque textus Biblicos complectuntur, vocanturque* תְּפִלִּין שֶׁל יָד Tephillìn manus; *in eo tamen a prioribus differunt, quia horum unicum lorum eſt nudo brachio alligandum, & digitis manus ſiniſtræ inſerendum, ut deorſum per eos pendeat.* תְּפִלִּין Tephillìn, *dum orant, Judæi adhibent ex Rabbinorum præcepto, licet ipſi ex* הֲלָכָה לְמֹשֶׁה מִסִּינַי Conſtitutione Moſis e monte Sinai *iis ſe uti glorientur. Cum his ornamentis Preces recitantes facile a Deo ſe exauditum iri ſibi perſuadent. De* Phylacteriis, *ſive* תְּפִלִּין Tephillìn *D. Hieronymus ad locum D. Matthæi ſupra citatum ait.* Dominus cum deciſſet mandata Legis per Moſem, ad extremum intulit. Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Et eſt ſenſus. Præcepta mea ſint in manu, ut opere compleantur: ſint ante oculos tuos, ut die, ac nocte mediteris in eis. Hoc Phariſæi male interpretantes ſcribebant in membranis Decalogum Moſis, id eſt, decem verba Legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quaſi coronam capiti facientes, ut ſemper ante oculos moverentur. Quod uſque hodie Indi, & Perſæ, & Babylonii faciunt: & qui hoc habuerit, quaſi religioſus in populis judicatur. *Nunc temporis in his membranis Decalogum Hebræi non deſcribunt, ſed alios Pentateuchi verſiculos, quos ſupra innuimus, a Majemonide indicatos in libro primo* יד cap. 1. הלכות תפלין n. 1. *Ad* תְּפִלִּין שֶׁל רֹאשׁ Tephillìn capitis *quatuor membranæ diſtinctæ adhibentur, in quibus loca Scripturę exarantur; ad* תְּפִלִּין יָד Tephillìn manus *vero una tantummodo membrana. Vide* ארח חיים Orach chajìm n. 32. v. 2. *In cęteris etiam Paragraphis multa ad* תְּפִלִּין Tephillìn *pertinentia invenies. De* תְּפִלִּין Tephillìn *plura tradunt Majemon,* שֻׁלְחָן עָרוּךְ Sulchàn Arùch, *& alii.*

Cęterum הַתְּפִלָּה precatio *multis nominibus ab Hebręis nuncupatur.* תְּפִלָּה precatio, צְעָקָה vociferatio, זְעָקָה clamor, פְּנִיעָה interceſſio, עֲמִידָה ſtatio, נְפִילָה caſus, *ſeu* proſtratio, רְנָנָה cantus, שִׁוְעָה exclamatio, תְּחִנָּה ſupplicatio.

פלם מְפוּלָם Forte, recens, humens, viride. Job 28. 3. *Plur.* מְפוּלָמִין fortes, recentes. Job 28. 3. *Vox Talmudicis uſitata.*

פּוֹלְמוֹס Bellum, exercitus. Job 5. 5. *Græce* πόλεμος. *Item* miles. *Plur.* פּוֹלְמוֹסִין bella: milites. Geneſ. 33. 15.

Præ-

פּוּלְמַרְכִין *Præfecti*, principes, duces exercitus. Hoſ. 14. 2.

פלס פִּילֵס, פִּילֵס Pondus, libra. 1. Sam. 30. 12. ſiclus. Ezech. 4. 10.

פלק פִּילַקְתָּא, פִּלַקְתָּא, פִּלַקְתָּא Concubina, pellex, pallaca. *Græce* παλλακή. Geneſ. 22. 24.

פמב פּוּמְבֵי, פּוּמְבֵי. *Græce* πομπή. Spectaculum, apparatus publicus, pompa. בְּפוּמְבֵי cum pompa, publice, palam, aperte. Job 5. 23. Pſal. 68. 6.

פמל פַּמִלְיָא, פָּמִלְיָא, פַּמִלְיָא Familia. Cant. 1. 15.

פנא פְּנֵי, פְּנָה Aſpicere, reſpicere, ſpectare. Geneſ. 24. 49. Deut. 29. 18. vertere, avertere, convertere ſe, divertere ſe, inclinare, declinare. Geneſ. 24. 63. *Ithpehal* אִתְפְּנֵי idem. Exod. 2. 12. 2. Sam. 1. 7. *Pahel* פַּנֵּי parare, præparare: everrere, purgare, expedire, amovere, removere. Levit. 14. 36. Iſa. 40. 3. Pſal. 80. 10. *Aphel* אַפְנֵי reſpicere. Nah. 2. 7. reſpicere facere; inclinare. Joſ. 24. 23. 1. Reg. 8. 58. declinare, declinare facere, abducere, removere. 2. Sam. 3. 27. 2. Sam. 6. 10. præparare. Iſa. 57. 14.

פַּנְיוּתָא Evacuatio, ejectio.

פַּנְיָא Veſpera: בְּפַנְיָא veſperi. Geneſ. 49. 27. *Eſt etiam fluvii nomen. In* יוחסין Juchasin *fol.* 75.

פָּנֵי Vacuus, vacans, immunis, otioſus. Deut. 24. 5.

פנך פּוּנְדָּקָא, פּוּנְדָּק Hoſpes, caupo: hoſpitium, diverſorium, caupona. *Plur.* פּוּנְדָּקָן hoſpites: hoſpitia.

פּוּנְדַּקְתָּא Idem. בָּתֵּי פּוּנְדַּקְתָּא hoſpitia. Geneſ. 42. 6.

פַּנְדִּירָא *Nomen proprium viri.* Eſth. 7. 10. *in Targùm ſecundo.*

פנט פַּנְטִירִי Jaſpis. Exod. 28. 20 pantherius, *lapis pretioſus. Scribitur etiam cum* ת.

פנך פַּנֵּךְ Saltare, ſubſilire: fremere, plaudere. Judic. 5. 22. Nah. 3. 2. *De equis proprie uſurpatur.*

פְּנוּכָא, פִּנּוּךְ Fremitus, plauſus: curſus equi, inſultus. Judic. 5. 22.

פנע פַּנַּע Diſſipare, conterere, diſpergere. Jerem. 23. 29.

פנק פַּנֵּק Delicate habere, *vel* nutrire. Iſa. 23. 4. oblectare. *Ithpahel* אִתְפַּנֵּק in deliciis eſſe, delicias agere, oblectare ſe. Eſth. 1. 4.

מְפַנַּק Tener, delicatus. Prov. 4. 3. *Fœm.* מְפַנַּקְתָּא, מְפַנָּקָא tenera, delicata. Deuter. 28. 56. Iſa. 47. 8.

פְּנוּקָא Oblectatio, deliciæ. Prov. 19. 10.

תַּפְנוּקִין Deliciæ, oblectationes. Iſa. 58. 11. Thren. 4. 5. *Conſtr.* תַּפְנוּקֵי Deliciæ. Prov. 29. 17.

פְּנָקְטִין Palatia: tabernacula. Pſal. 68. 30.

פִּנְקָס, פִּנְקֵס Tabula, tabella, codex, libellus: pugillares, codicilli: catalogus, index: atramentarium. Ezech. 9. 2. *Græce* πίναξ. *Plur. conſtr.* פִּנְקְסֵי tabulæ. Geneſ. 39. 11. *in Jonathane.*

פנת פַּנְתִּירִין Pantherius, jaſpis: pan-

panthera, *nomen bestiæ immanis*.

פְּסַג Dissecare, dividere, membratim, in frusta discindere, partiri. Genes. 15. 10. Exod. 29. 17.

פְּסַג, פִּסְגָא, פַּסְגָא, פְּסוּגָא Pars, frustum, membrum, segmentum. Genes. 15. 10. *Plur.* פִּסְגִין, פִּסְגַיָּא partes, segmenta. Genes. 15. 11. Levit. 1. 8.

פְּסַד Perdere, disperdere, absumere: absumi, consumi, deficere. Genes. 47. 16. Psal. 44. 3.

פְּסִידָא Damnum, jactura, corruptio. Exod. 22. 14. *in Jonathane*. רְוָחָא וּפְסִידָא Lucrum & damnum.

פסה פִּסְיוֹן, פִּסְיוֹנָא Extensio, expansio, diffusio.

פִּסְיָנִיתָא Idem. Levit. 13. 28. *in Jonathane*.

פִּסְיוֹנִין Coturnices: phasiani. Exod. 16. 13. Psal. 105. 4. *Aliquando* perdices.

פֶּסַח, פִּסְחָא Pascha, Phase, transitus. Cant. 1. 1. *Plur. emphat.* אִמְּרֵי פִּסְחַיָּא agni Paschales. 1. Sam. 15. 4. עֶרֶב פֶּסַח Vespera Paschæ, Parasceve Paschæ.

De Festo פֶּסַח Paschæ, *quod ab Hebræis celebratur quotannis Dei jussu decima quarta Luna, sive die decima quarta mensis Martii* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas vesperas *a singulis familiis agnum occidentibus, & assatum cum azymis, & lactucis agrestibus comedentibus, multa habes in meo Lexico Hebraico typis Seminarii Patavini edito* 1732. *pag.* 383. 384. 385. 386. *Eo autem consilio Deus, Festum* פֶּסַח Paschæ *Hebræos agere, voluit, ut in memoriam revocarent, Angelum Dei jussu nocte, qua post quadringentos, & triginta durissimæ servitutis annos ex Ægypto egressi sunt, domos Israelitarum sanguine signatas transiliisse, cum in reliquis omnibus Ægyptiorum primogenitos morte percuteret. Porro ut facilius Hebræi recordentur rituum tum olim usurpatorum, tum hoc tempore in Cœna Paschali adhibendorum, quatuordecim dictiones Rabbini excogitarunt, & ordinatim disposuerunt, quæ totidem ceremoniis servandis respondent, sequentibusque versiculis continentur, quarum vocum singularum explanationem locis suis in hoc Lexico invenies.*

4	3	2	1
יַחַץ	כַּרְפַּס	וּרְחַץ:	קַדֵּשׁ
Jachàtz	Carpàs.	Urchàtz	Kaddèsc
	7	6	5
מַצָּה:	מוֹצִיא	רָחְצָה:	מַגִּיד
.Matzà	Motzì.	Rochtzà	Maghìd
	10	9	8
עוֹרֵךְ:	שֻׁלְחָן	כּוֹרֵךְ:	מָרוֹר
.Horèch	Sulchàn	.Corèch	Maròr
14	13	12	11
נִרְצָה:	הַלֵּל	בָּרֵךְ:	צָפוּן
.Nirtzà	Hallèl.	Barèch	Tzaphùn.

Cæterum mulieres omnes in qualibet familia circa horam vigesimam secundam vesperæ Paschalis שֻׁלְחָן mensam *cæteris diebus festis magnificentius instruunt, eamque, ut Hebræi ajunt,* כְּפִי כֹחוֹ Chephì Cochò, *h. e.* pro viribus בַּכֵּלִים נָאִים Bachelìm Naìm, *h. e.* vasis perpulchris, *scilicet argenteis, ac magni pretii, si possideant, ornant. Cœnaculi parietes aulæis, & stragulis tegunt, sedesque circa mensam serico opertas disponunt, sellamque reclinatoriam in capite mensæ stromate, & pulvillo insignem collocant. Hoc autem pacto mensam onerant. Canistrum, vel fiscellam, vel patinam in ejus medio ponunt, quæ patina tres placentas azymas unam super aliam continet. Discum præterea agni armum, vel hœdi igne tostum exhibentem convivio exceptis apponunt in memoriam eductionis Hebræorum ex Ægypto*

בְּיָד הַחֲזָקָה in *manu* valida, *carnemque elixam in memoriam Sacrificii* חֲגִיגָה Chaghigà, *h. e.* festivitatis *diei decimi quarti. Ex Machazore Bononiensi in Tractatu de* פֶּסַח Pascha *addunt* pisciculos, ovum, ciceres tostos, & nuces. Pisces propter Leviathanem; Ovum obduratum propter Ziz avem immanis magnitudinis; Carnem propter Behemòth; Ciceres tostos, & Nuces propter pueros, ne dormiant. *Apponunt etiam* חֲרוֹסֶת Charòseth, *h. e.* Embamma musteum, *vulgo* Mostarda, *in vase, ut recordentur cæmenti Ægyptiaci, quod olim subigere jussu Pharaonis Hebræi coacti sunt, quod Embamma ex vase extrahentes in patina collocant, ut mensæ accumbentes in eo* מָרוֹר Maròr, *h. e.* herbas amaras *intingant. Olim etiam apponebant lactucam, vel intybum, vel sonchum, vel marrubium, vel hederam; hodie solummodo lactuca utuntur cum* כַּרְפַּס Carpàs, *h. e.* Apii *ramulo. Hæc omnia penes scutellam aceto plenam ponunt in canistro, vel fiscella recondita, mappaque munda operta coram Patrefamilias collocant. Ubi autem singulis discumbentibus cyathum vacuum apposuerunt, domi sedentes, & vacuæ viros suos, & domesticos e Synagoga redeuntes præstolantur. Porro* שֶׂה agnus *ad Festum Paschæ rite celebrandum necessarius anniculus ex* מִקְרָא Sacra Scriptura *esse debebat, sexusque masculini. Separabatur a reliquo grege, fulcroque lecti alligatus servabatur a die decimo Martii usque ad diem decimum quartum, ut* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas vesperas *juxta Sacrum codicem post peractum* תָּמִיד Sacrificium juge, *suffitum, & accensas lucernas mactaretur. Mactatio fiebat in atrio ab Israelitis, Levitis interim canentibus, Sacerdotibusque sanguinem excipientibus ad* יְסוֹד מִזְבֵּחַ *h. e.* basim Altaris *effundendum. Alio autem ritu in celebrando Pascha Judæi in Ægypto, alio in terra Chanaan, alio post dirutam, & deletam Hierosolymam usi sunt. Primum mactabatur* שֶׂה agnus *intra domesticos parietes, nihilque ex eo foras poterat asportari, solummodo ædium postes ejus sanguine aspergebantur: postea neque sanguis excipiebatur, neque ædium postes aspergebantur: demum temporis decursu vetitum omnibus Israelitis agni sanguinem excipere, solisque* כֹּהֲנִים Sacerdotibus *permissum, mactatione cuilibet sine discrimine concessa. Alia multa ad* פֶּסַח Pascha *pertinentia habebis in Tractatu* de Pascha, *qui alibi nunc cum aliis Tractatibus sub prælo est.*

פַּסֵּךְ Succidere. *Participium Pahel* כּוּבִּין מְפַסְּכִין spinæ succisæ. Isa. 33. 12.

פְּסַכְתְּרָוָתָא, פְּסַכְתֵּרָוָן Ollæ, lebetes. Exod. 33. 3.

פְּסַל Dolare, sculpere, exsculpere, cædere, excidere, incidere, effodere, perfodere. Exod. 34. 4. 1. Reg. 5. 18. *Ithpehal* אִתְפְּסַל sculpi, exsculpi. Isa. 51. 1. rejici, reprobari, repudiari, profanari, profanum haberi. Psal. 68. 16.

פְּסוּלָא Effossio, effossum. Isa. 51. 1. præcisio *in Regiis*.

פְּסִיל, פִּסּוּל, פָּסוּל Profanum, illegitimum, illicitum, ineptum, impurum, vitio laborans. Levit. 7. 8. & 19. 7. *Græce* ἀδόκιμος. וְיִשְׁתְּכַח קוּרְבָּנָךְ פְּסִיל Et inveniatur, fiat oblatio tua profana. פְּסוּלִים לִכְהוּנָה Illegitimi ad Sacerdotium. פְּסוּלִים שְׁבַכְּהוּנָה Profani, qui in Sacerdotio sunt. *Ita servi, & ex illegitimo concubitu nati, aliique infimæ sortis homines, & abjecti* פְּסוּלִים *appellantur, quia ab honestis muneribus veluti inepti, & indigni rejiciuntur. Voci* פָּסוּל *opponitur* כָּשֵׁר rectus, aptus, idoneus, legitimus.

פִּסְלָא Idem. Numer. 11. *in Jonathane*.

Item

Item ſculptile, Idolum. Cant. 2. 15.

מִפְסָלָא Idem. Levit. 20. 25. *Melius leges* מִפַּסְלָא. *in Jonathane.*

פְּסוֹלָא Scoria, *rejectitium*, & *reprobum argenti*. Jerem. 6. 30. *Plur.* פְּסוֹלִין, פְּסוֹלַיָּא ſcoriæ. Pſal. 119. 119.

מַפְסָלָא, מַפְסֶלֶת Securis, bipennis. Pſal. 74. 6.

פסן פְּסַנְטֵרִין, פְּסַנְתֵּרִין Pſalteria, inſtrumenta muſica. Dan. 3. 7.

פסס Polluere ſe, pollui, inquinari. Hoſ. 4. 8. *Aphel* אַפֵּס irritum facere, violare, profanare. Iſa. 47. 6. Pſal. 53. 1. *Ex Ithpahel Participium* הוּא מִתַּפֵּס ipſe profanatur. Job 15. 21.

מַפֵּס Profanus. *Fœmin.* מַפְּסָה profana. Levit. 21. 7.

פַּס, פַּסָּא, פִּסָּא Pars, particula, fruſtum, minutum, gleba. Dan. 5. 5. *Conſtr.* פְּסַת יְדָא particula manus, *ſc.* vola, palma. 1. Reg. 18. 44. *Plur. conſtr.* פַּסֵּי particulæ. 1. Sam. 13. 18. *Fœmin.* פַּסָּן, פִּסָּן partes. 1. Reg. 5. 4.

פסע Gradi, ingredi, incedere, incedendo labi, & impingere. 2. Sam. 20. 8.

פִּסְעָא, פִּסְעָא Paſſus, greſſus, inceſſus, ingreſſus. 1. Sam. 20. 3. *Plur.* פִּסְיָן, פִּסְיָת. Jerem. 8. 16.

פִּסְיוּת Idem. Jerem. 8. 16.

מִפְסוּעִית Idem. Jerem. 47. 3.

פסף *Vide in* פסק.

פסק Rumpere, abrumpere, diſcindere, abſcindere, præſcindere, præcidere, ſuccidere. Judic. 16. 9. abſcindi, exſcindi, diſcindi, conſumi. Job 7. 9. ceſſare, deſinere, deſiſtere, abſtinere, cohiberi. Prov. 17. 13. Numer. 11. 33. Job 14. 6. ſtatuere, conſtituere, decernere. *Ithpehal* אִתְפְּסַק rumpi, diſrumpi, abrumpi, abſcindi, amputari. Iſa. 33. 23. Nahum. 2. 6. *Aphel* אַפְסִיק ceſſare facere, abolere, abſcindere, abrumpere. Nah. 1. 13. Iſa. 53. 3.

פְּסִיק Conciſus, mutilus membris. Levit. 22. 22.

פְּסִיקָא Faſciæ crurum: ventralia mulierum, cinguhum ventris. Iſa. 30. 34. Numer. 25. 1.

פעא Clamare, vociferari. Pſal. 19. 3. balare. Eſth. 1. 2. *in Targùm ſecundo.*

פעל Operari. *Hebraice.* פּוֹעֵל, פּוֹעֲלָא agens, efficiens, opifex, operarius.

פעע *Pahel geminat.* פַּעְפַּע Lucere, ſplendere, rutilare. Job 10. 22.

פַּעְפּוּעָא Lux, ſplendor. Job 11. 17.

פער Aperire, ſolvere, laxare ventrem: retegere, nudare. Numer. 25. 1. *in Jonathane.*

פְּעוֹר Pehòr. *Nomen Idoli Moabitarum, de quo mentio Numer. 25. v. 18. Eſt etiam nomen montis. Numer. 23. v. 28. Fuit itaque* פְּעוֹר, *ſive* בַּעַל פְּעוֹר Beelphegor *Deus a Moabitis cultus, ita dictus vel ab ore hianti, quod a cultoribus ſuis oſcula acciperet: vel ab apertione, & nuditate, quod obſcœnos homines, & turpitudini addictos tueri*

crederetur. Certe D. Hieronymus, & Isidorus sentiunt, בַּעַל פְּעוֹר Beelphegor *fuisse eumdem Deum apud Moabitas, ac fuit Priapus apud Romanos. Itaque plerique contendunt, hoc Idolum a Moabitis comessationibus, & qualibet effræni libidine fuisse cultum, ac propterea Mosem dixisse:* Cæpit populus scortari cum filiabus Moabitarum; *videlicet, cæpit populus Moabitarum Idolis cultum, & reverentiam scortationibus exhibere. Alius tamen videtur ex Psalmista fuisse cultus huic Idolo præstitus Psal.* 106. Copulaverunt secum Idolo Pehoris, & זִבְחֵי מֵתִים sacrificia mortuorum comederunt. *Nimirum sacrificia, quæ a Moabitis illi offerebantur, fuerunt inferiæ in memoriam defunctorum peractæ.*

פַּפַּר פִּיפִּירְיָא Vasa texta instar corbium: cophini papyracei. Deut. 26. 3. *in Targum Jonathanis.*

פִּיפִּיר, פַּפָּיר, *& in numero plurali* פִּיפִּירוֹת, *& cum* א *servili* אַפִּיפִּירוֹת Papyrus, *sive* papyrum. *Est arbuscula in locis palustribus Ægypti frequentissima, cujus cortex in tenuissimembranas solvebatur, chartæque usum supplebat, & ad alia multa adhibebatur. De hac arbore mentionem facit Plinius lib.* 13. *cap.* 11. *Ex hoc eodem cortice antiquitus apud Hebræos tegumenta conficiebantur, quibus mortui involuti sepulcro mandabantur, ut colligitur ex* בראשית רבא Bereschith Rabbà *sect.* 23. לְבוּשִׁים כְּלֵי פַּפָּיר Vestiuntur veste papyracea. *Alii volunt, herbæ speciem fuisse, quam usurpabant vestibus præstantioribus texendis. In Tractatu autem* כלים Kelim *cap.* 17. *dicitur, ex hac arbore facta fuisse vasa instar corbium, quibus in vineis utebantur.*

פִּיפְיוֹר, פִּיפְיוּרָא Papa, Pontifex Romanus: נָקִיט נוּרָא קָמֵי פִּיפְיוּרָא Accipit lucem, *sive* facem portans coram Papa. *In* עין Avodà zarà *fol.* 11. *Dicitur etiam* אַפִּפְיוֹר.

פצא, פְּצָה Aperire. Job 35. 16. liberare, eripere, eruere. Psal. 82. 10. Job 5. 19. *Pahel* פַּצֵּי idem. Psal. 81. 8. Prov. 10. 2. *Aphel* אַפְצֵי idem. Proverb. 12. 6. *Ithpehal* אִתְפַּצֵי, *vel Ithpahel* אִתְפַּצֵי liberari, eripi, eripere se. Psal. 33. 16. Prov. 6. 3.

פִּיצָתָא, פִּיצָתָא Sors, *ita dicta, quia dubium aperit, & liberat litigantes, rixantesque a controversia. Item* liberatio, ereptio. Prov. 16. 13.

פַּצִּין Folia, *pro* פַּצִּימִין. Jerem. 36. 22.

פצר, פְּצִירָא, פִּצִּיר, & פַּצִּיד, פַּצִּירָא Fovea, puteus, fossa, lacuna: rivus, alveus aquarum. Jerem. 30. 14. *Plur.* פַּצִּירַיָּא, & פִּצִּירִין, פַּצִּירִין Fossæ, rivi. 2. Reg. 3. 16. Isa. 31. 12. firmitates, validitates, laminæ firmæ. Job 40. 13.

פצח *Hebraice.* Fragorem, sonum edere, personare. Isa. 14. 7.

פְּצַח, פִּצִּיחַ Clarum, nitidum: candens, scintillans, serenum. Isa. 18. 4.

פַּצִּיחָא, פַּצְחָא Villa, pagus, vicus. *Plur.* פַּצְחִין, & פַּצִּיחִין, פַּצִּיחַיָּא villæ, pagi. Numer. 13. 20. Deuter. 3. 5.

Pa-

פַּצִּיחָאֵי Pagani, villici. Esth. 9. 19.

פְּצִיחִין Variegati, notis, punctis, maculis distincti, & notati, maculosi. Genes. 31. 10. 12. Zach. 6. 3.

פַּצֵּם *Pahel*. Diffringere, perfringere, discindere. Jerem. 22. 14.

פַּצִּים, פַּצִּימָא Folium, pagina libri. *Plur.* פַּצִּימִין paginæ. Jerem. 36. 23. *Emphat.* פַּצִּימֵי, פַּצִּימַיָּא folia, paginæ libri. *Locus Jerem. 36. 23. censetur legendus ab Elia hoc modo,* כַּד קְרֵי יְהוּדִי תְּלַת פַּצִּימִין Cum legisset Jehudi tres paginas, *Hebraice* דַּלְתוֹת ostia, *quia libri pagina est veluti janua, & ostium ejusdem. In libris impressis legitur* פַּצִּין. *Consule Eliam in* פץ, & פצם. *In alio Targum illa lectio confirmatur.* הֲוָה מְהַפֵּךְ יַת פַּצִּימֵי סִפְרָא וְלָא הֲוָה צָוֵי לְמִקְרֵי: Vertit folia libri, sed non voluit legere. Esth. 6. 1. *in Targum secundo.* וְאִתְגּוֹלַלוּ פַּצִּימַיָּא מֵאוֹלֵיהֶם Et circumvoluta sunt folia a seipsis. וַהֲווֹ מִתְקְרִין מִלַּיָּא מִן גּוֹ פַּצִּימַיָּא Et fuerunt lecta verba ista e medio foliorum. *Ibidem.*

Est etiam פַּצִּים *per Synecdochen* postis januæ. *Etenim janua, ostium, & illa parietis concavitas, quæ continet januam, ita dicitur, quasi parietis ruptura.* בַּיִת שֶׁאֵין לוֹ אֶלָּא פַּצִּים אֶחָד Domus, cui non est, nisi postis unus.

פָּצַע Vulnerare, contundere, disrumpere, comprimere, findere. Judic. 5. 26. Genes. 22. 3. *in Jonathane. Rabbinis* נִפְצַע comprimi, contundi. *Apud Talmudicos* הִפְצִיעַ bifurcatum, bifidum reddere, findere se. *In* יומא Jomà *fol.* 28. *h. e.* תימור של חמה מפציע לכאן ולכאן Columna fumi Solis findebat se hinc & illinc. *In* בכורות Becoròth fol. 38. של הללו מפציע לכאן ולכאן *h. e.* Istorum autem suffitus findebat se hinc, & illinc. *Alludit ad fumum suffitus, qui Hierosolymis conficiebatur, faciebatque columnam fumi, quæ sursum ascendebat, rectam, & altam, quæ propterea vocabatur* תְּמָרָה palma, *ab altitudine, & proceritate palmæ. Alexandrini hujusmodi suffitum parare nesciebant, qui rectam sursum columnam emitteret. Quare ex fumo suffitus ipsorum columna bifida oriebatur, hinc inde in duas partes fumo se dividente.*

פְּצִיעָה Compressio, contusio. בכלל רישה Compressio est species trituralionis.

פַּצָּעִילֵי תְּמָרָה Dactyli immaturi. Dactyli immaturi palmæ.

פְּצַר Instare: repugnare, resistere.

פָּקַד Præcipere, mandare, jubere: constituere, ordinare. *Forma Kal fere in Talmud inusitata est. Pahel* פַּקֵּד idem. Genes. 28. 1. Deuter. 6. 25. *Item* commendare aliquem, litteras commendatitias scribere. *Aphel* אַפְקִיד Idem. Amos 9. 3. *Ithpehal* אִתְפַּקֵּד, *vel Ithpahel* אִתְפְּקַד præcipi, mandari, juberi. Num. 3. 16. Isa. 28. 9. committi, deponi. Levit. 6. 4.

פִּקּוּדָא, פִּקּוּר Præceptum, mandatum, jus-

juſſum. Pſal. 19. 9. *Plur.* פִּקּוּדִין, פִּקּוּדַיָּא præcepta. Pſal. 19. 9. *Rabbini volunt, ex Pentateucho, ſive quinque libris a Moſe exaratis elici* מִצְוֹת præcepta *numero* 613. *Chaldaico nomine vocantur* פִּקּוּדַיָּא, *de quibus in Targùm mentio fit.* Ruth. 1. 16.

פּוּקְדָנָא, פִּיקְדָנָא Idem. Prov. 6. 23. *Item* commiſſum, depoſitum. Levit. 5. 21. 23.

פִּקְדָן Idem. Eſth. 1. 15. *in Targùm ſecundo.*

תַּפְקִידְתָּא, תַּפְקִידְתָּא, פִּקְדְתָּא Idem. Deut. 6. 1. 2. Reg. 17. 34.

פְּקִידָה Viſitatio, ſcrutatio, exploratio, inquiſitio. *Rabbinis idem ac* בְּדִיקָה.

תַּפְקִידָה Idem.

הֶפְקֵר Defectus. *Vox Rabbinica.*

פָּקַח Aperire. *Proprie uſurpatur de oculis, improprie de aliis rebus.* Job 14. 3. & 27. 19. *Pahel* פַּקֵּחַ idem. *Item* disjicere, diſſolvere. Eccleſ. 3. 5. *Ex Ithpehal Participium* כְּמִתְפַּקֵּחַ מִן חַמְרָא ſicuti qui aperitur, expergiſcitur, vigilat a vino. Pſal. 78. 65.

פַּקֵּחַ *Rabbinis* curare, curam habere, ſollicitum eſſe.

פִּקֵּחַ, & פִּיקֵּחַ Sagax, prudens, induſtrius, ſollicitus, *cui opponitur* טִפֵּשׁ bardus, ſtultus, inſipiens, fatuus. *Plur.* פִּקֵּחִין prudentes. מֶלֶךְ פִּיקֵּחַ Rex prudens. מֶלֶךְ טִיפֵּשׁ Rex imprudens, fatuus, ſtultus. פִּקֵּחַ *opponitur etiam* חֵרֵשׁ ſurdo; *quare tunc ſignificat* eum, qui bene audit. שְׁנֵי אַחִין אֶחָד פִּקֵּחַ וְאֶחָד חֵרֵשׁ Duo fratres, quorum alter audiens, alter ſurdus. *Fœminum* פִּקַּחַת loquax, *vel* audiens, *cui opponitur* חֵרֶשֶׁת ſurda, *vel* muta: *ut* חֵרֵשׁ שֶׁנָּשָׂא פִּקַּחַת וּפִקֵּחַ שֶׁנָּשָׂא חֵרֶשֶׁת Surdus, *vel* mutus, qui ducit audientem, *vel* loquacem, & audiens, qui ducit ſurdam, *vel* mutam.

פקט, פְּקָטִין Fæces, amurcæ, fraces. Pſal. 75. 9. *Apud Rabbinos* שֶׁמֶן מְזוּקָּק בְּלֹא פְּקָטִים Oleum purificatum ſine fæcibus. *Ex Gloſſa* פקטין פסולת הנרעינין הצפין על פני שמן *PeKatìn* eſt vitioſitas quædam granorum natantium in ſuperficie olei. *Hinc* פְּקָטִים *diſtinguuntur a* שְׁמָרִים fæcibus, *vel* amurca. *Quare* הרי לוקח מקבל עליו לוג ומחצה שמרים בלא פקטים *h. e.* Nam accipiens, emens (*vas olei*) ſuſcipit in ſe logum cum dimidio fæcum ſine fracibus. *In Metzià fol.* 40. *Aruch vertit* turbidum ſupra fæces. שמא יתנו שמן פקטים בקנרילים וילקלקו את הסעורה Forte indent oleum fæculentum in candelas, & turbabunt convivium. *In Medràs* Eſth. cap. 1. v. 3.

פקל פּוֹקְלִין Culmi; calami. Exod. 9. 31. *in Targùm Jonathanis.*

פָּקַם Pectere, ordinare, diſcernere capillos. Geneſ. 6. 2. *Simile eſt Græco* πείκω, πέξω.

פְּקוֹס *Nomen proprium loci, reſpondens Hebræo* חֲנַנְאֵל Jerem. 31. 38. Zach. 14. 10. *Hoc nomine appellabatur porta urbis Jeruſalem, cujus etiam meminit* Nehem. 3. 1.

פָּקַע Circumire. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo. Pahel* פַּקֵּעַ circumcum-

cumagere, circumire, & *Hiphil* הִפְקִיעַ Conglomerare, circumagere: מְפַקַּע בְּמַנְנְנִין circumagens rotis. *Ibidem*. *Ex Elia in Meturgemàn ista sunt* לשון היקף וסיבוב significationis circuitus, *h. e.* significant circumagere, & circumire.

פִּקְעֵי, פִּקְעִין Colocynthides. פִּקְעֵי חַקְלָא colocynthides agrestes. 2. Reg. 4. 39.

פקק *Ithpahel*. אִתְפַּקֵּק Claudi, obturari, obmutescere. Psal. 31. 19. *Ex forma geminata* אִתְפַּקְפֵּק fodi, perfodi, perforari. Job 30. 17. *In* ברכות Beracòth *fol.* 28. המתפלל צריך שיכרע עד שיתפקקו כל חוליות שבשדרה *h. e.* Qui precatur, opus est, ut se incurvet tantum, usque dum obstruantur omnes ejus vertebræ, quæ sunt in spina dorsi. *Nimirum debent prominere, & conspici; idque fit extrinsecus ipsarum quasi resolutione, & intrinsecus ipsarum obstructione.*

פָּקַר Schismaticum, Hæreticum, Sectarium esse, errare in doctrina, doctrinam erroneam propagare. *Derivatur hoc Verbum a nomine* ἐπίκουρος, אפיקורוס, *adhibita littera* א *quasi servili, aut formativa. Hinc* וְיֵשׁ פּוֹקְרִים Quidam errant, erronee docent. *R. Salomon* Jos. 7. 14. פּוֹקְרִין הַמִּינִין Errant Hæretici, falso docent Hæretici. לִתְשׁוּבַת הַמִּינִים שֶׁפָּקְרוּ בוֹ Ad responsionem Hæreticorum, qui errant in eo. Psal. 21. *in R. Salomone*. אוּמָּה מוּפְקֶרֶת Populus hæreticus. *Sic etiam in Hithpahel* הִתְפַּקֵּר præfracte, stolide agere, despicere, calumniari aliquem, *ut in Hithpehal* הִתְפְּקַר, *ut* שֶׁמִּתְפַּקֵּר אֶת־הַתּוֹרָה Qui arroganter despicit Legem. *Aphel* אַפְקַר Liberum, commune facere, exponere, prostituere. Exod. 23. 11. *in Jonathane*. *Rabbini frequenter usurpant, sed tantummodo in Conjugatione Hiphil* הִפְקִיר: *ut* הִפְקִירוּ בְּנוֹתֵיהֶן לְזָנוֹת Prostituerunt, communes fecerunt filias suas ad scortationem. Numer. 25. 18. *in R. Salomone*. *Hophal* הוּפְקַר prostitui, commune fieri. מָקוֹם מוּפְקָר locus communis, publicus, liber omnibus.

הֶפְקֵר Commune, liberum, publicum omnibus. נְשֵׁי הַכּוּשִׁים הֶפְקֵר וְאֵין אִישׁ יוֹדֵעַ מִי אָבִיו Uxores Æthiopum communes sunt, nec quisquam scit, quis pater suus sit. *Aben Ezrà* Amos 9. 7. אַרְעָא דְרַבָּנָן הֶפְקֵר לְתַלְמִידִים Ager Magistrorum debet esse communis discipulis, *videlicet Schola, & doctrina ipsorum discipulis semper patere debet*. *Fœmin.* אֶפְקְרָא libera. Deuter. 25. 5.

אַפְקְרָסוּת Negotium. Deuter. 1. 12. *in Jonathane*.

פִּקְרֵס Indusium, interula.

פַּר Juvencus, vitulus. Exod. 29. 1. Levit. 16. 3.

פָּרָה Juvenca, vacca. Num. 19. 2. *Hæc* פָּרָה vacca *a Sacerdotibus comburebatur, ut ejus cineribus cum aqua mistis eorum immundities tolleretur, qui cadaver aliquod tetigerant. Vacca hæc rufa esse debebat, sine macula, nulloque vitio laborans, jugi expers, & ære publico empta. Sacerdos ei comburendæ electus a domesticis per septem dies*

se

se separabat, quibus transactis vaccam deducebat in conclave lapidis בֵּית אֶבֶן *dictum per* כֶּבֶשׁ *sc.* clivum *fornicibus innixum ad evitandam pollutionem montis Oliveti, ubi eam rogo imponebat, atque mactabat. Deinde digito ejus sanguinem exceptum septies Occidentem versus spargebat. Auctores variant in cinerum usu assignando, licet consentiant, eos in tres partes fuisse divisos. Volunt enim alii, partem primam in monte Oliveto fuisse repositam, ut aliis vaccis consecrandis adhiberetur; partem alteram extra Templi atrium fuisse collocatam ad eos expiandos, qui immunditiam ex cadaveris alicujus contactu contraxerant; tertiam in* חֵיל antemurali *servatam ad vaccæ combustæ memoriam. Alii vero contendunt, partem priorem in monte Oliveto inserviisse populi adspersioni a quolibet viro puro faciendæ, quamvis Sacerdos non esset; alteram partem in Templum delatam Sacerdotibus usui fuisse; tertiam denique in* חֵיל antemurali *asservatam in memoriam adustionis.*

פָּרַג Mutare, commutare, permutare. Genes. 48. 14. Psal. 106. 20.

פֶּרוּג Commutatio, permutatio, pretium. Job 15. 31. *Plur.* פְּרוּגִין, פְּרוּגֵי commutationes, pretia. Psal. 44. 13.

פַּרְגּוֹד, **פַּרְגּוֹדָא** Velum, cortina, aulæum. Exod. 26. 31. toga, tunica. Genes. 37. 32. *Apud Rabbinos* מֵאֲחוֹרֵי הַפַּרְגּוֹד post velum, *h. e.* secreto, clam, in abscondito. כְּבָר שָׁמַעְתִּי מֵאֲחוֹרֵי הַפַּרְגּוֹד Jam audivi post velum; *nimirum* secreto audivi.

פַּרְגּוֹתָא *Vide in* פרג.

פַּרְגְּמַטְיָא Negotiatio, mercatura. *Reperitur etiam scriptum in medio cum* ק. Genes. 42. 34. Eccles. 5. 9.

פָּרַד Separare, abstrahere, disjungere, solvere. Prov. 4. 16. *Aphel* אַפְרֵד idem. Prov. 7. 10. *Ithpehal* אִתְפְּרַד disjungi, disjungere se. Job 41. 8.

נִפְרָד Separatum, abstractum, individuum, singulare. *Grammaticis* שֵׁם נִפְרָד Nomen singulare, *vel* numeri singularis. *Item* nomen absolutum, *h. e.* in forma absoluta positum, *extra constructionem*. *Hinc* נִפְרַד, & הִתְפָּרֵד separari, *h. e.* in numerum separatum, *vel* singularem deduci. *Sic Abèn Ezrà in libro* מאזני Statera Linguæ Sanctæ *sect.* הרבים, & Levit. 21. 8. *ad vocem* בִּבְתוּלֶיהָ *scribit:* יֵשׁ שֵׁמוֹת בִּלְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ שֶׁלֹּא יִתְפָּרְדוּ לְעוֹלָם כְּמוֹ נְעוּרִים וְזִקוּנִים וְגוֹ *h. e.* Sunt Nomina in Lingua Sancta, quæ non separantur (*h. e. separatim, singillatim non usurpantur, non habent numerum singularem*) in perpetuum, veluti נְעוּרִים adolescentia, זְקוּנִים senectus, פָּנִים vultus, & alia. שֵׂכֶל הַנִּפְרָד Intelligentia abstracta. *Plur.* שִׂכְלִים הַנִּפְרָדִים Intelligentiæ abstractæ, *nimirum* a corpore, *quemadmodum Deum, & Angelos Hebræi solent appellare.*

פְּרִידָא Lapis, lapillus, scrupus, arenula. Thren. 5. 5. *Plur.* פְּרִידָן lapides. Thren. 3. 16.

פְּרִידְתָּא Separata, separans se, rebellis, obstrepens, vaga. Prov. 7. 11. & 9. 13.

Pa-

פַּרְדֵּס Paradiſus, hortus, pomarium. *Græce* παράδεισος. *Plur.* פַּרְדֵּסִין horti. Eccleſ. 2. 5. *Conſtr.* פַּרְדְּסֵי horti, pomaria. *Emphat.* פַּרְדְּסָיָא Geneſ. 14. 2. *Cum aff.* חֲמוֹן יַת אִילָנֵי פַּרְדְּסֵיהוֹן Viderunt arbores hortorum ipſorum. Job 2. 11. *Rabbini uſurpant pluralem numerum in genere fœminino* שׁוֹמְרֵי גַּנּוֹת וּפַרְדְּסוֹת Cuſtodes hortorum, & pomariorum. *Significat etiam* פַּרְדֵּס Paradiſum, *ſeu* locum beatorum in Cœlis, *quemadmodum uſurpatur in* חגיגה Chagigà *fol.* 14. אַרְבָּעָה נִכְנְסוּ לְפַרְדֵּס Quatuor ingreſſi ſunt in Paradiſum, *ſcilicet* עַל יְדֵי שֵׁם per manus Dei.

פַּרְדְּסִי Hortenſis. *Ejus oppoſitum* מְדַבְּרִי Sylveſtris.

פְּרוֹדְתַּקְיוֹן Exemplar litterarum, epiſtola: edictum, mandatum. Eſth. 6. 10. *in Targum ſecundo. Idem ac* פַּרְטַנְמָא, *vel* פְּרוֹטַנְמָא *Græce* προστυγμα, *juxta nonnullos. Plur.* פְּרוֹתְקִינָן exemplaria, epiſtolæ. *Ibidem.*

פָּרָה Fructuoſum eſſe, fructum edere, fructum proferre, fructificare, fœtificare. Geneſ. 1. 22. Deuter. 29. 18.

פִּרְיָא, פֵּירָא Fructus. *Plur.* פֵּירִין, פֵּירֵי.

פְּרִיָה Fructificatio, ſoboles, productio, fructus, fœtificatio, fœtus. *Plerumque Rabbini cum hac dictione conjungunt* רְבִיָה multiplicatio, *quæ duæ voces ex illo Geneſeos ſumptæ ſunt* פְּרוּ וּרְבוּ creſcite, & multiplicamini. *Multa de hoc præcepto apud Hebræos extant, voluntque, ſingulos teneri ad producendos ſuæ ſtirpis fructus, per vinculum tamen legitimi Conjugii, eumque, qui ſecus facit, inſtar homicidæ haberi. Hinc illud in* יבמות Jevammòth *fol.* 63. כָּל־יְהוּדִי שֶׁאֵין עוֹסֵק בְּפְרִיָה וּרְבִיָה כְּאִילּוּ שׁוֹפֵךְ דָּמִים *h. e.* Quicumque Judæus non dat operam liberorum fructificationi, & multiplicationi, perinde eſt, ac ſi effunderet ſanguinem, ſicut dicitur: *Effundens ſanguinem &c.* Geneſ. 9. 6.

HEBRÆORUM MATRIMONIUM.

Cum de legitimo Hebræorum Conjugio, ac Matrimonio mentio injecta ſit, placet hoc in loco nonnulla de ipſorum nuptiis ſubjicere. Solent itaque Hebræi ut plurimum die שבת Sabbati *nuptias ſuas celebrare læta omina futuræ prolis inde capientes. In iiſdem celebrandis vetitum Judæis ipſis inſtrumenta muſica pulſare, conceſſum tamen Chriſtifidelium opera ad edendum ſonum uti. Licet autem vulgo Matrimonii confirmatio juxta Rabbinorum præſcriptum ſub dio fieri ſoleat, ego tamen intra domeſticos parietes ſequenti ritu quondam peractam vidi. Cum Tabernaculum quoddam admodum pulcrum in media aula textilibus ſtragulis, magnificis operibus pictis ornata erectum eſſet, ex utraque parte fœminæ Hebrææ frequentes per circuitum aſſidebant, quibus promiſcua populi multitudo curioſitatis ergo erat circumfuſa. Sponſa inter reliquas ſpecie, & pulcritudine inſignis velo ferme ad*

talos obducta, vestibusque nuptialibus amicta cum Rabbino togato ejus lateri hærente sub Tabernaculum venit, quam non longo intervallo secutus est Sponsus Sabbatinis vestibus indutus, pallio ex vellere bombycino super injecto. Ibi postquam stantes cyathum vini invicem delibarunt, cyatho parieti illiso, cum בְּתוּלָה Betulà, *h. e.* Virgo *esset (secus in terram projicitur, si sit* אַלְמָנָה Almanà, *h. e.* Vidua) *& utroque faciem obvertente meridiem versus, Sponsa ter circum Sponsum a Rabbino ducta est, quam statim sibi a Rabbino traditam, manuque apprehensam Sponsus per totam aulam semel deduxit, Judæis omnibus, qui aderant, interea benedictionis ergo in ipsos frumentum conjicientibus, elataque voce verba illa Geneseos repetentibus* פְּרוּ וּרְבוּ Crescite, & multiplicamini. *His peractis, Rabbinus utriusque manum conjunxit, & a Sponso annulum accepit coram duobus testibus ad id advocatis, quem Sponsus Sponsæ digito indens ait:* Ecce annulo hoc mihi desponsata es secundum ritum Mosis, & Israelis. *Ubi annulo Sponsa est induta, & coram aliis duobus testibus dotis instrumentum lectum, nuptiæ per septem continuos dies ad exemplum Labanis, & Sampsonis celebrantur. Hujusmodi est ritus confirmationis Matrimonii Judæorum.*

Matrimonii mentione facta, & Instrumenti dotalis, quod in usu est apud Hebræos, placet hoc in loco Philo-Hebræorum gratia ejusdem exemplar proponere, ut perfectam, si fieri possit, rerum Hebraicarum cognitionem assequantur.

Instrumenti dotalis Judæorum exemplar ex Dialecto Talmudica Babyloniæ, juxta quod cætera Instrumenta confici possunt.

(1) בַּשִּׁשִּׁי בַּשַּׁבָּת בְּאַרְבָּעָה לְחוֹדֶשׁ סִיוָן שְׁנַת חֲמֶשֶׁת אֲלָפִים וּמָאתַיִם וַחֲמִשִּׁים
וְאַרְבַּע לִבְרִיאַת עוֹלָם לְמִנְיָן שֶׁאָנוּ מָנַיִן כָּאן בְּמַאשְׂשִׂילִיאָה (2) מַתָּא דְעַל כֵּיף
יַמָּא מוֹתְבָא אֵיךְ הֶחָתָן ר׳ מֹשֶׁה בר״ יְהוּדָה אֲמַר (3) לְמָרַת קְלָארוֹנָה בַּת ר׳ דָּוִיד
בר״ מֹשֶׁה דְלִישְׁבוֹנָא: (4) הֲוָאי לִי לְאִנְתּוּ כְּדָת מֹשֶׁה וְאִשְׂרָאֵל וַאֲנָא (5) בְּמֵימְרָא
דִשְׁמַיָּא (6) אֶפְלַח (7) וְאוֹקִיר וְאָזוּן וַאֲפַרְנֵס יָתַיְכִי (8) לַיְכִי כְּהַלְכַת גּוּבְרִין יְהוּדָאִין
דְּפָלְחִין וּמוֹקְרִין וְזָנִין וּמְפַרְנְסִין יַת נְשֵׁיהוֹן בְּקִשְׁטָא: וְיָהֵבְנָא לַיְכִי (9) מֹהַר בְּתוּלַיְכִי
כֶּסֶף (10) זוּזֵי מָאתָן דְּחָזוּ לַיְכִי מִדְאוֹרָיְתָא וּמְזוֹנַיְכִי וּכְסוּתְכִי וּסְפוּקַיְכִי (11) וּמִנְדַּע
יָתַיְכִי כְּאוֹרַח כֹּל אַרְעָא: וּצְבִיאַת מָרַת קְלָארוֹנָא בְּתוּלְתָּא דָא וַהֲוַת לֵיהּ לר׳ מֹשֶׁה

בר׳

בר יְהוּדָה חֶתֶן דְּנָא לְאִנְתּוּ: וְדָא (12) נְרוֹנְיָא דְּתַנְעֲלַת לֵיהּ עִם נַפְשָׁהּ (13) מַפֵּית
נְשָׁא וְאִמָּהּ בֵּין כְּסָף וְזָהָב וּבְגָדִים (14) וְתַכְשִׁיטִין וְשִׁמּוּשׁ עַרְסָא וּשְׁאַר (15)
מְטַלְטְלֵי סָךְ (16) שׁוּמַת הַכֹּל קַבֵּל עָלָיו ר׳ מֹשֶׁה בר׳ יְהוּדָה חֶתֶן דְּנָה בִּשְׁלֹשׁ מֵאוֹת
וּשְׁלֹשִׁים וְשִׁשָּׁה (17) פְּרִחֵי זָהָב טָבֵי וּתְקוֹלֵי שָׁוָה הַפֶּרַח שְׁלֹשִׁים וּשְׁנַיִם דְּנָרִין רְיָאלִישׁ
מְמַטְבַּע הַיּוֹצֵא פֹּה מַאשְׁשִׁילְיָאה: וְלָא תֶהֱא כְּתוּבָה זוֹ כִּכְתוּבוֹת הַחִוְּרוֹת (18)
לְשָׁלִישׁ אֶלָּא שָׁתְנְבָּה כֹּל אֵלּוּ שְׁלֹשׁ מֵאוֹת שְׁלֹשִׁים וְשִׁשָּׁא פְּרָחִים מְשָׁלֵם בְּלִי (19)
פָּחֵת בְּלִי שְׁבוּעָה קָלָה (20) וְחָמוּרָה וַאֲפִילוּ חֵרֶם סְתָם וַאֲפִילוּ הַדְּרַת הָרֹאשׁ
וַאֲפִילוּ (21) עַל יְדֵי גִּלְגּוּל בֵּין בְּכוּלָּהּ בֵּין בְּמִקְצָתָהּ בֵּין הֵיא בֵּין יוֹרְשֶׁיהָ בֵּין הַבָּאִים
מִכֹּחָהּ בֵּין מַמָּנוּ בֵּין מִיּוֹרְשָׁיו בֵּין מֵהַבָּאִים מִכֹּחוֹ לְעוֹלָם: וְכָךְ אָמַר לָנוּ ר׳ מֹשֶׁה חֶתֶן
דְּנָה חָמֵר (22) וְאַחֲרָיוּת כְּתָבְתָּא דָּא וּנְדוּנְיָה דָּא קַבֵּלִית עָלַי וְעַל (23) יָרְתַאי
בָּתְרַי לְהַתְפָּרְעָא מִכֹּל (24) שִׁפַּר אָרְעָא נְכָסִין וְקִנְיָנִין דְּאִית לִי תְּחוֹת כָּל־שְׁמַיָּא (25)
דְּקַנָּאי וּדְאָקְנָה: נְכָסִין דְּאִית לְהוֹן אַחֲרָיוּת וְאִנְּבֵן דְּלֵית לְהוֹן אַחֲרָיוּת כָּלְהוֹן יְהוֹן
אַחֲרָאִין וְעַרְבָּאִין לִכְתָבְתָּא דָּא וּנְדוּנְיָא דָּא כְּאַחֲרָיוּת וְחוֹמֶר כָּל־שְׁטָרֵי (26) כְּתוּבָאתָא
דְּנָהֲגִין בְּבָבָל יִשְׂרָאֵל מִיּוֹמָא דְּנָן וּלְעָלַם דְּלָא כְּאַסְמַכְתָּא וּדְלָא בְּטוּפְסֵי דְּשְׁטָרֵי:
וְקִנְיָנָא מִר׳ מֹשֶׁה חֶתֶן דְּנָא לְמָרַת קְלָארוֹנָאה בְּחוּלְתָּא דָּא אִנְתְּתֵיהּ עַל כָּל־מָה
דִּכְתִיב וּמְפֹרָשׁ לְעֵיל בְּמָנָא דִּכְשֵׁר לְמִקְנֵא בֵּיהּ: וְהַכֹּל שָׁרִיר וְקַיָּם:

Inſtrumentum idem dotale in Linguam Latinam converſum.

Sexto hebdomadis *die*, quarto menſis Sivàn, *h. e. Maji*, anno quinquies milleſimo ducenteſimo, quinquageſimo quarto creationis Mundi, juxta numerum, quo numeramus hic Maſſiliæ, urbe, quæ ad littus maris ſita eſt, Sponſus R. Moſes filius R. Jehudæ dixit Dominæ Claronæ filiæ R. David, filii R. Moſis Lisbonenſis. ESTO MIHI IN UXOREM JUXTA LEGEM MOSIS ET ISRAEL: & ego juxta Verbum Dei colam, honore proſequar, alam, & regam te juxta morem virorum Judæorum, qui colunt, honorant, alunt, & regunt uxores ſuas fideliter. Dono autem tibi dotem Virginitatis tuæ argenti denarios ducentos, qui conveniunt tibi ex Lege; quin etiam alimentum tuum, veſtitum tuum, atque ſufficientem neceſſitatem tuam; item cognitionem tui juxta conſuetudinem univerſæ terræ. Sic acquievit Domina Clarona Virgo

hæc, fuitque ipſi R. Moſi, filio R. Jehudæ Sponſo huic in uxorem. Ejus autem dotis, quam ipſa attulit ipſi ſecum ex domo elocantis *Patris*, & matris ſuæ ſive in argento, ſive auro, ſive veſtibus, ornamentis, aut ſupellectile lecti, reliquiſque mobilibus, ſummam æſtimationis omnium recepit in ſe R. Moſes filius R. Jehudæ, Sponſus hic, ad trecentos triginta ſex liliatos aureos bonos, & juſti ponderis, valente quolibet liliato triginta duos denarios regales, de moneta, quæ tranſit hìc Maſſiliæ. Porro non erit dos hæc, ſicut dotes, quæ redeunt ad trientem, ſed ut exigat univerſos iſtos tercentos triginta ſex liliatos ex integro abſque diminutione, & abſque juramento levi, vel gravi, imo etiam abſque anathemate ſimpliciter; abſque reſtitutione capitalis, etiam per modum revolutionis ſive totam illam dotem, ſive partem ejus, vel ipſa, vel hæredes ejus, ſive qui veniunt ex virtute ejus, ſive ab eo, ſive ab hæredibus ejus, aut qui veniunt ex virtute ejus in æternum. Sic dixit nobis R. Moſes Sponſus hic: onus, & cautionem Scripti dotalis hujus, & dotis ſuſcepi in me, & hæredes meos poſt me, ut exſolvatur ex omni re pulcherrima, & deſideratiſſima facultatum, & poſſeſſionum, quæ ſunt mihi ſub toto Cœlo, quas acquiſivi, vel quas acquiſiturus ſum. Facultates, quarum eſt oppigneratio, & ſuper quas non eſt oppigneratio, omnes illi erunt oppignerationes, & fidejuſſiones pro Scripto dotali hoc, & dote hac, in oppignerationes, & onus omnium contractuum dotalium, qui uſitati ſunt inter filias Iſrael, a die hoc, & uſque in ſæculum, ut non ſint vel quaſi authenticus contractus, vel quaſi tranſcriptio contractus. Sic acquiro ego a R. Moſe Sponſo hoc Dominæ Claronæ Virgini huic, uxori ejus, juxta omne, quod ſcriptum, & expreſſum eſt ſupra, eo modo, quo convenit acquirere. Univerſum hoc ratum, & firmum eſto.

Animadvertendum, non ubique locorum eamdem eſſe apud Hebræos Inſtrumenta dotalia conficiendi rationem, præcipue vero apud Germanos, qui paucioribus verbis utuntur.

ANNOTATIONES.

(1) בַּשִּׁשִּׁי בַּשַּׁבָּת *Hujuſmodi exordio Hebræi ſolent uti. Ad verbum ſignificat* In ſexto in hebdomade: *h. e.* Sexto hebdomadis die. (2) מַתָּא *Nomen apud Talmudicos uſitatum:* urbs, locus. *Hinc illud,* לְמַתָּא דִירְקָא יִרְקָא שְׁקוֹל In urbem olerum olera importa. (3) מָרַת Domina. *Eſt nomen fœmininum juxta illud* מָרַת בֵּיתָא Domina domus, hera domeſtica. 1. Reg. 17. v. 17. *a maſculino* מָרָא, *vel* מָרֵי Dominus. (4) הַוַאי Eſto. *Secunda perſona ſingularis Imperativi juxta formam Syram,* א *inſerto ad vocalem indicandam, quod Talmudiſtis uſitatiſſimum. Ritus autem hic conſecrandi ſibi uxorem eſt apud*

apud Judæos ſolemnis. (5) בְּמֵימְרָא דִשְׁמַיָּא Juxta verbum Dei. *Frequentiſſime ab Hebræis, Chaldæis, & Syris uſurpatur* שְׁמַיָּא, שָׁמַיִם Cœlum *pro* Deo. *Hinc illud* Dan. 4. v. 23. דִּי שַׁלְטִין שְׁמַיָּא Quod Cœli dominantur, *nimirum* Deus. *Illud etiam* Lucæ 15. 18. Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου. Pater peccavi in Cœlum, *h. e.* in Deum, & in te. *Sic* Matthæi 21. 25. Τὸ Βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Baptiſma Joannis unde erat? a Cœlo, *h. e.* Deo, an ab hominibus? *Sic Rabbinorum illud* כֹּל מַעֲשָׂיִךְ יִהְיוּ לְשֵׁם שָׁמַיִם Omnia opera tua ſint in nomine Dei. (6) אֶפְלַח Colam, humanitatis officia præſtabo. *Hæc ſunt verba ſolemnia ad concipiendum Matrimonii vinculum, ac propterea repetuntur.* (7) וְאוֹקִיר Et honore proſequar, honeſte eam alam, eam de illa curam, ac ſollicitudinem habebo, quam honeſtas poſtulabit. *Hinc veteres Hebræi his verbis Matrimonium contrahentes admonendos cenſuerunt,* לעולם יהא אדם זהיר בכבוד אשתו שאין ברכה מצויה בתוך ביתו של אדם אלא בשביל אשתו שנ׳ ולאברהם היטיב בעבורה והיינו דאמר להו רבא לבני מחוזא אוקירו לנשייכו כי היכי דתתעתרו: *h. e.* Semper eſto homo monitus de honore uxoris tuæ. Nulla enim benedictio reperitur in domo hominis, niſi propter uxorem ejus, ſicut dicitur *Geneſ.* 12. 16. *Et Abrahamo benefecit propter eam.* Illud eſt, quod dixit Rabba concivibus ſuis. Honorate uxores veſtras. Sic enim fiet, ut ditemini. *Huc etiam illud Apoſtoli referendum eſt.* Οἱ ἄνδρες ὁμοίως, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν, ὡς καὶ συγκληρονόμοις χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι ὑμῶν τὰς προσευχάς. Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem, tamquam & cohæredibus gratiæ vitæ, ut non impediantur orationes veſtræ. *Ex his verbis plane colligitur, Apoſtolum quoque jubere, vaſi muliebri, ut infirmiori, a maritis honorem tribui.* (8) לֵיכִי Tibi. *Dativus hic pleonaſtice eſt adhibitus juxta conſuetudinem Hebræorum.* (9) מוֹהַר Dotem. *Conſueviſſe Sponſos apud Hebræos Virginibus, quas in Matrimonium ducebant, dotem dare, colligitur ex multis Sacræ Scripturæ locis. Hinc Exod.* 22. 16. 17. וְכִי יְפַתֶּה אִישׁ בְּתוּלָה אֲשֶׁר לֹא אֹרָשָׂה וְשָׁכַב עִמָּהּ מָהֹר יִמְהָרֶנָּה לוֹ לְאִשָּׁה: אִם מָאֵן יְמָאֵן אָבִיהָ לְתִתָּהּ לוֹ כֶּסֶף יִשְׁקֹל כְּמֹהַר הַבְּתוּלוֹת *h. e.* Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt. *Sic Davidi filiam Saul Rex pollicitus, cum tenuiſſimæ fortunæ eum eſſe ſciret, non pecuniariam dotem ab eo petiit, ſed centum Philiſtæorum præputia.* 1. *Sam.* 18. *v.* 25. *Contra Geneſ.* 34. *v.* 11. *&* 12. *quamlibet vel magnam dotem ſibi Sichem imponi poſtulabat, dummodo virgine Dina Jacobi filia, quam miſere deperibat, potiretur.* וַיֹּאמֶר שְׁכֶם אֶל־אָבִיהָ

h. e.

וְאֶל־אֲחִיהָ אֶמְצָא חֵן בְּעֵינֵיכֶם וַאֲשֶׁר תֹּאמְרוּ אֵלַי אֶתֵּן׃ הַרְבּוּ עָלַי מְאֹד מֹהַר וּמַתָּן וְאֶתְּנָה כַּאֲשֶׁר תֹּאמְרוּ אֵלָי וּתְנוּ לִי אֶת־הַנַּעֲרָה לְאִשָּׁה׃ *h. e.* Et dixit Sichem ad patrem, & ad fratres ejus, inveniam gratiam coram vobis, & quæcumque ſtatueritis, dabo. Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam, quæ petieritis: tantum date mihi puellam hanc uxorem. *Dotem autem ex quinquaginta ſiclis conſtitiſſe inferunt ex illo loco Deuteronomii* 22. 29. וְנָתַן הָאִישׁ הַשֹּׁכֵב עִמָּהּ לַאֲבִי הַנַּעֲרָה חֲמִשִּׁים כָּסֶף׃ *h. e.* Et dabit, qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti. (10) זוּזֵי מָאתָן Denarios ducentos. *Ducenti autem* זוּזִין *ſunt quinquaginta Sicli, cum Siclus quatuor* זוּזִין, *ſive* denarios *valeret. Siclus ſacer erat dimidius Imperialis thalerus, vulgaris vero quarta pars unius Imperialis. Hinc in Tractatu de Jure dotium apud Talmudicos legitur:* בתולה כתובתה מאתים ואלמנה מנה *h. e.* Virginis dos eſt ducentorum (*denariorum*), viduæ manè, *h. e.* centum denariorum. (11) וּמְנַדַּע Et cognoſcere. *Ea ſignificatio huic Verbo ſubjecta eſt, quam habet* Geneſ. 4. v. 1. וְהָאָדָם יָדַע אֶת־חַוָּה אִשְׁתּוֹ Adam vero cognovit Hevam uxorem ſuam. *Vide præterea* Exod. 21. v. 10. (12) נְדוּנְיָא Dos muliebris, *quam ipſa ex domo Patris ad maritum Sponſum nuptiarum tempore affert, cum omnibus ornamentis, inauribus, monilibus, armillis &c. hoc nomine a Rabbinis nuncupatur. Hinc Majemon parte* 2. *fol.* 30. הנכסים המכנסת האשה לבעלה בין קרקע בין מטלטלין בין עברים אעפי שהן נכתבין בשטר הכתובה אין נקראין כתובה אלא נדוניא שמם *h. e.* Facultates, quas affert uxor ad maritum ſuum, ſive ſint bona immobilia, ſive mobilia, ſive ſervi, licet ſcriptæ ſint in inſtrumento dotis, tamen non vocantur כְּתוּבָה, ſed נְדוּנְיָא. (13) מְבֵית נָשֵׂא E domo apportantis, elocantis, *videlicet* Patris. *In aliis inſtrumentis, vel epiſtolis, vel contractibus ſimpliciter uſurpant* מְבֵית אֲבוּהּ E domo Patris ſui. (14) תַּכְשִׁיטִין *Eſt nomen generale mundi muliebris tum veſtes, tum annulos, gemmas, & alia hujuſmodi pretioſa complectens. Hinc in Targum Hieroſolymitano, & Jonathanis:* תַּכְשִׁיטָהּ Mundum ejus. Exod. 21. 10. וְתִשַּׁוְיִי תַּכְשִׁיטֵךְ עָלָיִךְ Et pones ornamenta tua ſuper te. Ruth 3. v. 3. (15) מְטַלְטְלֵי Bona mobilia *in ſtatu conſtructo, a* טַלְטֵל movere ſe, vagari. *Forma autem conſtructa pro abſoluta apud Rabbinos, & præcipue Talmudiſtas paſſim adhibita reperitur. Ejus oppoſitum eſt* קַרְקָעוֹת Fundi, Bona immobilia. (16) שׁוּמָהּ Summa, poſitio. *Numerus in unum collectus.* (17) פְּרִחֵי זָהָב *Ad Verbum* Flores auri. *Intelligenda eſt moneta liliis ſignata apud Gallos in uſu. Lilia enim a Gallis appellantur* Flores liliorum. (18) לְשָׁלִישׁ Ad trientem. *Bertramus ait:* trientem ad dotis acceſſionem refero, quam nolit reduplicata ejus media ſumma ad ſeſquialteram aſſurgere. (19) פַּחַת Diminutio. פָּחוּת Minus. לְפָחוּת Ad minimum. *Hinc Rabbini* לֹא פָחוּת וְלֹא יוֹתֵר Neque minus, neque plus. (20) חֲמוּרָה

a חָמוּר Difficile. *A Rabbinis reconditos, atque abſtruſos Sacrarum litterarum textus interpretantes appellantur* דּוֹרְשֵׁי חֲמוּרוֹת Inquiſitores rerum difficilium. *Sic* חוֹמֶר onus, difficultas, gravitas: *&* קַל וְחוֹמֶר Leve, & difficile, *ſive* grave. (21) עַל יְדֵי גִּלְגּוּל Per modum revolutionis, *videlicet per Procuratorem, aut actionis ceſſionem, ſeu tranſcriptionem.* (22) אַחֲרָיוּת Poſterius damnum, Cautio de futuro damno *ſecundum Eliæ opinionem. Juxta Fagium autem* oppigneratio. *Quid ſit* אַחֲרָיוּת *explicatur in Jure Hebræorum.* נְכָסִים שֶׁיֵּשׁ לָהֶם אַחֲרָיוּת נִקְנִין בִּכֶּסֶף וּבִשְׁטָר וּבַחֲזָקָה וְשֶׁאֵין לָהֶם אַחֲרָיוּת אֵין נִקְנִין אֶלָּא בִּמְשִׁיכָה *h. e.* Facultates, quarum eſt oppigneratio, comparantur pecunia, contractu litterarum, & hæreditate: quarum non eſt oppigneratio, non comparantur niſi tractu. *Rem totam in majori lumine collocat Gloſſa in Tractatu* קִדּוּשִׁין Kidduſcin *cap.* 1. *in* מִשְׁנָה Miſnà. נְכָסִים שֶׁיֵּשׁ לָהֶם אַחֲרָיוּת *Facultates, quarum eſt oppigneratio*, veluti fundi, ſuper quos omnis homo mutuo dat pecunias, quia ſunt ſtabiles, & manent pignus, atque aſſecuratio, ne quid damni ob mutuo datam pecuniam accidat: בִּמְשִׁיכָה *Tractu*, traditione de manu in manum, occupatione, & apprehenſione. *De* אַחֲרָיוּת, *vel* אַחֲרָיוּת *plura habes in hoc Lexico pag.* 8. (23) יְרָתַאי *Littera* א *addita eſt ad vocalem indicandam, adhibebantque olim ad differentiam ſingularis* יְרָתִי, *cujus abſolutum* יֶרֶת, *&* יוֹרֵשׁ *Hebraice* Hæres. (24) שְׁפַר אֶרֶג Pulcrum, deſiderabile, *a* רֶגֶג Concupiſcere, deſiderare. *Sic illud* Pſalmi 45. 14. כָּל־שֶׁבַח שְׁפַר אֶרֶג Omne laudabile, pulcrum, deſiderabile. (25) דְּקָנְאִי Quas acquiſivi. *Per Apocopam litteræ* ת *apud Talmudicos uſitatam. Eſt autem prima perſona ſingularis Præteriti Kal ex Verbis Quieſcentibus tertia radicali.* (26) כְּתוּבְאָתָא Dotalium. *Eſt forma emphatica fœminina pluralis numeri cum* א *in medio ad vocalem ſignificandam.*

Exemplar Libelli repudii, quo Judæi utebantur, ex dialecto Talmudica Babyloniæ, deſcriptum ex Majemonide parte 2. *fol.* 59. *& in Latinam Linguam converſum.*

(1) בְּכָךְ בְּשַׁבָּת בְּכָךְ וְכָךְ לְיָרֵחַ (2) פְּלוֹנִי בְּשָׁנָה כָּךְ וְכָךְ לִבְרִיאַת עוֹלָם לְמִנְיָנָא דְּרַבְּיָלָא לְמִמְנֵי בֵּהּ הָכָא בְּמָקוֹם פְּלוֹנִי אֵיךְ אֲנָא פְּלוֹנִי בַּר פְּלוֹנִי דְּמִמָּקוֹם פְּלוֹנִי וְכָל שׁוּם אָחֳרָן (3) וַחֲנִיכָה דְּאִית לִי וְלַאֲבָהָתַי וּלְאַתְרִי וּלְאַחֲרָיְתָן דַּאֲבָהָתַי צְבִיתִי בְּרִעוּת נַפְשִׁי בְּרַלָּא אֲנִיסָנָא וּפַטְרִית וְשַׁבְקִית (4) וְתָרוֹכִית יָתַיכִי לַיְכִי אַנְתְּ פְּלָנִית בַּת פְּלוֹנִי דְּמִמָּתָא פְּלָנִית וְכָל־שׁוּם אָחֳרָן וַחֲנִיכָא דְּאִית לַיְכִי וְלַאֲבָהָתַיְכִי וּלְאַתְרַיְכִי וּלְאַחֲרָיְתוֹן דַּאֲבָהָתַיְכִי דִּי הֲוַיְתְּ אַנְתְּתִי מִן קַדְמַת דְּנָא (5) וּכְדוּ פַּטְרִית וְשַׁבְקִית וְתָרוֹכִית

וּתְרוֹכֵית יָתַיְכִי לַיְכִי (6) דִּי תֶהֱוְיִיין וְשַׁלִּטָאָה בְנַפְשַׁיְכִי (7) לִמְהָךְ (8) לְהִתְנַסָּבָא
לְכָל־גְּבַר (9) דִּי תִצְבְּיִיין וֶאֱינָשׁ לָא יִמְחֶה בִידַיְכִי מִן שְׁמִי מִן יוֹמָא דְנָן וּלְעָלַם:
וַהֲרֵי אַתְּ מוּתֶּרֶת לְכָל־אָדָם (10) וְדֵן דִּי יֶהֱוֵי לַיְכִי מִנַּאי סְפַר (11) תִּירוּכִין וְגֵט
פִּיטוּרִין (12) וְאִגֶּרֶת שִׁבּוּקִין כְּדָת מֹשֶׁה וְאִשְׁרָאֵל:

(1) Isto *die* Hebdomadis, isto, vel isto mensis N. anno isto, vel isto creationis Mundi, juxta numerum, quo consuevimus numerare hìc in loco N. Quod ego N. filius N. ex loco N. & omne nomen aliud, vel cognomen, quod est mihi, vel majoribus meis, patriæ meæ, aut patriæ parentum meorum, volui voluntate libera animi mei, non coacte, & repudiavi, & dimisi, & expuli te, te, inquam, N. filiam N. quæ es ex urbe N. aut si quod nomen aliud, vel cognomen est tibi, aut parentibus tuis, aut patriæ tuæ, aut patriæ ipsorum, scilicet parentum tuorum, quæ fuisti uxor mea antehac, nunc vero repudio, dimitto, & expello te, ut sis libera, & domina tui ipsius, ad abeundum, & nubendum omni viro, cui volueris, & nemo rejiciatur per te propter nomen meum, a die hoc usque in sæculum. Itaque licita esto omni homini, & hic erit tibi a me Libellus expulsionum, & Libellus repudii, & Epistola dimissionis juxta Legem Mosis, & Israel.

ANNOTATIONES.

(1) בְּכַךְ *Si vertas ad verbum, significat* in sic, *videlicet* tali die, *secundo, tertio, quarto, vel alio. Ubi definitus numerus reticetur, hujusmodi vox usurpatur.* (2) פְּלוֹנִי Talis, quidam. *Adhibent Judæi* פְּלוֹנִי Ploni, *cum hominem, vel rem significare volunt, cujus nomen proprium supprimunt. Fœminine* פְּלוֹנִית, *ut infra. Pro iis Talmudistæ adhibent masc.* פְּלָן, *& fœmin.* פְּלָנְיָא. *Sæpe* פְּלוֹנִי *conjungitur cum* אַלְמוֹנִי Almoni, *nomine fictitio, quo is vocatur, cujus proprium nomen reticemus: aliis* talis. *Apud Græcos adhibetur* ὁ δεῖνα, *cum nomen proprium reticetur, vel quilibet indefinite indicatur. Usurpatur etiam de loco innominato.* 1. Sam. 21. v. 2. 2. Reg. 6. v. 8. (3) חֲנִיכָה Cognomen *apud Talmudicos. Hinc illud* לא קראתי לחברי בחניכתו Non vocavi socium meum cognomine suo. (4) תְּרוֹכֵית *Est Præteritum Conjugationis Kal ex terminatione Cholem.* (5) כְּדוּ, *vel* כְּדוֹ *per apocopam pro* כְּדוּן, *quod ex dialecto Hierosolymitana usurpatur pro Hebræo* עַתָּה, *ut* עַד כְּדוּן usque nunc. Genes. 32. 4. *in Jonathane;* בָּתַר כְּדוֹ posteaquam. Esth. 1. 1. (6) דִּיתֶהֱוְיִיין *Est persona secunda fœminina numeri singularis a Verbo* הֲוָה, *mutata tertia radicali in* י, *sicuti in eo genere Verborum sæpe fit. Duæ autem priores litteræ* י *unius consonæ vicem subeunt. Id autem fieri voluerunt Hebræi ad dubium,*

פַּת, פִּתָּא, פִּתְּתָא Fruſtum, buccella, portio panis. Geneſ. 18. 15. & 40. 16. *Plur.* פִּתִּין fruſta, portiones. תלתא פתין דלחם Tres orbes panis. 1. Sam. 10. 4. *Apud Rabbinos* מָקוֹם פִּיתָא Locus cibi, conclave, ubi cibus ſumitur. *Proverbium apud Talmudicos,* בריך מריה דהאי פתא Benedictus ſit Dominus hujus buccellæ. *Hoc Proverbio ſignificare volunt, beneficium quodlibet, & donum grato animo Deo acceptum eſſe referendum. In* שביעין Scevjìn *cap.* 8. *odium ſuum in Chriſtianos oſtendentes ajunt:* האוכל פת כותי כאילו אוכל בשר חזיר Qui comedit panem Cuthæi, (*h. e. Chriſtiani*) perinde eſt, ac ſi comederet carnem ſuillam. *Apud R. Eliezerem:* כל שאינו משייר פת על שולחנו אינו רואה סימן ברכה לעולם *h. e.* Quicumque non reſiduum facit panem in menſa ſua, non videt ſignum benedictionis umquam, ſicuti dicitur Job 20. 81. *Non remanſit de cibo ejus, & propterea nihil permanebit de bonis ejus. Et* 2. Paralip. 31. 10. *Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus,*

& ſaturati ſumus , & remanſerunt plurima , eo quod benedixerit Dominus populo ſuo : reliquiarum autem copia eſt iſta , quam cernis . Et Ruth 2. 14. *Dixitque ad eam Booz . Quando hora veſcendi fuerit , veni huc , & comede panem , & intinge buccellam tuam in aceto . Sedit itaque ad meſſorum latus , & congeſſit polentam ſibi , & ſaturata eſt , & tulit reliquias . In* יוֹמָא Jomà *fol.* 18. *Rabbini metaphorice hac diction*e פַּת *utuntur : ut* אינו דומה מי שיש לו פת בסלו למי שאין לו פת בסלו *h. e.* Non eſt ſimilis is , qui habet panem in corbe ſuo , ei , qui non habet panem in corbe ſuo . *Proverbio hoc utuntur ad ſignificandum , habentes uxorem non ita deſideriis æſtuare , ſicut ii , qui illa carent . Per jocum Hebræi alio ſimili Proverbio utebantur* אנשי ירושלים אנשי שחץ היו : אדם אומר לחברו במה סעדתה היום : בפת עמילה או בפת שאינה עמילה : בין גורלי או בין חרדלי : *h. e.* Cives Hieroſolymitani cives efferati erant . Quilibet dicebat ſocio ſuo , quodnam prandium hodie habuiſti ? an panem laboratum , an non laboratum comediſti ? an in lecto lato , an anguſto cubuiſti ? an vinum Gordelinum , an Chardelinum bibiſti ? *Scortatores his vocibus invicem utebantur . Per* panem laboratum *mulierem ſubactam , & fornicariam intelligebant ; per* panem non laboratum *virginem . Cum autem* vinum Gordelinum *album eſſet , & limpidiſſimum ,* Chardelinum *vero atrum ,* & *turbidum , quærebant illis vocibus , utrum ſocius cum candida , an nigra rem habuiſſet . Per* lectum latum *pinguem , & obeſam fœminam innuebant ; ſicuti per* lectum anguſtum *mulierem macram , gracilem , &, ut Terentius ait ,* curatura junceam *deſignabant . Cæterum* פַּת עֲמִילָה Panis amylus *erat panis non molitus , molam non expertus .*

De Hebræorum odio in חֲזִירִים *Porcos .*

Cum de בְּשַׂר חֲזִיר carne ſuilla , *cujus eſus Hebræis prohibitus eſt , ſupra mentio facta ſit , placet hoc in loco de eadem nonnulla addere . Illud profecto conſtanter aſſerendum eſt , ſine ulla ratione ex Majorum ſuorum tantummodo ſuperſtitione Judæos gravius porcos , quam alia quælibet impura animalia , averſari , cum a Deo ipſorum eſus tantum , non etiam commercium interdictum fuerit , quorum odium adeo inter ipſos crevit , ut* חֲזִיר porcum *nominare coacti nullo modo adduci poſſint , ut nomine ſuo* חֲזִיר porcum *appellent , ſed de porcis loquentes verba* דָּבָר אַחֵר *h. e.* rem alienam *adhibeant . Nonnulli ex Auctoribus a Judæis cultum , & venerationem tributam fuiſſe* לַחֲזִירִים porcis *volunt . Hinc Petronius Arbiter in Fragmentis :* Judæus licet & porcinum Numen adoret . *Id certe ſenſerunt de Judæis juxta Ægyptiorum conſuetudinem judicantes , a quibus ea animalia non comede-*

edebantur, quibus cultum præſtabant. Plutarchus lib. 4. Sympoſ. quæſt. 5. ſatis longa, ac prolixa diſputatione quærit, utrum Judæi ob odium, an vero religionem a חֲזִירִים porcorum *carnibus comedendis abſtineant, cenſetque tandem venerationis ergo id fieri. At melius certe inter Gentes, quam inter Judæos porcorum patronos & cultores Plutarchus quæſiſſet, cum apud Athenæum l. 9. Agathocles de Cretenſibus tradat, porcum apud ipſos animal ſacrum eſſe, quem cultu, & veneratione qualibet proſequebantur. Utinam Plutarchus ſibi conſtitiſſet, neque modo venerationi, modo averſioni ob metum lepræ ſuillæ carnis abſtinentiam tribuiſſet. Certe illud vere dicere poſſumus, atrocia quælibet pati, quam carne ſuilla veſci, Judæos maluiſſe,* 2. Machab. 7. v. 18. & c. 7. 1. *& apud eoſdem porcos alere rem infamem extitiſſe, & canone prohibitam. Majemon. cap. 5. Quin eo odium progreſſum eſt, ut eos ne nominari quidem voluerint, ne pueris daretur occaſio eoſdem quærendi. Hinc Proverbium natum de hominibus minime acceptis, ipſos ea benignitate excipi, qua porcos Judæus. Porro cum hoc Judæorum odium in porcos ipſorum hoſtes intelligerent, vi, & minis ad ſuillam carnem manducandam eos compellere ſæpe conati ſunt, & Antiochus Epiphanes ad eos affligendos ſuper Altari Templi porcos ſacrificari juſſit.* 1. Machab. 1. 50. *Ad Judæos vero ex ædibus ſacris arcendos ſuem cum porcellis in eorum januis expreſſerunt, Æliuſque Adrianus Imperator eamdem Hieroſolymitanæ urbis portæ imponi voluit. Non inficior, Græcos, Romanos, populoſque Judæis in Oriente proximos, & cum iis immixtos in Galilæa Gentiles magnos porcorum greges aluiſſe, quod clare teſtantur etiam Evangeliſtæ D. Lucas 8. v. 32. D. Marcus 5. v. 11. & D. Matthæus 8. 30. carneque ſuilla valde oblectatos fuiſſe. Quin ex Varrone l. 2. de Re Ruſtica cap. 4. habetur, ſuillum pecus donatum a natura ad epulandum. Verumtamen nemo ex Hiſtoricis, eas gentes propter ſuillæ carnis comeſtionem lepræ ſubjectas fuiſſe narrat. Quæritur quidem a viris doctis, an ob metum lepræ ſummo odio carnem ſuillam Judæi proſequantur, an vero Deus eam prohibuerit, ut corporum incolumitati conſuleret. Alii alias rationes hujus interdicti afferunt; Voſſius autem ob triplicem potiſſimum rationem id factum contendit, tum quia nimirum hoc turpe animal cœno lutoque gaudet, tum quia humanas carnes ſummopere appetit, tum quia in Judæa, aliiſque Orientis terris, ſicuti in Ægypto, hujus carnis eſus lepram, ac vitiligines parit. At hujus odii vera, ac præcipua cauſſa, & origo eſt interdictum Divinum de* חֲזִיר porco *non comedendo.* Levit. 11. 7. Deut. 14. 8. Iſa. 65. 4. *Lege enim Divina nonnulla ciborum genera a Judæorum menſis procul amandata ſunt, & animalia quædam apud alias gentes in deliciis habita ſolemni præcepto prorſus interdicta.*

DICTIONES EX RABBINIS.

פ *Abbreviatura. Idem ac* פֶּרֶק Caput, *videlicet* libri. בפ ב In capite ſecundo: ובפ Et in capite. *Pluraliter* פְּרָקִים Capita. 2. פָּסוּק Verſus Biblicus, Textus Scripturæ Sacræ. 3. פֵּרֵשׁ Interpretatur. 4. פְּתוּחָה Apertum. 5. פַּעַם Vice: פְּאַ *h. e.* פַּעַם אַחַת Vice una. *Pluraliter* גפ *h. e.* שָׁלוֹשׁ פְּעָמִים Tribus vicibus. 6. פָּרָשָׁה Paraſchà, *h. e.* Sectio: *ut* בפ בְּרֵאשִׁית in Paraſchà Bereſchìt.

פא *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ אַחֵר Expoſitio alia. 2. פִּרְקֵי אָבוֹת Capitula Patrum. *Eſt nomen libri celebris Talmudici, dicta, apophthegmata, & ſententias illuſtres Rabbinorum complectentis. Magno eſt in uſu apud Hebræos, vulgoque a cæteris libris ſejunctus circumfertur cum brevi R. Abarbenelis commentario. Eum in Latinam Linguam tranſtulit, & Scholiis, atque Animadverſionibus illuſtravit Paulus Fagius, & Joannes Druſius.* 3. פַּעַם אַחֶרֶת Vice alia. *Alio etiam modo explicatur, prout ſenſus loci poſtulat.*

פֵּאָה Latus, angulus, pars extrema. מִפֵּאַת ex parte. *Apud Talmudicos eſt Tractatus* פֵּאָה *inſcriptus. Item* coma, capillus.

פאפ *Abbreviatura. Idem ac* פֶּה אֶל פֶּה Ore ad os, ore tenus. 2. פָּנִים אֶל פָּנִים Facie ad faciem, in conſpectu, coram. *In Epiſtolis frequens ejus uſus.*

פְּאֵר, תִּפְאֶרֶת Elegantia, ornatus, ornamentum, decus. לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה ad elegantiam lectionis, *id eſt*, euphoniæ cauſſa. *Apud Kabbaliſtas* תִּפְאֶרֶת *eſt unus ramus arboris Kabbaliſticæ.*

פבפ *Abbreviatura. Idem ac* פְּלוֹנִי בַּר פְּלוֹנִי N. filius N. *Solet præcedere* ר, *vel* רַבִּי Rabbi. *In contractuum, & inſtrumentorum formulis, ubi nomen alicujus proprium ponendum, adhibetur.*

פג *Abbreviatura. Idem ac* פְּלוּגְתָּא גְּדוֹלָה Controverſia, diſſenſio magna. *Ejus uſus in Talmude.*

פגין *Abbreviatura. Idem ac* פּוֹרֵץ גָּדֵר יִשְׁכָּנוּ נָחָשׁ Diruens ſepem, mordebit eum ſerpens. Eccleſ. 10. 8.

פִּגּוּל פְּגֻל Immundities, res immunda, cadaver: fœtor. *Fœtoris indicia Rabbini conſtituunt colorem, & odorem corruptum.*

פְּגִימָה, פְּגִימוּת, פִּיגוּם, פגם Sciſſura, ruptura, inciſio. פְּגִימַת הַנֶּפֶשׁ Labes animæ, vitium originale. *Apud Talmudicos* פְּגִימַת הַלְּבָנָה Inciſio Lunæ, *h. e.* cornua Lunæ deficientis.

פד *Abbreviatura. Idem ac* פְּתַח דְּסִפְרָא Pathach libri. *Maſoretharum nota in iis vocibus, quæ cum accentu Athnach, vel SophpaſuK Pathach, vel Sægol ſervant, cum juxta regulas Grammaticæ propter eos accentus habere deberent Kametz.* 2. פִּסְקָא דְּסִפְרָא PisKà libri. PisKà, *vel* פְּסִיק

eſt

eſt virgula recta, quæ inter duas dictiones collocatur, adhibeturque ad pronunciationis celeritatem inhibendam.

פְּדָגוֹג, Pædagogus, puerorum nutritius. *Fœm.* פִּדְגוֹגְתָא nutritia, pædagoga.

פַּדַּחַת, Frons. פַּדַּחַת קָמוּט Frons rugoſa.

פה *Abbreviatura. Idem ac* פְּסוֹק הוּא Verſus Biblicus eſt. *Uſurpant admonentes, textum aliquem e Sacris litteris deſumptum eſſe.* 2. פֵּירוּשׁ חֲקוֹנְטְרִיס Explicatio quinternionis. *In Commentariis Talmudicis occurrit, ubi dictio aliqua in eodem folio explicatur. In numero plurali* קוֹנְטְרֵסִין Quinterniones, folia.

פהי *Abbreviatura. Idem ac* פֶּסַח הַיּוֹם Paſcha eſt hodie.

De Feſto פּוּרִים *Purìm*, ſive Bacchanalibus Hebræorum.

Feſtum פּוּרִים Purìm, *h. e.* Sortium, *quod vocabulum Perſicum eſt, incidit in diem decimum quartum, & decimum quintum* אֲדָר Adàr *Februarii. Ante hoc Feſtum Judæi jejunant ad Reginæ Eſtheræ exemplum, & dona, atque eleemoſynas egentibus largiuntur. Si dies* פּוּרִים Purìm, *ſive* 14. אֲדָר Adàr *die Sabbati agendus eſſet, die hebdomadis quinto jejunium ſervabatur, eodemque die* מְגִלָּה Megillà *legebatur. In anno intercalari bis Feſtum* פּוּרִים *celebrabatur. In primo enim menſe Adàr die* 14. *&* 15. *agitur* פּוּרִים קָטָן Purìm Katòn, *hoc eſt,* Purìm parvum, *in altero vero Adàr* פּוּרִים גָּדוֹל Purìm Gadòl, *h. e.* Purìm magnum. *Ritus tamen, & cæremoniæ in utriſque eædem erant, ſi lectionem* מְגִלָּה voluminis Eſtheræ *excipias, & largitionem donorum, inter quæ erat differentia. Cenſet enim R. Eliezer filius Joſe* מְגִלָּה Megillà, *h. e.* librum Eſther *non eſſe legendum in* וְאֲדָר Veadàr, *h. e.* altero Adàr, *ſi in primo* Adàr *ejus lectio fuerit peracta. Judæi autem ſibi perſuadent, ſolum Eſtheræ librum cum Lege Moſis per adventum Meſſiæ non eſſe abrogandum. In ipſo Feſto* פּוּרִים Purìm *Judæi hodierni poſt libri Eſtheræ lectionem peractam otiantur, & epulis vacant. Solemnitas hujuſmodi Judæorum Bacchanalia jure vocari poteſt, Cum in memoriam liberationis populi Iſraelitici per Eſtheram factæ variegatis veſtibus induti ludant, ſaltent, & in omne lætitiæ genus effundantur. Noctu hujus Feſti, candelis plurimis accenſis ad ſignificandum gaudium, ab ædituo Eſtheræ hiſtoria legitur, cui lectioni interſunt mulieres cum pueris virgis, & malleis inſtructæ, nomenque* הָמָן Amanis *in lectione audientes maximo ſtrepitu tabulata pulſant, ut ipſum amandare, & explodere videantur. Cæterum cum cibo, vinoque hoc die plerique præter modum expleantur, Rabbini narrant, duos Judæos tantam vini copiam hau-*

hauſiſſe, ut alter alterum, rixa, & contentione exorta, ex ebrietate ego impetu interfecerit. Cum poſtero autem die patratum a ſe ſcelus alter cognoviſſet, tantum inde dolorem eum cepiſſe ajunt, ejuſque contritionem Deo adeo gratam fuiſſe, ut ejus auxilio mortuum ad vitam revocaverit. Miraculum hoc credat Judæus apella, non ego. *Hoc feſtum vocatur etiam* מָרְדֳּכַי Mardochæus, *ut in libro ſecundo Machabæorum videre licet.*

פָּחַק Oſcitare. מְפַהֶקֶת וּמְעַטֶּשֶׁת oſcitans, & ſternutans, *gen. fœminini.*

פּוּם פִּזְמוֹן Concentus, rhythmus carminis.

פַּחַד Pavor. פַּחֲרוּת Idem.

פָּחַת Minuere, diminuere. אָדָם פָּחוּת homo parvus, plebejus, vilis, nulla auctoritate pollens. לְפָחוּת ad minus, *vel* minimum, ſaltem. לֹא פָחוּת וְלֹא יוֹתֵר nec minus, nec magis. פְּחִיתוּת diminutio. *Plur.* פְּחִיתִיוֹת defectus.

פָּטַט Obloqui, obgannire, garrire, blaterare. פָּטְיָט garrulus, loquax, blatero. מְפַטְפֵּט בִּדְבְרֵי תוֹרָה פַּטְפְּטָנִית garrula. obloquitur verbis Legis, Verbis Dei. פְּטַטְיָא garrulitas. פִּטְפּוּט garrulitas, loquacitas.

פָּטַר Diſcedere. פִּטֵּר dimittere. פָּטוּר dimiſſum, permiſſum, licitum, immune. נִפְטָר dimiſſus e vivis, mortuus. הַנִּפְטָר מֵרַבּוֹ dimiſſus, diſcedens a præceptore ſuo. פְּטִירָה diſceſſus animæ ex corpore. פִּטּוּר dimiſſio, repudiatio, ſolutio. גֵּט פִּטּוּרִין litteræ repudii. שְׁטַר פִּטּוּר litteræ ſolutionis. מַפְטִיר dimittens. *Ita dicitur, qui lectionem poſtremam in Synagoga legens, populum, ea abſoluta, dimittit.* הַפְטָרָה lectio ſacra Prophetica, *poſt quam populus dimittitur. Lectione Moſaica ſingulis Sabbatis abſoluta, lectionem Propheticam Judæi ſubjungunt, eamque vocant* הַפְטָרָה Aphtarà, *quia, ea peracta, populus dimiſſus abit. Libris enim Legis ſub Antiocho impie combuſtis, & lectione omni tum privata, tum publica ſub pœna capitis prohibita, pie, & religioſe a nonnullis fuit inſtitutum, ut ex Prophetis eligerentur ſectiones, quæ aliquo modo, quod in ſectionibus Moſaicis continetur, complecterentur.*

פּוּטְרִי Poculum, ſcyphus.

פִּיֵּט Deprecari, ſupplicare. פִּיּוּט deprecatio.

פַּיְטָן Poeta. פִּיְטָן Idem. פִּיּוּט Poeſis, carmen, cantio rhythmica.

פִּילִי Phiala, patera, crater: ſcutella.

פִּיֵּס Conciliare, placare, ſedare, quietum reddere. פִּיּוּס quies. *Item* פִּיֵּס, *vel* פִּיֵּס deprecari, petere, rogare.

פֶּרֶק כְּצַד פכצ" *Abbreviatura. Idem ac* צוֹלִין Caput Ketzàd tzolìn. *Caput Talmudicum a verbis* כצד צולין Ketzàd tzolìn *incipiens, quod eſt unum ex Capitibus libri* פסחים *inſcripti, h. e.* de Paſchate. *Hac ratione per abbreviaturas ſolent Rabbini Capita Talmudis citare.*

פֶּסַח לְעָתִיד פל" *Abbreviatura. Idem ac* Paſcha in futurum. *Occurrit in precibus*

ad festum Paschæ pertinentibus.

פֶּלֶא Mirum, mirandum. רוֹפֵא מוּפְלָא medicus admirandus. פְּלִיאָה admiratio.

פָּלַג Dividere, dimidiare, distribuere, partiri, dispertiri. פַּלְגוּת medium, dimidium, divisio, pars dimidia. הִפְלִיג excedere, excellere: dissentire. מוּפְלָג divisus, separatus: excellens. *Ei opponitur* סָמוּךְ vicinus. זָקֵן מוּפְלָג senex separatus, excedens ætatem sui sæculi. הַפְלָגָה excessus, sermonis excellentia, hyperbole. פְּלוּגְתָּא dissensio. הִפְלִיג dissentire. מַפְלִיגִין separant se, discrepant. פֵּילָגוֹס pelagus, æquor.

אַפְלָטוֹן, פְּלָטוֹן, פלט Plato Philosophus. פַּלָטִין palatium. פַּלָטִירִין palatia. פְּלַטְיָא platea.

פִּלְפֵּל פלל Exercere se disputando. מְפַלְפֵּל disputans, se exercens acutis, & subtilibus quæstionibus. פִּלְפּוּל disputatio acuta, quæstionis disquisitio, & discussio. מְפוּלְפָּל exercitatus, acutus disputator. פִּלְפְּלָתָא, פִּלְפֵּל piper.

פּוֹלִימַרכוֹס Dux, præfectus summus belli.

פִּילוּסָא פלס *Vide mox in* פסל.

פִּלְסוֹף Philosophus. פִּילְסוֹפְיָא Philosophia. מְחַפְלְסְפִין Philosophantes. אֵצֶל כָּל מִי שֶׁמְּחַפְלֵסֵף ad quemcumque Philosophum.

פִּלְפֵּל, פִּלְפֶּלֶת, פִּלְפְּלָתָא Piper. *Derivantur hæc nomina vel a radice* פול misceri, conspergi, *vel a* פִּלְפֵּל acute, & subtiliter de re aliqua disputare, & differere. *Piper enim sic dictum vel ab acrimonia, vel a conspergendo, quia cibus eo conspergitur, vel cum cibo miscetur. In Tractatu* שבת Sabbàt *fol.* 64. *Judæis interdicitur gestare die Sabbati granum piperis, vel salis in ore ad odorem fœdum, gravemque oris tollendum, vel ad dolorem dentium sedandum. In Tractatu autem* חֲגִיגָה Chagigà *legitur Proverbium:* טבא חדא פלפלתא חריפתא ממלא צנא דקארי Melius est unum granum piperis acris, quam plenum canistrum cucurbitarum. *Nimirum unus sapiens multis ignaris, & imperitis hominibus anteferendus est, & modestus ob doctrinam insignis multis de inani scientia sua gloriantibus longe præstantior. Usurpatur etiam a Rabbinis de infimæ sortis, & conditionis hominibus ingenii subtilitate, & acumine alios superantibus.*

פֵּסַח מִצְרַיִם Abbreviatura. *Idem ac* פֶּסַח מִצְרַיִם Pascha Ægypti. *Obvium est in Precibus festi Paschalis.*

בְּפוּמְבֵי, פמב In pompa, publice, palam, aperte.

פּוּמְבְּדִיתָא Pumbedita. *Regionis Babylonicæ urbs celebris fuit inter Euphratem, & Tigrim flumina sita, in qua Academia insignis floruit post Templi secundi eversionem & vastitatem. Pumbeditani fures, & latrones plerique fuerunt. Hinc vulgo dicuntur* גַּנָּבִים מוּמְחִים fures exercitatissimi. *Habetur propterea in Tractatu* כריתות *fol.* 6. 1. אקלקי דמתא מחסיא ולא אפרני דפומבדיתא Melius est sedere in fimo urbis

bis Machasiæ (*quæ alibi* Sora *dicitur*) quam in palatiis Pumbeditæ. *Apud eos enim hospitium tutum non erat, cum periculum esset, ne hospites turpiter spoliarent. Quemadmodum autem Pumbeditani mali, & tristes erant, ita Soram incolentes propter Legis Divinæ, humanarumque litterarum studia maxime celebrabantur.*

פַּמַלְיָא, פַּמַלְיָא, פמל Familia.

פּוּנְדָּק, פּוּנְדָּקִי, & פּוּנְדָּקִי, פנד Hospes, caupo, *vinum, & esculenta vendens. Fœm.* פּוּנְדָּקִיתָא, & פּוּנְדָּקִיתָא hospita, cauponaria. *De Jephte Israelitarum Judice dicitur Jud.* 11. 1. וְהוּא בַּר אִתְּתָא פּוּנְדָּקִיתָא Et ipse (*videlicet Jephte,*) erat filius mulieris cauponæ. *Ex Hebræorum sententia hæc mater Jephte concubina, non caupona publica, aut scortum fuit. Admonet itaque ad hunc locum in Commentariis suis R. David Kimchì.* Ista olim in Israel consuetudo fuit, ne devolveretur hæreditas ab una Tribu ad aliam; ideo non licebat cuiquam ducere uxorem, quæ non esset ex sua Tribu. Quare si forte quis amasset quandam ex Tribu alia, exibat illa absque hæreditate, & vulgo appellata fuit פּוּנְדָּקִיתָא hospita, curatrix, aut cibatrix, & talis fuit mater Jephte. *Plur.* פּוּנְדָּקִן Cauponæ. *Idem R. David ad Jos.* 2. 1. *scribit, Jonathanem Paraphrastem sub honesto mulieris cauponariæ nomine meretricem intelligere, quæ cauponæ instar se cuilibet offert, & quemadmodum caupona omnibus cibum præbet, ita meretrix singulis ad se accedentibus corporis sui copiam facit.*

פְּנָה Evacuare, experiri, removere. *Ita in Niphal* egerere, evacuare alvum, ventrem exonerare, *ut* הַנִּפְנֶה בַּשָּׂדֶה qui evacuat alvum in agro. שֶׁהָיוּ נִפְנִין שָׁם ubi solebant egerere. נִפְנִין אַחַר הַגָּדֵר egerunt post sepem.

פָּנָה Vacare, otiosum esse פָּנוּי Otiosus, vacans: *item* cœlebs: viduus. *Cum* viduum *significat, ei opponitur* נָשׂוּי uxoratus, maritatus. *Fœm.* פְּנוּיָה innupta: vidua. פְּנַאי otium. פָּנִים modi, rationes, *ut in Logicis* Barbara, Celarent &c. עַל כָּל־פָּנִים omnibus modis. *Item apud Grammaticos* persona secunda, *ut* מְדַבֵּר בְּפָנִים loquitur in conspectu, coram, *id est,* persona secunda, *quæ coram semper est.* שֶׁלֹּא בְּפָנִים quæ non coram, *id est,* persona tertia, *quæ absens, & occulta dicitur.* בִּפְנֵי עַצְמוֹ pro seipso, seorsum. פְּנִים intra, interius, intimum: Textus libri, *qui dicitur interior, Commentariorum ratione habita, quę exterius in circuitu marginis ponuntur.* לִפְנִים intra. פְּנִימִיוּת intimum. אֵיבָרִים פְּנִימִיִּים membra interiora, viscera intima. לְפָנִים ante, paulo ante: mox, paulo post, infra.

פִּנְקָס, פנק Libellus pugillaris, *in quo rationes extemporariæ exarantur:* codex, libellus, pugillares: catalogus, index.

פס *Abbreviatura. Idem ac* פְּתוּחָה, סְתוּמָה, Apertum, clausum. *De* פְּרָשָׁה סְתוּמָה Paraschà clausa, & פְּתוּחָה aperta *vide pag.* 342. *De re hac varia est Rabbi-*

אם גמר באמצע השיטה מניח שאר השיטה פנוי ומתחיל הפרשה שהיא פתוחה מתחלת השיטה השנייה במה דברים אמורים שנשאר מן השיטה ריוח כשיעור תשע איתיות: אבל אם לא נשאר אלא מעט או אם גמר בסוף השיטה מניח שיטה שנייה בלא כתב ומתחיל הפרשה הפתוחה מתחלת שיטה השלישית: *h. e.* Sectioni apertæ duæ sunt

binorum sententia, aliique alio inclinant. Rambàm, sive Majemon in Tractatu de Libro Legis parte prima cap. 8. *rem totam fusè describit, ac quidem de* פָּרָשָׁא סְתוּמָה Sectione clausa *hæc habet:* פרשה סתומה יש לה שלש צורות: אם גמר באמצע השיטה מניח ריוח כשיעור ומתחיל לכתוב בסוף השיטה תיבה אחת מתחלת הפרשה שהיא סתומה עד שימצא הריוח באמצע: ואם לא נשאר מן השיטה כדי לא להניח הריוח כשיעור ולכתוב בסוף השיטה תיבה אחת יניח הכל פנוי ויניח מעט ריוח מראש שיטה שנייה ויתחיל לכתוב הפרשה סתומה מאמצע השיטה שניה: ואם גמר בסוף השיטה מניח מתחלת שטה שנייה כשיעור הריוח ומתחיל לכתוב הסתומה מאמצע שטה נמצאת אומר שפרשה פתוחה תחלתה בתחלת השטה לעולם ופרשה סתומה תחלתה מאמצע השטה לעולם: *h. e.* Sectioni clausæ tres sunt formæ. *Prima.* Si finiat (*Scriba*) in medio lineæ, relinquit dictum spatium, & incipit scribere in fine lineæ dictionem unam ex principio Paraschæ clausæ, ita ut appareat spatium illud in medio. *Secunda.* Si non superfit de linea, ut possit spatium illud relinquere, & scribere in fine lineæ dictionem unam, relinquet totum illud spatiolum vacuum, & parum etiam spatii in linea sequenti, & incipiet deinceps scribere Sectionem clausam a medio lineæ secundæ. *Tertia.* Quod si finiat in fine lineæ, relinquet ex principio lineæ secundæ dictum spatium, & incipiet scribere Paraschæ clausam e medio lineæ istius. Dico summatim, Paraschæ apertæ initium semper debet esse a principio lineæ; Paraschæ clausæ principium perpetuo a medio lineæ. *Hæc autem de* פָּרָשָׁה פְּתוּחָה Sectione aperta *Majemon idem tradit.* פרשה פתוחה יש לה שתי צורות:

formæ. *Prima.* Si finiat (*Scriba*) in medio lineæ, tunc relinquit reliquum lineæ vacuum, & incipit Sectionem apertam a principio lineæ secundæ, hoc est, relinquit ex linea spatium quasi novem litterarum. *Secunda.* Si reliquum sit in linea tantummodo exiguum spatium, aut si finiat in fine lineæ, tunc relinquit lineam secundam totam sine scriptura, & incipit Sectionem apertam a principio lineæ tertiæ. *Ex Elia autem in Fragmentis Tabularum hæc habentur:* פָּרָשָׁה פְּתוּחָה Periodus, *vel* Sectio aperta *duas habet formas. Prima, quæ in mediam lineam incidit, & constituit spatium plus minus novem litterarum. Secunda, quando in finem lineæ incidit, tunc relinquitur spatium totius lineæ, & nova* Paraschà, *sive* Sectio *incipit a linea tertia.* פָּרָשָׁה סְתוּמָה Sectio clausa *est, quæ relinquit spatium in medio lineæ quasi trium litterarum, & postea lineam istam finit. Quando autem (præcedens Sectio) absolvit lineam, tunc sequens Sectio inchoatur circa medium lineæ secundæ. Alii alia de his Paraschis, sive Sectionibus afferunt, quæ præterire satius existimamus, quam longiori oratione Lectorum patientiam defatigare, præsertim cum hujusmodi superstitiosa scribendi ratio tantummodo in describendo Libro Legis, quo in Synagogis utuntur, servetur, in libris vero typis mandatis spatium aliquod ex arbitrio relictum sit. Qui plura de re hac cupit, legat Mercerum Genes. cap.* 1. *v.* 6. *& cap.* 3. *v.* 16. *Animadvertendum præterea de his* פָּרָשִׁיוֹת Paraschis, *sive* Sectionibus *tum apertis, tum clausis, eas bifariam dividi. Aliæ enim sunt solennes, & illustres, sive magnæ, a quibus lectio Sabbatina initium trahit; aliæ minus insignes,*

seu parvæ, quæ in singulis Pentateuchi Sectionibus locum obtinent, quæ, si apertæ sint, minori littera פ, *si vero clausæ, minori littera* ם *indicantur. Sectiones hujusmodi aliquando quatuor, aliquando quinque, aliquando plura, aliquando pauciora Vulgatæ Capita complectuntur, neque semper initium ducunt ab ipsis Capitibus, sed plerumque ab una vel duabus vocibus illustrioribus, quæ argumentum totius Sectionis suppeditant. Quamobrem apud Hebræos textus non juxta Capita, sed juxta hujusmodi Sectiones citari solent. Hanc Pentateuchi divisionem in Capita, vel Sectiones nonnulli Esdræ Sacrarum Litterarum instauratori tribuunt; alii vero, præcipue ex Judæis, a Mose in monte Sinai factam volunt. Itaque Lex Mosis, sive Pentateuchus, vulgo ab Hebræis dictus* חומש Chumàsc, *juxta nonnullos in quinquaginta tres Sectiones, sed juxta Judæos in quinquaginta quatuor dividitur. Quamobrem ad totam Legem singulis annis absolvendam duas Sectiones majores bis conjungunt. Eamdem Lectionem, quæ die Sabbati legenda contingit, aliis etiam hebdomadæ diebus hodierni Judæi legere solent, scilicet die secunda, & quinta Sabbati, quæ est hebdomadæ feria secunda, & quinta; cui Lectioni strictiori, ac religiosiori vivendi modo addicti jejunium adjungunt, quemadmodum Pharisæus ille Evangelicus* Lucæ 18. v. 12. *gloriabatur*, Jejuno bis in Sabbato. *Si quis autem quærat, cur hanc Sectionis in tribus feriis repetitionem instituerint, id inde factum nonnulli autumant, ne plures duobus diebus in hebdomade sine Divinæ Legis lectione transirent. Nefas enim esse ducunt Majores suos per desertum errantes imitari, qui triduum præterire sine Legis lectione passi sunt magna desidiæ, & negligentiæ nota traducti. Huc enim illud Exodi* 15. *v.* 22. *trahunt*: & iverunt tribus diebus per desertum, & non invenerunt aquas, *scilicet* Legem, *quæ* Isaiæ 55. v. 1. *aquæ comparatur*; Omnes sitientes venite ad aquas.

Cæterum ultimo Festi סֻכּוֹת Tabernaculorum *die lectioni libri* תּוֹרָה Legis *Judæi finem imponunt, qui dies ab ipsis vocatur* שִׂמְחַת תּוֹרָה Lætitiæ Legis *propter ingentem lætitiam, qua gestiunt, solemnitates multas, quas peragunt, & opipara, ac lauta prandia, quæ instruunt. Sabbatum proxime subsequens appellant* שַׁבַּת בְּרֵאשִׁית Sabbatum Bereschìt, *quia eo Sabbato legitur prima Legis* פָּרָשָׁה Parascà *incipiens a* בְּרֵאשִׁית Bereschìt. *Qui autem* פָּרָשָׁה *hujusmodi legit, vocatur ab Hebræis* חָתָן בְּרֵאשִׁית *h. e.* Sponsus Bereschìt. *Id autem in more positum est, ut Legem absolventes eodem die lectioni Sectionem primam adjungant, ut palam faciant, se non tam lætos esse de Lege absoluta, quam alacres de eadem novo studio repetenda.*

Porro פָּרָשִׁיוֹת Sectiones *istæ ut plurimum in Hebraicis exemplaribus ad calcem libri rejectæ sunt, sed cum in Latinis desiderentur, neque pateat, quo libro, vel quibus Capitibus contineantur, juvabit eas deinceps subjicere, & oculis Lectorum proponere, ut citius inveniri possint, quoties ab Hebræis citantur.*

Index Alphabeticus פָּרָשִׁיוֹת Parascharum, *sive* Sectionum Legis Mosis.

אַחֲרֵי מוֹת Post mortem, Levit. 16. 1.

אֵלֶּה מַסְעֵי Istæ sunt profectiones. Numer. 33. 1.

אֵלֶּה פְקוּדֵי Ista sunt numerata, Exod. 38. 21.

אֱמֹר Dic, alloquere, Levit. 21. 1.

אַתֶּם נִצָּבִים Vos consistitis, Deuter. 29. 10.

בֹּא אֶל־פַּרְעֹה Ingredere ad Pharaonem, Exod. 10. 1.

בְּהַעֲלֹתְךָ In accendendo te, Numer. 8. 1.

בְּחֻקֹּתַי In ſtatutis meis. Levit. 26. 3.

בָּלָק BalaK, Numer. 22. 2.

בְּמִדְבַּר In deſerto, Numer. 1. 1.

בְּרֵאשִׁית In principio, Geneſ. 1. 1.

בְּהַר In monte, Levit. 25. 1.

הַאֲזִינוּ Præbete aures, Deuter. 32. 1.

הַדְּבָרִים Iſta ſunt verba, Deuter. 1. 1.

וְאֵלֶּה מִשְׁפָּטִים Hæc ſunt judicia, Exod. 21. 1.

וְאֵלֶּה שְׁמוֹת Hæc ſunt nomina, Exod. 1.

וָאֵרָא Et apparui, Exod. 6. 1.

וָאֶתְחַנַּן Et cum deprecarer, Deuter. 3. 23.

וְזֹאת הַבְּרָכָה Et hæc eſt benedictio, Deuter. 33. 1.

וַיִּגַּשׁ אֵלָיו Et acceſſit ad eum, Geneſ. 44. 18.

וַיְהִי בְּשַׁלַּח Cumque dimiſiſſet, Exod. 13. 17.

וַיְהִי מִקֵּץ Fuitque a fine, Geneſ. 41. 1.

וַיְחִי יַעֲקֹב Et vixit Jacob, Geneſ. 47. 28.

וַיֵּלֶךְ Et venit *Moſes*, Deuter. 31. 1.

וַיֵּצֵא Et egreſſus eſt *Jacob*, Geneſ. 28. 10.

וַיַּקְהֵל Et congregavit Moſes, Exod. 35. 1.

וַיִּקְרָא Et clamavit, Levit. 1. 1.

וַיֵּרָא Apparuit autem, Geneſ. 18. 1.

וַיֵּשֶׁב יַעֲקֹב Et habitavit Jacob, Geneſ. 37. 1.

וַיִּשְׁלַח Et miſit, Geneſ. 32. 3.

וַיִּשְׁמַע יִתְרוֹ Et audivit Jethro, Exod. 18. 1.

חַיֵּי שָׂרָה Vita Saræ, Geneſ. 23. 1.

חֻקַּת הַתּוֹרָה Statutum Legis, Numer. 19. 1.

כִּי תָבוֹא Cum ingreſſus fueris, Deuter. 26. 1.

כִּי תֵצֵא Cum egreſſus fueris, Deuter. 21. 10.

כִּי תִשָּׂא Cum acceperis *ſummam*, Exod. 30. 11.

לֶךְ לְךָ Abito tibi, Geneſ. 12. 1.

מַטּוֹת Tribuum *capita*, Numer. 30. 2.

מַסְעֵי *Vide in littera* א.

מְצֹרָע Leproſi lex, Levit. 14. 1.

מִקֵּץ *Vide in littera* ן.

נֹחַ Noachi generatio, Geneſ. 6. 9.
נִצָּבִים Stantes, Deuter. 29. 10.
נָשֹׂא Accipe ſummam, Numer. 4. 21.
עֵקֶב Propterea quod, Deuter. 7. 12.
פִּינְחָס Pinchàs, Numer. 25. 10.
צַו Præcipe, Levit. 6. 8.
קְדֹשִׁים Sancti eſtote, Levit. 19. 1.
קֹרַח Kòrach, Numer. 16. 1.
רְאֵה Vide, Deuter. 11. 26.
שְׁלַח לְךָ Mitte tibi *viros*, Numer. 13. 2.
שְׁמִינִי Octavus, Levit. 9. 1.
שֹׁפְטִים Judices, Deuter. 16. 18.
תַּזְרִיעַ Cum ſemen edit. Levit. 12. 1.
תּוֹלְדוֹת יִצְחָק Generationes Iſaaci, Geneſ. 25. 19.
תְּצַוֶּה Præcipito, Exod. 27. 20.
תְּרוּמָה Oblationem *capiant*, Exod. 25. 1.

Biblia Veneta majora Tabulam exhibent, rationem פָּרָשִׁיוֹת Paraſchàrum, *ſive* סִדְרִים Sidrarum *a Maſorethis inſtitutam proponentem non ſolum Pentateuchi, ſeu quinque librorum Legis a Moſe ſcriptorum, ſed etiam totius Sacræ Scripturæ. Addunt* סִדְרִים Sidrarum *numerum, ac ſummam omnium verſuum cujuslibet libri, ejuſque medium. Animadvertendum, a Rabbinis aliquando* פְּסוּקִים verſus *Capitum appellari* פָּרָשִׁיוֹת Paraſciòth, *ſicuti uſurpat idem vocabulum ad verſum ſignificandum R. David Kimchì* Amos 1. v. 11. *Ambiguitatem autem tollet uſus, & ſignificationem propriam clare oſtendet contextus, & cujuſque loci circumſtantia.*

Ex Majemonidis parte 1. *libri* אהבה Ahavà *cap.* 8. *plane colligitur, quot Sectionibus apertis, & clauſis ſinguli libri conſtent, & unde incipiant, cujus rationem Judæi hodierni religioſe ſequuntur in Libris Sacris deſcribendis.*

הִפְסִיד, פסד Perdere: corrumpere, damnum inferre. פֶּסֶד, חֶפְסֶד, פְּסִידָה perditio, damnum, jactura, corruptio.

פָּסוּל, פסל Profanum, illegitimum, illicitum, ineptum, impurum, vitioſum. פִּסֵּילוֹסָא balbus, blæſus. Iſa. 6. 8. *in R. Kimchio, apud quem in principio Amos ita legendum pro* פִּילוֹסָא, *quod male ſcribitur.*

נִפְסַק, פָּסַק Ceſſare, deſinere, deficere, deſiſtere, finem habere: paciſci: abſcindi. פָּסוּק verſus Biblicus, periodus: *lato modo*, Textus Biblicus. הֶפְסֵקָה, הֶפְסֵק ceſ-

ſa.

satio, intermissio: pausa: membrum sententiæ majus. Accentus pausans, פְּסִיק PesìK, *virgula exiguæ pausulæ nota*: טְעָמִים הַמַּפְסִיקִים accentus distinguentes: פְּסוּק pausa.

פָּסַק Amputare: decernere, statuere, sententiam ferre. פּוֹסֵק arbiter, causidicus, judex, sententiam ferens. *Plur.* פּוֹסְקִים judices, arbitri, causidici, *in rebus controversis sententiam ferentes, & inter se litigantes componentes*. פְּסַק, פְּסָקָא sententia, decretum, decisio. פְּסָקָא דְּדִינָא sententia judicialis.

פָּעַל Agere, operari. *Apud Grammaticos* Verbum: *ut* פָּעַל יוֹצֵא Verbum transitivum, activum, *cujus actio in aliud subjectum patiens transit. Hinc apud R. David Kimchì Nahum* 1. 8. הוּא פָּעַל יוֹצֵא לִשְׁלִישִׁי Est Verbum egrediens ad tertium, *h. e. subjectum. Idem dicitur etiam* פָּעַל הַנּוֹדֵד Verbum vagans. *Singula autem Verborum genera apud Grammaticos Hebræos ita appellantur.* פְּעָלִים שְׁלֵמִים Verba perfecta, נָחִים Quiescentia, חֲסָרִים Defectiva, יוֹצְאִים Transitiva, עוֹמְדִים Stantia, *sive* intransitiva. פּוֹעֵל agens, efficiens, opifex, operarius. *Apud Grammaticos* Verbum, *ut* פּוֹעֵל עוֹמֵד Verbum intransitivum, neutrum: פּוֹעֵל עָבַר Verbum præteritum. פּוֹעַל actus, actio, categoria. שֵׁם הַפֹּעַל Nomen actionis, *h. e.* Verbale, *quod derivatur a Verbo actionem significante. Item* Verbum, *ut* פּוֹעֵל עוֹמֵד Verbum stans. מִתְפָּעֵל passivum, patiens. הִתְפַּעֲלוּת passio.

פֵּ״א *Abbreviatura. Idem ac* פִּתְחוֹן פֶּה Apertio oris, *nimirum* excusatio, defensio. *Hinc* וְלֹא יִהְיֶה לָהֶם פֵּ״א Et non erit ipsis ulla excusatio.

פֵּ״ק *Abbreviatura. Idem ac* פֶּרֶק קָמָא, *vel* פִּרְקָא Caput primum. בפֵּ״ק In Capite primo. *Aliquando* ר *inseritur, ut* פֵּרַ״ק, בפֵּרַ״ק In Capite primo. 2. פֵּירוּשׁ קוֹנְטְרֵיס Expositio folii.

פָּקַק Claudere, obturare. פָּקָק operculum. פְּקְפֵּק fodere, perfodere. *Item* perquirere, scrutari. פְּקְפּוּק obturatio, impedimentum.

פָּקַר Præsumere: Hæreticum, Schismaticum, Sectarium esse: arroganter, stolide agere. פּוֹקְרִים הַמִּינִים præsumunt Hæretici. מַפְקִיר præsumptuosus: arrogans, impudens. *Deducitur, ut vult Elias, ab* אַפִּיקוֹרוֹס Epicurus. הִפְקִיר liberum, commune facere, prostituere. הֶפְקֵר liberum, commune. *Hinc apud Judæos* lupanar *appellatur* הֶפְקֵר, *quia commune, liberum, & publicum omnibus est.*

פַּרְגּוֹד, פַּרְגּ Velum, cortina, aulæum.

פַּרְגְּמָטוֹס Pragmaticus, negotiator, mercator. פַּרְגְּמַטְיָא negotiatio, mercatura. *Scribitur etiam* פַּרְקְמַטְיָא.

פָּרַר Separare, dividere, disjungere: secare in partes. נִפְרָד separatum, abstractum; singulare, individuum. *Apud Grammaticos* שֵׁם נִפְרָד Nomen formæ absolutæ. *Item* Nomen singulare, *h. e.* numeri singularis. *Ejus oppositum* שֵׁם נִסְמָךְ conjunctum,

ctum, constructum. מִלָּה מְפוֹרֶרֶת dictio collectiva, *ut* צֹאן ovis, oves. פֵּרוּד, פִּירוּד abstractio, separatio, disjunctio. *Ejus oppositum* קִבּוּץ aggregatio, collectio, compositio, conjunctio. *Plur.* פֵּרוּדִים abstracta, peculiaria, particularia, partes separatæ. נִתְפָּרֵד separari: singulare fieri, in numerum singularem deduci.

פַּרְדַּסְאוֹת Custodes, *vel* custodiæ militum. *Scribitur etiam* פַּרְדְּסִיאוֹת.

פרק *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ רַבִּי דָּוִד קִמְחִי Expositio R. Davidis Kimchì: כפרק Juxta expositionem R. Davidis Kimchì.

פרח *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ ר׳ חֲנַנְאֵל Expositio R. Chananaelis.

פַּרְכֵּס Trepidare, tremere, movere se.

פַּרְהֶסְיָא פרה παῤῥησία. *Hinc* בְּפַרְהֶסְיָא publice, palam, manifeste. *Ejus oppositum* בִּצְנָעָה secreto, clam.

לִשְׁכַּת פַּרְהֲדְרִין Conclave Parehdrìn, *h. e.* Conclave Assessorum. *Etenim* פַּרְהֲדְרִין Parehdrìn *erant* Assessores, Regii consiliarii, *qui Regibus assidebant. Græce dicebantur* πάρεδροι, Assessores, *dabanturque* ἄρχοντι, Principi, *qui etiam temporis decursu appellati fuerunt* συνεδρεῖς. *In Ghemarà fol.* 8. 2. *hæc habentur.* Quid לשכת פרהדרין? numquid ab antiquo dictum fuit לִשְׁכַּת בּוּלְוָטִי Conclave βουλευτῶν, Consiliariorum? Principio dictum fuit לשכת בולוטי. Ex quo autem Sacerdotium pecuniis fuit venale, mutarunt illud singulis duodecim mensibus; sicuti Assessores hi quoque mutati fuerunt singulis annis, & tunc vocarunt illud לִשְׁכַּת פַּרְהֲדְרִין Conclave Assessorum. *Reperitur etiam scriptum* פַּלְהֲדְרִין.

פְּרוּזְדוֹר, פרז Vestibulum, porticus, antetriclinium.

פֶּרַח Flos: *Per metaphoram* Candelabri sacri pars suprema lucernam continens, *quæ ita dicitur, quia florum figuras exhibebat. Hinc* פֶּרַח שֶׁל מְנוֹרָה flos lucernæ, *seu* candelabri. *Item* pubes *in juventute, ut* שנראה קְטוֹן פּוֹרֵחַ Minorennis pubescens, עליו צמר שיער in quo conspicitur prima lanugo, *sicuti exponit* Baal Aruch. *Plur. constr.* פִּרְחֵי כְהֻנָּה flores Sacerdotii: Sacerdotes juvenes. Job 30. 12. *in R. Levi. Ita appellantur a Rabbinis adolescentes Sacerdotum filii ad Sacerdotium se applicantes.*

פְּרָט Particulare, specificum, speciale, individuum, singulare. *Item* Æra minor, numerus annorum Mundi infra millenarium. בִּפְרָט in specie, particulariter, speciatim, præsertim. לִפְרָט קָטָן ad numerum minorem. *Hanc phrasim Hebræi usurpant de annis Mundi, cum millenarium omittunt.* פְּרָטִי specialis, particularis: individuus, singularis. סִפּוּר פְּרָטִי Prædicatio particularis, *apud Logicos,* עִנְיָנִים פְּרָטִיִּים res particulares. *Fœm. sing.* פְּרָטִית specialis. פְּרָטִיוּת singularitas, particularitas. פְּרוּטְרוּט modulatio minuta. *Item* פָּרַט commutare magnas pecunias in parvas.

פְּרוּטָה Obolus, nummulus, moneta parva. *Duplex hic obolus fuit, alter ex argento, alter ex ære. Adhibetur hæc dictio*

etiam de aliis rebus minimis. Plur. פְּרוּטוֹת nummuli.

פָּרַךְ Frangere, rumpere. *Hithpahel* הִתְפָּרֵךְ frangi.

פַּרְנֵס פרן Gubernare, alere, nutrire, pascere. פַּרְנָס gubernator, pastor, princeps, dominator. *Apud antiquos, & nostros etiam Hebræos* פַּרְנָס *est Synagogæ, seu populi Judaici gubernator, qui populum in rebus politicis regit, Christianorumque Prætori similis apud ipsos censetur. In magnis Judæorum cœtibus hujusmodi* פַּרְנָסִים Gubernatores, *sive* Seniores *plures esse possunt, in quibus doctrina, & sapientia requiritur, ut controversias, & contentiones exortas dirimere, & recte componere valeant.*

מְפַרְנֶסֶת Nutrix, cibatrix. פַּרְנָסָה alimonia, victus.

פרס, פִּרְסֵם Publicare, divulgare, manifestare. נִתְפָּרְסֵם revelari, manifestari. מְפוּרְסָם publicum, manifestum, notorium; probabile.

בְּפַרְסוֹם Palam, manifeste; probabiliter.

פָּרַע Rependere, retribuere, ulcisci: solvere debitum. נִפְרַע, אִתְפְּרַע vindicare, se ulcisci. פּוּרְעָנוּת ultio, vindicta, pœna. פֵּרָעוֹן, פִּירְעוֹן solutio, compensatio, retributio, ultio. פּוֹרְעָן ultor.

בְּפִרְיַע Cito, celeriter, festinanter, subito, statim. לְמַפְרַע retro, præposterе, retrorsum, inverso ordine.

פֻּרְפְּרָא Purpura, vestis purpurea, & Regia.

פַּרְצוּף פרץ Vultus, facies, effigies, figura, persona. *Plur.* פַּרְצוּפִין personæ. *Corruptum est ex Græco* πρόσωπον.

פְּרַקְלִיטָא פרק Consolator, advocatus, procurator, interpres.

פִּרְקַמַטְיָא Mercatura, negotiatio, negotium.

פְּרְפֵּר פרר Conterere, comminuere, frangere, confringere. *Hithpahel* הִתְפַּרְפֵּר comminui. פִּרְפִּרִין, פִּרְפּוּרִין, פַּרְפָּרָאוֹת Micæ. *Apud R. Saadiam* atomi, pulviscullus in aere ex Solis radiis conspicuus.

פָּרַשׁ Explicare, declarare, exponere. פֵּירוּשׁ explicatio, commentarius. מְפָרֵשׁ Interpres, Commentator. בְּפֵירוּשׁ in commentario. *Item* clare, distincte, aperte, liquido.

פָּרַשׁ Discedere, separare se: dividere distinguere. הֶפְרֵשׁ discrimen, differentia. אַפְרָשׁוּת separatio. פָּרָשָׁה Sectio, separatio. *Sectiones Legis Mosaicæ ita appellantur, quæ incipiunt a triplici* פ, *vel* ס *majusculo.* פָּרְשִׁים calcaria, *a pungendo. Nam* הִפְרִישׁ pungere. Prov. 23. 32. *Hinc R. D. Kimchi,* פָּרָשִׁים equites *dicuntur,* שֶׁמַּפְרִישִׁים בְּפָרְשִׁים שֶׁבְּרַגְלֵיהֶם quia pungunt calcaribus, quæ sunt in pedibus ipsorum. Jud. 3. 31.

פָּרוּשׁ Separatus: abstinens, continens, temperans, Pharisæus, *ita dictus, quia vitæ sanctitate, cultu, & moribus ab aliis hominibus separatus erat. Quemadmodum autem Auctores omnes ad unum consentiunt,* Pharisæi *nomen a radice* פָּרַשׁ *derivari; ita*

in

in assignanda ratione, cur ita ii sint appellati, alii alio inclinant. Sunt qui volunt, eos ita dictos ab expansione Phylacteriorum; alii censent ita appellatos ab operibus in conspectu omnium factis; alii ab interpretatione Legis, quam explanabant; alii, quorum opinio magis arridet, a separatione a reliquis hominibus. Qui plura de Pharisæis desiderat, adeat Lexicon meum Hebraicum typis Seminarii Patavini editum 1732. pag. 394. & 395.

פרשי *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ רַבִּי שְׁלֹמֹה יַרְחִי Expositio R. Salomonis Jarchì, *de quo vide Disputationem nostram huic Lexico præmissam.*

פרת *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ רַבֵּנוּ תָּם Expositio Doctoris nostri Tam. *In hac significatione littera* פ *præfigi solet plurimis Rabbinorum nominibus.*

פָּשַׁט Extendere, diffundere se. *Præterea eamdem significationem habet, ac apud Hebræos.* Excoriare, exuere, detrahere cutem: grassari, irruere. *In Talmudis Tractatu* פְּסָחִים Pesachìm *fol.* 113. פְּשׁוֹט נְבֵילָתָא בְּשׁוּקָא וּשְׁקוֹל אַגְרָא Excoriato cadaver in foro, *h. e.* publice, & accipito mercedem. *Proverbium est, quo prisci admonere voluerunt, melius esse sordida officia peragere cum fructu, quam sine utilitate, & fructu otiari, ac propterea egere, ac mendicare. Præterea* פָּשַׁט *significat* studere, discere, repetere, *quia id fit diligenti meditatione, mentis discursu, & quadam rei propositæ extensione. Item* explicare, *vel* interpretari litteraliter, & proprie juxta litteram scriptam: exponere, solvere quæstionem dubiam. *ut* פַּשְׁטִינָן solvimus. *Hithpahel* הִתְפַּשֵּׁט diffundi, effundi, extendi, effluere. פָּשׁוּט nudum, simplex: vulgare. שֵׁם פָּשׁוּט nomen simplex, & absolutum, *cujus oppositum* מוּרְכָּב compositum, עָקוּם curvum, tortuosum, & כָּפוּל duplex. מִנְהָג פָּשׁוּט consuetudo vulgaris, quæ ubique locorum servatur. דִּין פָּשׁוּט mos vulgaris. שֵׁם הַמּוּפְשָׁט nomen abstractum. הֶפְשֵׁט simplicitas, פְּשׁוּט, פָּשַׁט simplex, litteralis vocis, aut loci alicujus sensus. *Hinc illud Rabbinicum* אֵין מִקְרָא יוֹצֵא מִידֵי פְּשׁוּטוֹ Scriptura non egreditur ex simplicitate sua, *hoc est*, simplici, & litterali sensu. עַל דֶּרֶךְ הַפְּשָׁט juxta litteralem sensum, *cui opponitur* מִדְרָשׁ allegoricus, & mysticus sensus. סִבּוֹת פְּשׁוּטוֹת Causæ simplices. פְּשִׁיטָא certum, simplex, clarum, perspicuum, absolutum: certo, perspicue. *Item* פְּשִׁיטָא לָךְ certumne tibi est? certusne es? פְּשִׁיטָא לִי certum mihi est; certus sum. פְּשִׁיטִין פְּשׁוּטִין nummi minimi, indivisibiles.

פָּשַׁר Liquescere, tepescere: calefieri. מַיִם פּוּשָׁרִים aquæ tepidæ. *Hiphil* הִפְשִׁיר calefacere. הִתְפַּשֵּׁר שֶׁלֶג liquefacta est nix. פְּשֵׁר transigere, convenire, componere partes litigantes. אַחַר שֶׁנִּתְפַּשְּׁרוּ postquam concordes facti sunt.

פְּשָׁרָה Transactio, compositio, conventio, concordia.

פשש, פְּשְׁפֵּשׁ Scrutari, pervestigare:

per-

perquirere: contrectare, palpare. פְּשְׁפּוּשׁ ſcrutatio, inveſtigatio. פְּשְׁפֵּשׁ cimex, *animalculum, quod in lectorum aſſeribus reperitur. Item* oſtiolum, janua parva.

פִּתְאֹם, פִּתְאֹם Repente, ſubito. פִּתְאֹמִי repentinus. פִּתְאֹמִית repentina. *Plur. fœm.* רָעוֹת פִּתְאֹמִיוֹת mala repentina.

פָּתַח Aperire, incipere. נִפְתַּח תְּחִלָּה incipiemus primum. פְּתִיחָה apertio: initium, ingreſſus, præfatio, prologus, exordium libri, *vel* ſermonis: declaratio, *vel* publicatio ſententiæ per ſcriptum, *vel* edictum. פֶּתַח idem. *Eſt etiam* oſtium ventris muliebris, *quod a pudore nomen nanciſcitur, cujus cauſa natura illud veſtire, & tegere voluit.*

פַּתַח Pathach *vocalis*. A *brevis apud Grammaticos*. פַּתַח קָטוֹן Pathach parvum, *id eſt*, Sægol. פַּתָּחוּת Pathachatio, notatio cum Pathach.

פָּתַךְ Miſcere, commiſcere.

פתל *Abbreviatura*. *Idem ac* פֶּן תֹּמְצִי לוֹמַר Ne poſſis dicere. *Talmudiſtis frequens.*

פָּתַק Projicere, emittere, jaculari, impellere. פִּתְקָא liber, epiſtola, diploma, libellus, ſcheda. *Item nomen poculi magni apud Perſas.* Eſth. 1. 8. *in Targum ſecundo*. פִּתְקָא דְּהַזְמָנָא libellus citationis. פִּתְקִין קְטַנִּים ſchedæ parvæ.

פַּתּוּרָא, פִּתּוֹר, פתר Menſa. Exod. 25. 23. *Plur.* פִּתּוּרִין menſæ. Ezech. 23. 41. *Emphat.* פִּתּוּרַיָּא Ezech. 40. 43.

פָּתַת Secare, frangere in fruſta. פַּת fruſtum, buccella, panis. Judic. 8. 5. פַּתִּיתִין, פִּתִּין fruſta. Iſa. 65. 11. orbes. 1. Sam. 10. 4.

פַּת Fruſtum, buccella, panis. פַּת עַמִּילָה Panis amylus, *Græce* ἄμυλον, non molitus, molam non expertus. *Ex Plinio lib. 18. cap. 7.* Amylum ex omni tritico, & ſiligine fit, *ita appellatum ab eo, quod ſine mola fiat. Hujuſmodi legitur fuiſſe* לֶחֶם פָּנִים Panis facierum, *ſive* propoſitionis.

SEMINARIO DE S. CECILIO BIBLIOTECA